



BIBLIOTECA NAZ.  
Vittorio Emanuele III

XLIX

D

28

NAPOLI

XLIX. D, 28



R

# HEROES. ET VICTIMAE CHARITATIS SOCIETATIS IESV.

S E V

CATALOGVS EORVM QVI E SOCIETATE IESV

Charitati animam deuouerunt ; ad id expositi, & immortui peste  
infectorum obsequio ex charitate, obedientiâque suscepto .

A U T O R E  
**PHILIPPO ALEGAMBE**  
EX EÂDEM SOC.

Extremum decennium adiecit usque ad exactum annum 1657

IOANNES NADASI EIVSDEM SOC. IESV.



---

ROMA, Ex Typographia Varesij. MDCLVIII.  
SUPERIORVM PERMISSV.

Remy Profess. Acad. et. Soc. Probat.

• HAMPTON TOWN  
• 21 EAT LUNCH  
• 14 JULY 1907

• DUSTY



REVERENDIS  
P A T R I B V S .  
E T C H A R I S S I M I S  
I N C H R I S T O F R A T R I B V S  
S O C I E T A T I S I E S V .

I quis olim heroicis illis statibus , ex  
illustrium virorum numero, morte de-  
cederet, ei Heroum , id est, monumen-  
tum, ad magna virtutis memoriam  
erigebatur . Encomiasticus, & Pra-  
Heroum cantus erant ijsdem seculis ;  
quorum illo præstantium virorum  
laudes, altero pestis extincta caneba-  
tur . Hoc agebat & P. Philippus

Alegambe Bruxellensis Belga ; vt post pestes tot restinas,  
Heroum virtutes caneret ; ac ijs, quos in peste contactorum  
obsequia charitas incitauit, obedientia prouexit , & mors ibi  
occupauit ; Herbum excitaret, seu monumentum ære peren-  
nius , cui Sanitas inscriberetur ; vt sequente peste Romæ nu-  
per in portis , & olim in sepulchro Theodosij scribebatur .  
At mors illi manum , seu calamum mouit è tabula : quando  
hac in Domo, anno 1652. 6. Sept. à præclaris , & perdiuturnis  
benè de virtute , benè de posteritate scribendo merendi la-  
boribus morte placidâ religiosè conquieuit ; vir maturâ ,  
religiosâque prudentiâ , nobili ad conscientiæ cuiuslibet re-  
tionem perspicientiâ , latè capaci , comique ingenio , magnâ  
ingentium per Italianam , Hispaniam , Galliam , Lusitaniam ,  
Germaniam , itinerum peragratione , multâ principum gnari-  
tate linguarum , ad omnes veri amici , accurati religiosi , &  
integerrimi vndequeque Scriptoris leges factus . Ita felix  
ille lampadodromus ritè consecro suo certamine , peracto

Csl.  
Rhod.  
ant. lect.  
lib. 17.  
c. 18. &  
lib. 27.  
c. 26.

cursu, lampada mihi tradidit, auctoritate maiorum ita iubentium, cum caligaret, oculorum face in ipso lampadodromo suo cursu iam ferè ante mortem extinguita. Quocirca extremam opere manum, & nomen adieci, ut inscriberetur:

romo 1. Heroës, & Victimæ charitatis. Ad hunc modum Augustinus,  
lib. cœtra lib. 12. Adhibito, inquit, notario, (ego typographo) ne aura labore meo  
Academi- res serm dispergerent, nihil perire permis. Sic heros laudans  
cos t. 1. Horatius celebrat Catonis nobile lethum,

lib. 1. hec ulum, & Scæuros, animaque magna

ad. 12. Prodigum Paulum. Et promittit Lollio id quod ego debeo  
lib. 4. singulis hisce Heroibus, dum ait:

Paulum sepulta distat inertia  
Celata virtus. Non ego te meis  
Chartis inornatum slieri  
Totue tuos patiar labores  
Impunè, Lollis, carpere liuidas  
Obliviones.

lib. 6. Apud Plinium quadam Oppida Heronum video. Hic liber  
nat. hist. quædam velut Vrbs Heroum est. Memini etiam aliquando  
4.28. & Heroum imagines in Mineruæ peplo spectatas. Ea chartæ  
29. hæ candidæ, tanquam alba Mineruæ (imò hodiernæ Virginis  
Heroum Matri ad Nives) pepla sunt, in quibus tot Heroicæ  
charitatis Herois Ignatij filiorum imagines in bono vestro,  
Patres, lumine collocantur: vt eas ita spectemus, quemadmodum Fridericus ille Imperator ad speculum se magnis Heroum exemplis hortatus, post recitata eorum nomina, sibi  
ipsi dicebat: Expercire, expercire aliquando, Friderice &  
et illos factis, ac rerum gestarum gloria, equiparare contendit.  
Et sunt profecto in hoc Heroum catalogo aliqua nomina,  
quibus merito subscriptas id quod Brandæ Castellionis Car-

Bern. Cardinalis sepulchro anno 1443. inscriptum est acroama è veteri  
Cæsars memoria repetitum: Vinam vineres! Utinam vineres!  
Minera- At vixere hi fortis: & mortem suam in immortalitatis pre-  
liumpag. 464. n. tium, vt spes est, convertere; Heroës facti, & nobiles Victimæ  
15. illius charitatis, quæ plures hic Deo immolat hecatombas: vt virtutes, & imitari habeant spatium exemplorum. Tacitus quoque memorat antiquitus usitatum, posteris tradere,  
In vita agriculte. quoties magna aliqua, & nobilis virtus vicit, ac supergressa est  
ignorantiam recti, & inuidiam;

Vesta

Vestra hæc missis est, Patres, Fratresque charissimi,  
nata in agro domesticò. Multi vestrūm hæc in palestra ver-  
sati sunt; multi versabuntur, & his olim Heroibus inferen-  
tur: quando charitatis impulsu, obedientia permisso, instin-  
tu diuinitatis illam ingressos, alios seruabit, alios conficiet  
Herois illa fortis ut mors, dilectio; facietque, ut & ipsa fer-  
rea moriendi necessitas hac arte heroicæ charitatis in au-  
reum transeat ex necessitate virtutem: adeò ut mors ipsa  
laudatè quæsita, fiat sempiternæ vitæ velut authoramentum,  
& vita æterna vicissim sit huius mortis tam nobilis longè no-  
bilius hostimentum. Horas ad clepsydram plenam collectis  
ex amici tumulo moëstis cineribus fluentes ducere, atque  
inde dies mensurare, doloris aliquando fuit industria, &  
amoris ingenium. Vobis, & mihi hæ Vicimæ charitatis igne  
combustæ, magnos domesticorum Heroum cineres dabunt,  
ut ijs nostrorum temporum clepsydras impleamus; id est,  
hisce hostimentis excitati, magnas horas diesque illustres  
ducamus, ad heroicam exemplorum immortaliter viuentium  
granditatem. id quod ego mihi quoque opto: ut possim, ac  
valdè vellim, inter vos, velut in media lapidum ignitorum,  
semper vivere dies pretiosè plenos, vestrâ consortione, preci-  
busque adjutus. Romæ in Domo Professorum Societatis Iesu-  
si. Augusti, die S. MARIA Maioris, ad Niues. Anno 1658.

*Minimus omnium in Christo seruus*

Ioannes Nádasi.

GOSVVINVS NICKEL SOC. IESV PRÆP. GEN.

CVm opus quod inscribitur Heroës, & victimæ charitatis  
Soc. Iesu. à P. Philippo Alegambe ad annum usque  
1646. & deinde à P. Ioanne Nádasi (vtroque Soc. eiusdem  
Sacerdote) ad annum usque 1657. conscriptum aliquot ex  
eadem Soc. Theologi recognouerint, & in lucem edi pos-  
se probauerint: potestatem facimus, ut typis mandetur,  
si ijs ad quos pertinet ita videbitur: cuius rei gratiâ has  
literas manu nostrâ, sigilloque nostro munitas damus.  
Rome 12. Ian. 1658.

Gosuvinus Nickel.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.

M. A. Oddus Vigefg.

Imprimatur,  
Fr. Vincentius Maria Guiasius Socius Reuerendiss. P. Fr. Rai-  
mundi Capisucchi Apost. Mag. Ord. Præd.

P R O T E S T A T I O .

C Vm Sanctissimus D. N. Vrbanus Papa Octauus ; die decimateria Martij anno millesimo sexcentesimo vigefimo quinto , in Sacra Congregatione S. Rom. & Vniuersalis Inquisitionis Decretum ediderit , idemque confirmauerit die quinta Iulij anno millesimo sexcentesimo trigesimo quarto , quo inhibuit imprimi libros hominum , qui Sanctitate , seu Martyrij fama celebres è vita mi- grauerunt , gesta , miracula , vel reuelationes , seu quæcunque be- neficia , tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta conti- nentes sine recognitione , atque approbatione Ordinarij , & quæ haetenus sine ea impressa sunt , nullo modo vult censeri approba- ta ; Idem autem Sanctissimus die quinta Iunij 1631. ita expli- cauerit , vt nimirum non admittantur Elogia Sancti , vel Beati absolutè , & quæ cadunt super personam , benè tamen ea , quæ ca- dunt supra mores , & opinionem , cum protestatione in principio , quod ijs nulla adsit auctoritas ab Ecclesia Romana , sed fides tan- tum sit penes Auctorem : huic Decreto , eiusque confirmationi , & declarationi obseruantia , & reverentia , qua par est , insistendo profiteor me haud alio sensu quicquid in hoc libro refero , accipe- re , aut accipi ab ullo velle quām quo ea solent , quæ humana dumtaxat auctoritate , non autem diuina Catholice Romanæ Ec- clesiæ , aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur ; ijs tantummodo ex- ceptis , quos eadem Sancta Sedes Sanctorum , Beatorum , aut Martyrum Catalogo adscripsit .

PHILIPPVS ALEGAMBE SOC. IESV

A. M. D. G.

Digitized by Google

• 61 •

PHILIPPI ALEGAMBE  
B R V X E L L E N S I S  
E S O C I E T A T E I E S V  
HEROES, ET VICTIMAE CHARITATIS.

**H**EROES, ac victimas charitatis, hoc est, eos de Societate Iesu relaturus in seriem, qui sui prodigi, dum alijs peste contactis, charitatis impulsu, obsequium nauant, suas ipsi animas pro fratribus posuerunt, ordior ab eo, quem non illum quidem ratio temporis, sed dignitatis & excellentiae prærogativa meritò primum facit; vepote qui in primis decemviris Societatis, ex quibus duce S. Ignatio & Patriarcha primum ipsa coaluit, & cohæsit, unus extitit. Is fuit

C A P V T I.

P. Paschafius Broetius.

**C**Viis natale solum, cùm à majoribus acceperimus fuisse Galliam, & urbem Ambiacum; posteriores tamen nonnulli, vel ipsomet autore Paschasio, Belgium in agro Cameracensi fuisse contendunt; còq; inualuisse de Gallia primam opinionem, quòd exorto inter finitimas duas gentes bello, iussis exceedere Parisijs, qui subessent Hispano, ipse obtenu Picardie, quam lingua referebat, ibi ad sua persequenda studia restitisset. Evidem & suam ego vetustati autoritatem integrum constare sino, & pro viro præstantissimo certare studijs finitimos populos, habeo voluptati. Fuerit is ergo patria seu Gallus, seu Belga; degebat ille Lutetiarum Parisiorum euoluti proximè seculi anno quarto ac trigesimo doctrinarum comparandarum gratia; cùm eodem studio ibi & Ignatius & ceteri Sociorum eius agitarent. Sed in eorum ipse numerum, cœtumq; non prius venit, quam digresso Parisijs in Hispanias Ignatio, ad sua, sodaliumq; confiencia negotia, quòd

A

sese

sese Dei seruitio expeditius manciparent, ab Petro Fabro, cui aliorum ab Ignatio cura, diligentiaq; concredata fuerat, illis adiungeretur anno 1536. ex quo deinceps vñà cum illis in æde Deciparæ in Monte Martyrum ad Parisios, die 15. Augusti, iam tum Sacerdos & Theologix Dôctor, prima vota concepit, atq; instaurauit. Spiritualibus Exercitijs cùm excoletetur, in triduum produxit inediā, viētus & potionis cuiuslibet omnino expers. Ita nimirūm etiam primæua Societas asperis durata, ad omnia fortunæ tormenta formabatur. Superuacaneum fuerit ea describere, quæ mox in itinere, quod Venetias ex Ignatijs condicō cuim Socijs post paulò suscepit, seu virtutum exempla præbuit, seu viarum labores, tempestatis inclem̄tiam, rerum inopiam, & alia istiusmodi tolerauit; quando ea ci cum alijs fuere communia, & à nostris scriptoribus abundè iam antea litteris prodita sunt. Ego igitur ad ea progrediar, quæ post confirmatam Apostolicā autoritatē Societatem, propria fuere Paschasiō; ubi nonnihil et de missione perstrinxero, quam ille primam omnino Societatis instituit, & videri potest norma fuisse ceterarum. Igitur Maio mense anni 1539. Paschasius, & cum illo Simon Rodericius, Pontificis natus, ad redintegrādam sacri cuiusdam Gynæcei disciplinam Senas mittuntur. Mirum profecto fuit, quantum ea res laboris, & molestiæ tum Archicīscopo, tum viris alijs longè grauissimis exhibuerit. At Patrum industriâ, quod tractatu asperum & durum erat, lene pe-derentim, & molle effectum est; & quod solutum, ac fluxum, suis rursum adstrictum legibus & ad diuturnitatem vincitum, mira totius tranquillitate Cœnobij. Eadem operâ nobilibus adolescentibus, qui in ea versabantur Academia, ceteraq; Civitati nauatum eius functionibus, atq; muneribus nonnihil à Patribus est: publicè, priuatimq; cuim omnibus agere, respondere consulētibus, sacra dispensare mysteria, valetudinaria frequentare, solari, fouere, vilia obire seruitia. Ad hæc, alios pijs exercere meditationibus; quæ res ut noua, omnibus, & cupiditatē experiundi multis accedit, & fructum tuit, quem solet: Ceterum non multo post reuocato ad Vrbem Simone, Paschasius & illius partes, & suas obiuit egregiè.

## C A P V T I I .

*Paschasius in Hibernia Nuncius.*

**P**orrò cùm ad messem animarum Socij in Provincias diuersi, quo-  
quò vocabat usus, aut necessitas, mitterentur, Paschasius sumul  
cum

cum Alphonso Salmerone Hibernia obtigit. Causa mittendi fuit, quod Henricus VIII. Angliae Rex coniunge repudiata, adscitaq; impellatum Annâ Bolenâ populos quotquot sub suo habebat imperio, terrore iniecto, cogebat, sc vnum, secundum Christum, Anglicanæ caput Ecclesiæ agnosceret; & Hibernæ Principes, populosq; qui legitimam Sedis Apostolice in Regnum illud dominationem, & intactam simul Catholicam fidem, à qua iam ipse palam descuerat, altè retinebant, ad eam utramq; ciurandam citârat. Eius rei certior effecitus Paulus III. Pont. Max. cùm præclusos sibi vndiq; videlicet adiutor ad ferendam tot animis opem, qui maiorem in modum Catholicis administris egebant, consilium deniq; ceperit, vt eò de Societate nonnullos, Nunciorum nomine, amplâ cum potestate legaret, qui in Insulam interiorem ingressi, si id consequi possent, tot animarum periculis obuiam irent. Ad eam Provinciam lecti sunt, post Ioannem Codurium, alium è numero decem primorum Patrum, morte præemptum, vna cum Alphonso Salmerone noster Paschasius, qui quarto Idus Septembris anno 1541. Apostolico more, sine facculo & pera, ab Urbe profecti, solo Obedientiæ ductu, perlongo, difficultatiq; itineri se commisere: quos cùm salutaribus ad eam gerendam ex officio functionem menitis Ignatius abeentes instrueret, Paschasius iussit esse partes loquendi cum Magnatibus, ybi ea occasio incidisset. Tanta nimis gratia dicendi, & venustas erat. Galliam multo cum labore, atq; vt inter strepantium bellorum suspiciones, manifesto etiam carceris periculo prætergressi, Scotiam versus nauigationem instituunt. Quod periculis haud sanè minoribus, difficultatibusq; perduci; inde in Hiberniam, non sine peculiari Diuini Numinis beneficio, Quadragesimâ oriente perueniunt. Hic vasta offendunt omnia, plena trepidationis & periculi, longeq; opinione peiora. Proceres vniuersi, uno duntaxat excepto, qui tamen ipse ceteros etiam imitaturus credebat, non solum Regis in edictum, voluntatemq; iurârant; verum etiam iureiudo sese astrinxerant concrematuros se litteras vniueritas Romani Pontificis; & si quos inuenirent huius viæ viros, vindictos ad Regem, ciuium in Hibernia Vicarium perducturos. Ita illi cum Apostolicis coniungi Nuncijs, ne mediocri quidem sermone, congregâsse sunt ausi; ac ne tutuni cis quidem redditum ex Insula illa praestare. Patres tamen non idecirco animis concidere, nec spem pœnitutis omnem abiucere; sed mutandis subinde latebris, captandisq; temporibus, omnem laborem, ac diligentiam in tutandis curandisq; Catholicis collocabant; quâ taciti passum monitis, atq; institutionibus; quâ sancto-

rum administratione mysteriorum. Quâ ex re ingens apud eos vbiq; lætitia, & admiratio singularis, Patrum præsertim continentia, atq; integritate perspectâ ; qui relaxationes animaduersionum, exceptions, immunitatesq; aut omnino gratuitas, aut ære permodico tenuioribus indulgebant. Quod tamen ipsum, ex Ignatij præscripto , non suis ipsi manibus ; sed vel per eos ipsos vnde solui debuit, aut etiam per Episcopum, partim ad sacrarum ædium instaurationem, partim ad viduarum soliditudinem, & pudicitiam virginum defendendam; partim ad alia id genus Christianæ pietatis officia , viuierum conuertebant . Ipsi verò rerum omnium egentissimi, suiq; instituti multo religiosissimè retinentes, nunquam vel pro se quidpiam postulabant, nec admittebant oblatum . Hunc in modum diebus quatuor & triginta eâ regione lustratâ, ipso iam vulgi rumore patefacti, ab Anglis indigenis queruntur ad necem, proposito indicibus magno pretio . Nec deuere fraudulenti quidam, qui eos negotiatoribus Anglis venales molirentur exponere, vt eos Henrico Regi captiuos exhiberent . Ergo Patres cùm moram diuturniorem non modo animis non fruferam, sed ne tutam ijs quidem, qui erga se officiosi esse vellent, aduertent (in apertum enim se vita discrimen & fortunarum , ceu rei perduellionis , obijciebant) ne quid suâ causâ cuiquam erearent periculi , consilium capiunt in Scotiam reuertendi . Abeunt igitur ex Hibernia , relicto apud eos populos, cùm sui desiderio non paruo , tum singulari documento virtutis ; qui morte, periculisq; contemptis, nullâ suâ utilitate, quæstuq; , sed vnâ duntaxat animorum salute, ac charitate ducti , tantum itineris suscepissent.

In Scotiam reuersi, forti & illic animo pertentarunt, vt Regem ipsum adirent , & rem Catholicam Schismaticorum furore quassatam aliquâ ratione leuarent . Sed cùm omnes aditus impia Procerum vis, ac potentia, qui à Religione defecerant, obsideret ; omnisq; ferè Provincia illa rebellem secuta Britanniam eodem pariter conflagraret incendio, in Galliam, re desperatâ, transmittunt. Cùmq; Diepam Normandiz portum appulissent, inde pedibus iére Lutetiam . Ibi cùm à Pontifice, vt in Italiam redirent, litteras accepissent, humiles pannosiq; Sedis Apostolicæ Nuncij , & per exiguo instructi viatico iter iniuere .

Lugduni autem cùm plena suspicionibus essent omnia, prælio Hispanos inter, Gallosq; commisso, simul atq; par hoc Clericorum in ea regione comparuit , Gallus alter , alter Hispanus, in usitato squatore sordidi, & obsoletiore vestitu, pro exploratoribus, comprehensi coniiciuntur in vincula . Verum à Cardinalibus Nicolao Gaddio, &

Fran-

Francisco Turnonio; Lugduni tum fortè motantibus, quanquam non ita mox agniti, honorificè dimissi sunt, viatico insuper, quisq; donati. Atq; hic fuit Hibernicæ missionis exitus.

## C A P V T I I I.

*Paschasi per Italiam missiones.*

**H**AUD multò postquam ex Hibernia Paschasius Romam reuertit, anno 1543. Fulginium missus est, quò nostro quempiam è numero Blasius Sanctæ Crucis, Ciuitatis eius Episcopus aduocarat, Marcelli Ceruini Cardinalis S. Crucis interpositâ autoritate. Ibi Religiosis seminarum claustris veterem vivendi régulam Paschasius redidit. Ibi plurimos Sacerdotes, qui per summam inscitiam sustinere personam illam, munusq; non pôterant, Grammaticâ instituendos cœravit. Idemq; miro quodam artificio ex pellicâtu duodecim, in quo duodecimum nonnulli annum iam hæserant, ad legitimâ fidem thori, sanctitatemq; coniungij reuocauit.

Eo in genere cùm alia quædam, Diuinâ potius, quam humanâ gessisset ope, torus adhuc in ea vrbe purganda; eiusdem Cardinalis rogatu, in Montem Politianum ipsius Patriam, Ignatij iussu, se transfert; pari incolarum tum veilitate, tum gaudio; atq; vtrobijq; præter cetera, in tradendis Christianæ Fidei elementis tricenos posuit dies: donec Maio mense, Regium Galliæ Cisalpinæ, ad restituendum monasterium Coenobium à Cardinali Carpensi destinatur. Is erat Rodolphus Pius, cuius fidei, tutelæq; prima nostræ Societatis cunabula. Summus Pontifex, Protectoris nomine, commendârat, præstanti prudentiâ vir; autoritatis vero tantæ, vt ipso absente Pontifice, secundò in Vrbē Legatus summâ cum potestate sit relîctus. Ab hoc ergo Paschasius ad id, quod dixi, Coenobium cum litteris destinatus, et si perlîbenter, vt decuit, primò exceptus est, & paratas ad cetera Virgines sese profiterentur; tamen vt communes Ordinis leges, & Religiosos viros, qui ad Homologesim assignabantur, & si qua alio ex Coenobio ad ipsas iruandas, esset accersenda Virgo, ea vt recipiunt, nullo modo potuere perpelli: vt cogeretur homo lenissimus pro potestate accepta, die glorioh in cælum Christi ascensus, sacrae cas mensæ communione priuare. Nec ab ingenita ille tamen lenitate discedens, blandè illas ad impetrândam Sancti Spiritus gratiam cohortatus, peculiarem in Odore precationem habere iussit aliquot dies; vt quod

quod ipsis expediret, Diuinus inspiraret afflatus; idem rogaturum se ipse pollicitus. Sic nimirū flexit cælestē Numen rigidas mentes; ut quæ sui Pastoris detrectarent imperium, mox ab oratione digressæ, ministris eius obsequentiissimas se præberent; & medicamenta salutis, quæ modò respuerant, audiissimè complecterentur. Tanti est Deo dicatas mentes ex Dei spiritu, & sua ex arte tractare. Ceterū laborum merita cumulauit iō Paschalio morbi grauissimi patientia. Ægrotauit ad mortem; sed eorum misertus est Dominus, quorum vita per suum famulum confulebat. Nondum is viribus recreatis, Fauentiam mittitur, eodem Cardinale rogante; quæ Ciuitas iniru in modum crat indigens opis cælestis. Irrepererant Lutherani Ministri, aditu patefacto, Bernardinus præsertim Ochinus nobilis eloquentiæ, qui multa naturæ dona in suam, atq; aliorum perniciem conuertebat. Paschalias cā Ciuitatis perspectâ lue, & pertentatis Fauentinorum ingenijs, timidè primū, ac pedetentim ad ea mutanda, & curanda descendit; communicatisq; cum Vicario Præfulis suis antè consilijs, præstantissimum quemq; & præ ceteris ad pietatem propensum blandâ oratione demulceret; deinde quò faciliorem, & ad sanandos mores, & ad sanctiendam religionem sibi aditum aperiat, ab officiorum pietate, benefactorumq; disciplina institutionem suam, & curationem aggreditur. Erat tum ingens ea in vrbe pauperum, & agrorumq; turba; quibus vt pro Christiana pietate succurreret, ciuibus autor fuit, vt ea de re sodalitum instituerent. Cuius dux operis Paschalias ipse delectus, sodalitum, quod à Charitate nominari placuit, suis cum legibus condidit; quibus non alienis modò corporibus sodales illi, sed suis etiam animis opem laborantibus ferrent. Ac ne tam oratione, quam re sodales ipsos impelleret, ijs secum adhibitis totam lustrauit vrbum ad inquirendos, & consolandos egenos. His ad Sacraenta salutis erexit, Medicorum, medicinarumq;, ac contentanei virtus præsidia comparauit. Progressio operis sanè opinione felicior, & quotidiana pietatis in sodalibus incrementa magnos vbiq; fecere motus; nec minorem certè fauam peperere Paschalio. Cuius ille ope grandiora pro animis ausus, publicè ad explananda Christianæ legis initia studium sine pompa, sine ostentatione conuertit. Eares, vt ibi noua, atq; insolens, sic ætatum est omnium, & omnium ordinum celebrata concursu. Porro quam in templo publicè legem, eandem multis priuatim in gymnasij tenera enucleabat ætati, Magistris, ac parentibus non inuitis; quos eadem operâ, vnde pueritia erudiendæ formam peterent, edocebat. Accedebat publicæ concionis hora-

hortatus ad populum vniuersum, & priuata cum unoquoq; congregatio : quo vtroq; præsidio Faucentinorum propè iam desperata religio, demum in integrum renouata, & restituta est. Complurium & viorum, & seminarum iuuentus addicta flagitijs, ad pudorem & sanctimoniam reuocata. Pax etiam frequens primarias inter constitutas familias ; ut aliquando homines amplius centum Principe in æde ex inueteratis inimicitijs mutuas sibi iniurias, populo inspectante, donarint ; ubi latam celebritatem Paschaisij pauca, sed grauia verba de pacis bono, odiorumq; pernicie clauerunt. Hisce animi prauitatis, moribusq; sublatis, non magni videlicet negotijs fuit, prauas etiam ex hominum mentibus opiniones euellere, & sanis doctrinis atq; dogmatibus Hæreticorum refutare conatus. Quidquid autem veneni furtim sparserant, omni animi prouisione compressum est ; & semen ipsum obrutum, ne nouam in segetem pullulareret. quod si quorundam iam præcordia vitiarat, a thribus præceptorum saluberrimis curationibus, quidquid illi obbiberant, vomuerunt ; & in Orthodoxæ religionis sinum, vnde Lutherana fraus abstraxerat, reuelarunt. Dum in his curis, laboribusq; non Fauentia modò, verùm etiam in alijs Æmiliae partibus Paschaisij defixa mens est, totus ei & hic, & consequens, hoc est 1546. fluxit annus .

## C A P V T I V.

Definatur Aethiopia Patriarcha .

**H**is ijsdem ipsis ferè temporibus, quamvis summâ constantiâ , tribus, quatuorue Professis è Societate oblatos Episcopatus , nulladum quidem propriâ de repudiandis honoribus latâ lege , sed eo tantum sensu, qui Patrum animis à primo insederat, obfirmato tamen animo tum Ignatius, tum ceteri recusassent ; at Aethiopicî honor Patriarchatûs , quem tum nostris hominibus Lusitaniae Rex deferrendum curauerat, Petrumq; Fabrum nominauerat, nec declinari potuit, nec Ignatius ab eo multum abhorruit ; nimisq; quòd ea munericis legatio non tam honoris esse, quam multi oneris videretur ; nec tam dignitatis , & copiæ , quam humilitatis & inopie . Porrò iam Petrus Faber è medio exceperat, cōq; deriuanda in alium dignitas fuit. Vnus ex omnibus Ignatio, Claudio Laio, Iacebo Lainio, alijsq; Paschasius probatus est, cūm rerum usu, tuin morum, atq; etiam corporis ipsius habitu, ac dignitate de quo extat illud Ignatij pulcherrimum hac ipsa occasione prolatum iudicium, qui cūm ad illud Patriar-

chæ munus tria præcipue requiri dixisset, sanctimoniam vix, litterarum scientiam, & nonnulla corporis ornamenta, inde primis Partibus, qui erant superstites, ferè singillatim omnibus, quod alij alicarearent, exclusis: Paschasius, inquit, ita ante omnia est vir bonus, ut à nobis quasi Angelus in Societate habeatur: deinde, præter scientiam quæ potest, plurimum in visendis, reformatisq; Episcopatibus, & Monasterijs habet usus: quippe qui, præter alia, etiam Nuncius Pontificius in Hibernia versatus est; adeò ut eiusmodi negotia nemo unus è Societate aquæ tractaris: ille autem sic tractauit, ut ad quamcunq; rem manum admovearet, operam suam mirabiliter (quæ profecto miranda laus est in parsimonia Sancti Patris) probarit: nam & validè natura sedulus est; & quoniā adeò se obsecsum Episcopalibus, & conscientie causis videbat, magnam q̄s studijs diligentiam & curam semper adhibuit; quæ rē maximè in Aethiopia necessaria est. Postremò, satis ei honesta est totius conformatio corporis, satis firme vires, & prospera valetudo, ataq; media, annorum circiter quadraginta. Hæc tum Ignatius in codicillos retulit de Paschasio, qui etiamnum extant: qui tamen in Aethiopiam missus non est, quod in id tempus dilatâ re, cum iam Societati suppeteret maior hominum copia, Paschasius ab Gallia, vbi tum versabatur, haud quamquam remoueri posse visus est.

## C A P V T V.

*Aliæ Paschasy per Italiam missiones.*

**A**nno seculi prioris septimo post quadragesimum translato Bononiā, quod inchoatum Tridentiam fuerat, Oecumenico Concilio, ad Iacobum Laynium, et Alphonsum Salmeronem, qui cōdēm, ceu Pontificij Theologi, venerant, Paschasius quoq; Fauentiā accessit, magno sui desiderio apud eos ciues, ex uberrimo, quem attulerat fructu, relicto, facturus id ipsum breui Bononiæ, si valerudini pepercisset. Sed dum animi viribus sese, non corporis dimicavit, ex assiduitate laborum ita caput oblœsit, atq; obtudit, vt de Sancticrucij Cardinalis sententiâ, cui à Confessionibus erat, balnea Politiani Montis ei fuerint periclitanda; vbi multa quoq; interea, quoad per valerudinem licuit, ex instituto præclarè gessit. Præbuit cupientibus diuina mysteria, et ex locupletiorum benignitate, qui balnea celeabant, curauit tenuitatem Virginum sustentandam. Plurimis, et in his Cardinalis germano fratri, eiusq; coniugi, meditandi, et contem-

templandi vias aperuit, et inter eam exercitationem de vniuersæ vita peccatis eos rite audiit confitentes. Eadem in ipsa vrbe gessit vberius, vbi ad orandi præcepta tres Sancticrucij forores, Cynthiam, in ijs Roberti Cardinalis Bellarmini matrem, exercuit, et Societati mirificè in omne tempus posterum conciliauit. Postea Bononiam reuersus, cum renouatis in integrum viribus, renouare curarum simul impetus cœpit, totumq; ibi annum in suis tractandis armis, telisq; consumpsit. Ibi viros, fœminalq; complures, in ijsq; matronas amplius triginta, in imperatis ab Ignatio orandi, meditandiq; locis acriter exercuit; quanto cum fructu, testata est cum seminarum egregia mutatio, quæ spretis satanæ pompis, Christo vacare, pijs in precibus, et subleuandis pauperibus didicerunt; tum eorum, qui, ne quid amplius cum seculo haberent, salutari repente fugâ, partim se ad Societatem nostram, partim ad alias familias transtulere. Præ ceteris autem Paschasijs fructibus, Parochorum fuit ad meliorem frugem, Sacerdotumq; reuersio. Complures etiam pestilens Lutheri dogma dedocuit; et Catholicum, ac salutare perdoctos ad Sacra menta salutis adduxit. Quibus Paschasijs studijs, officijsq; apud S. Luciam, qui templum illud celebrare consueuerant, excitati, duas templo coniunctas ædes, ne inde Patres aliò demigrarent, eorum in vlos suis sumptibus compararunt, suamq; insuper in ædificium operam contulerunt; vt id operis, quod simul inchoatum, simul hoc eodem anno magna ex parte perfectum est, sua quidem ex parte Lainio, ac Salimeroni, sed ex potissima Paschasio debeatur. Ceterum neq; vna se se Bononiâ ita continebat opera Paschasijs, quin etiam in propinquam nonnunquam excurreret; componendæ præfertim pacis gratiâ primarios, ac nobiles inter viros; quam ab alijs diu frustra tentatam, assiduis conatibus, atq; vigilijs, Deo obsecundante, composuit. Ad hæc Rodulphus Cardinalis Carpensis Meldulam profecturus, quod ei erat paternum oppidum, ad puerorum, et multitudinis catechesim, cum sibi comitem ire voluit. Verum haud multò post, reuocantibus Bononiam occupationibus, alio illi ab Ignatio suffecto, Paschasius se illò celeriter retulit.

Sed neq; diutiùs ibi subsistere concessum fuit: nam Claudio Iaio, qui Ferrariae ponebat operam, Ingolstadium profecto, in eius ibi locum Paschasius suffactus est. Multa benè, præclareq;, ut semper alibi, Ferrariae gessit. Illud memorabile in paucis est, quod dum index in poenitentes, &c reos sedet, pertinacem è mulieris corpore Daemonem, quem nulla Sacerdotis exigere adiuratio poterat, imperatâ

facinorum confessione fugauit. Consimilis nequitiaæ Dæmonem ex alia fœmina, quam sex, septemue homines regere, ac continere vix poterant, sacris, de more, carminibus, atq; exorcismis abegit.

Interea redactis iam quoquomodo per Italiam in formam Provincie partim inchoatis, partim firmatis iam aliquot Collegijs, ea Pascha-  
sij curæ anno 1551. commissa sunt, cui primùm in Italia, extra Neapolis et Siciliæ Regna, Prouincialis tituli dati ab Ignatio sunt. Verùm subrogato post annum in eo Prouincia munere Iacobo Lainio, Paschasius in Galliam, vbi maiores cum labores manebant, ab Ignatio missus est.

## C A P V T V I.

*Acta à Paschasio in Gallia.*

**I**gitur ut per æstatem anni 1552. Lutetiam venit Paschasius, reperit latiorem exercendæ campum tolerantiae, quām depromendæ in animis curandis industria. Non tamen intermisit ad Sancti Germani præbere aures conscientiæ onus ponentibus, et multis priuatim exercendi spiritus dictata præscribere. Prima tamen eius curarum in eo consumebatur, vt Societas, autore Parisensi Senatu, ritè Galliæ Regno reciperetur. Carolo Cardinali Lotharingo patrocinante, alterum super hac re iussum dedit Henricus Rex. Sed nihilo magis maturata est causa. Ad extremum Senatus, vt eam ab se, siue cu-ram, siue inuidiam amoueret, cognitionem morum Societatis, institutorumq; , et Pontificiorum, quibus probabatur, diplomatum, Soc-  
bonicis Magistris, et Episcopo delegauit. Multi è Senatu, plures è Theologis erant, qui nouas Religiosorum disciplinas omnino sine exceptione damnarent. Episcopus verò huic nostræ aduersarium se sine dissimulatione profitebatur, concessas illi immunitates, et alia beneficia Apostolicæ benignitate Sedis, negans potuisse concedi, vt quæ Hierarchiæ Ecclesiasticæ soluendæ essent. Quid ea in causa vi-  
rum non obiit Paschasius? Quid dimicationum non adiit? Quibus non os conuitijs obtulit? Suâ illâ antiquâ dicendi vi hos precans, illos edo-  
cens, dedocens alios, cum plerisq; disceptans, vt exitus tandem, qui cùm Societatis, tum ipsius Galliæ causâ expetebatur, continget? Nihil tamen, nisi ad patientiæ suæ lucra profecit, causâ in deterius prouolutâ semper, quoad tandem præcipitata est. Neq; enim aut vestigial adhuc ullum stabile Lutetiaæ Pariforum Societas, nec domi-  
ciliū habere poterat; nec Eustachius Pellius Antistes potestate  
agen-

agendi cum populo dabat, nisi, ut vulgares Sacerdotes, eius ditio-  
ni se Nostri subiicerent. Quæ fuit causa, ut excurrerent in vicina op-  
pida, et Dioecesim maximè Senonensem, ibi; diuinum semen latius,  
fructuosiusq; spargerent. Tumebat interim maius malum Parisijs: et  
passim audiebantur voces in Societatem, quæ, ut Paschasius loque-  
batur, non ipsius simplicitatem, sed insignem aliquem doctrinâ vi-  
rum, audentemq; ac fortem requirerent. Erupit tandem, velut ex  
tetra nube fulmen, decretum quoddam, nomine Sorbonicum, con-  
tra Societas instituta longè grauissimum, quod ineunte anno 1555.  
Paschasio traditum, incredibiles illi, Societatiq; vniuersæ molestias,  
et difficultates creauit, omnibus propemodum omnium ordinum mor-  
talibus, eâ autoritate perculsis, eoq; vel nos, ac nostra vehementius  
tali sub præsidio impetentibus; vel, si qui antea fauebant, metu patro-  
cinium deserentibus. Accessit summa Societatis solitudo; nulla ibi sa-  
pientia excellens, nulla fecundia, nulla acrior, robustiorq; prudentia.  
Pauculi erant Socij; innocentes illi quidem, et virtute præcellentes,  
sed adolescentes, ac fermè tirones. Summa in Paschasio erat, cuius bona  
simplicitas de sece metiti ceteros assueta, quid ageret contra callidas  
artes, contraq; potentiam? Existimauerant quidem Decreti autores  
Paschasiū, et Socios sententiam ipsorum reveritos, desertâ priore  
disciplinâ, ad Carthusianos, quod suadebant, transituros. Verùm  
vbi tranquillissimâ eos vident in suis institutis persuerare constan-  
tiâ, apud Episcopum expostulant, suum iudicium contemni. Tum  
verò is, qui iam suâ ipse sponte aduersabatur, decreto Theologorum  
armatus, præsenti intentato anathemate, ne conciones habeant, ne  
cœtus cogant, ne Sacramenta curent, ne diuinam rem faciant, in-  
terdicit. Itaq; nihil restabat aliud, nisi vt flagris, vt rumor ferebat,  
cæsi, pulsq; toto Regno facesserent. Quæ cùm ferverent maximè,  
furerentq; obtestatores, non licebat Socijs apparere in publico, nisi  
vt conuicijs, et probris obruerentur.

Hic Paschasius cùm permodestè ad Pontificem prouocasset, ne  
quæ tempestivis essent sananda consilijs, intempestivis exulceraret;  
quanquam in Episcopi potestate per Apostolica iura, et priuilegia  
non erat, nec idcirco anathematum illaqueari vinculis poterat; ta-  
men suo iure tantisper cedens, vacandum sibi publicis à muneribus  
censuit, intermittendam vulgo Sacmentorum administrationem;  
priuatamq; solùm in æde S. Germani, quæ nec Antistiti communi  
subiicitur, retinendam. Ceterùm tam ampla sunt spatia charitatis;  
vt campus illi deesse, per quem excurrat, in quoq; se exerceat, nun-

quam possit. Tum igitur Paschasius, Socijqt; , vel nonnullis priuatim, et clanculum per exercitia spiritus excolendis occupari , vel publicis inuisendis , cohortandisq; custodijs ; vel (quod , et latè patuit , et maximam habuit commendationem) migrantibus è suis corporibus animis confirmandis ; nonnullis etiam interdum erudiendis sacrarum Virginum contubernijs ; deniq; priuatis congressibus, atq; colloquijs , tum his , tum illis vocandis ad officium , et reducendis ad frugem . Verùm vbi se primus ille tempestatis impetus fregit , et mitescentibus animis paululùm resedit rumor , et prouocationis litteras ab Episcopo Paschasius expressit , tum demum ad consueta omnia totà libertate se retulit . Nec Episcopus , quippe ad sui fortasse curam nonnihil conuersus , postea quidpiam negotij facessuit ; paulatimq; ex tetra tempestate , aperiente se quasi sereno , etiam amici , ac ceterorum frequentia rediit .

## C A P V T   V I I .

*Acta Roma , & rursum in Gallia.*

**D**Vm hæc in Gallia gerit Paschasius , Romæ S. Ignatius extre-  
mum vitæ diem morte confecit , excunte Julio anni 1556. et in-  
dictis vniuersæ Societati comitijs ad nouum illi sufficiendum Præpo-  
situm Generalem , Paschasius è Gallijs , excunte Quadragesima se-  
quentis anni , cā causā ad Vrbem venit . Iis in comitijs , priusquam  
haberentur legitimè (vt erant ea prima , neq; satis adhuc vlo neq;  
exemplio , neq; lege firmata , et omnis in ijs prodenda ad posteros  
comitiorum forma disceptabat) facile fuit aduersus Iacobum Lai-  
nium Vicarium Generalem , autoribus maximè Nicolao Bobadillâ ,  
et Simone Rodericio , vtroq; ex Decemprimis Professis , nonnullos  
motus existere , querentibus illis non eam sui , quam oportuisset ob  
Decemuiratum , habitam fluuisse rationem in designanda vicaria ad-  
ministratione , cuius se participes esse suo prærogatiuæ iure deceret .  
Ab illis etiam Paschasius , nullo quidem studio glorie , vel imperij  
cupiditate , quorum erat quād maximè alienus , sed vt erat innocen-  
tissimus , minimèq; malè cogitans , haud ægrè in eandem est senten-  
tiā , conspirationemq; abductus . At vbi maius excitari , quād  
cogitauerat , videret incendium , atq; ex communi dolore , ac sensu  
omnium , quonam essent progressi , animaduerteret , subduxit sese ille  
celeriter , et quieuit .

Ceterum, ut eo anno varias ob causas distracta fuissent comitia, & alterum in annum Præpositi Generalis creatio dilata, conuenire rursus è suis quisq; Prouincij Patres anno 1558. eoq; in conuentu Paschasius Assistens ad electionem designatus fuit, qui præcipuus, eâ in actione, cùm honoris, tum etiam fidei locus est: & mox, cùm Iacobus Lainius suffragatione legitima ceteris ad summum Magistratum, vocatis alioqui Paschasio, Borgiaq; ad eundem suffragijs singulis, esset antelatus, cum Paschasius iure vetustatis, eò quod est Professorum antiquissimus, & Lainius, ad quem id alioqui tanquam Vicarium pertinuerat, se ipse renunciare haud satis honeste, aut officiosè posset, in cœtu Patrum Generalem Præpositum ex formula præscripta prodidit, & primus in genua pronus eundem manus osculo veneratus est.

Secundum Congregationem reuersus in Galliam, rem Societatis item suâ rursum industriâ, laboreq; permultum promouit. Iam Billomæi fundamenta Collegij, à Guilielmo de Prato Episcopo Claramontano antehac copta, magnos habuere processus. Parisijs eodem autore Antistite & Mauriaci in Aruernis inchoata item Collégia; & anno vndesexagesimo Apameæ rogatu Episcopi Roberti Pelleuæi, operâ potissimum missuq; Paschasij alterum. Sic enim, dum suâ patientiâ pertinaclam aduersariorum atq; iras sustinet, ac sensim debilitat, confirmandæ Societati, latiùsq; fundendæ, & locum simul, & modum facit.

Successit his rebus gerendis annus alter à sexagesimo, quem Paschasius priùs periculoseum, mox etiam fatalem expertus est. Venerat missu Pontificis Maximi Lutetiam Parisiorum Præpositus Generalis Lainius, ut nutantem religionis Orthodoxæ Poissaco in conuentu, quando is impediri nequieverat, suâ sapientiâ, atq; autoritate firmaret. Eâ vsus occasione Paschasius, quando minus esse necessaria, Parisijs eius opera, præsente Lainio, censemebatur, Billomum ad eius Collegij res inspiciendas excurrit. Eodem ex Hispania Hieronymus Natalis, qui properabat ad Lainium, optatior certè, quām expectatior in summa circumstrepentium Hæreticorum licentia venit, qui Patris innocentissimi plurimū lētatus conspectu est. Vterq; dein Lutetiam versus, vbi Lainius expectabat, non visitatâ quidem, ac regiâ viâ; quod ingens obuolitaret vndiq; Hæreticorum terror; sed diuertentes per Burgundiam iter intendunt. Vrbes, castella, pagi, omnia in armis erant, infessa viæ, sublati pontes, custodiz ad portas, pericula toto itinere multiplicia, & magna; inter quæ tamen Lutetiam omnis

omnis experte*s* iniuriaz contigere. Lainius ex Natali, Paschasioq; cognitis, quæ ad rem publicam Societatis eo in Regno cupiebat, quinto Idus Junias, reliquo Parisijs Paschasio, abducto Natali, in Belgum discessit.

## C A P V T V I I I .

## Paschasiy mors.

**I**n terea Parisios grauissima post ceteras calamitates pestilentia innasit, quæ amplius octoginta hominum millia traduntur absumpta; & quatuor de Societate, in ijsq; Paschasius ipse, eâ sublati sunt. Post Idus Augusti, vbi malum ingrauescere coeptum est, Pontius Cogordanus noster ad villam S. Clodouai secessit. Paschasius, quamquam multum rogatus, cùm diceret nusquam se tutiorem fore, domi voluit ad eius quasi custodiā subsidere. Manserunt cum eo Socij duo, Ioannes Allobrox, & Ioaunes Borghesiūs, coquus, vir rectus & simplex, in quo planè non erat dolus. Allobrox paulò post ad Pontium, vt esset tutior apud eum, missus, luc inter eundum contactus, vix triginta sex horis superstes, octauo Calendas Septembri, diuinis præmunitus mysterijs, obiit. Iam non urbem modò, sed latè suburbana quoq; pestilentia deuastabat. Quam ob rem Pontius Othonem Briamontium, quem paulò ante Parisios Hieronymus Natalis è Belgio miserat, retro in eam Prouinciam, vnâ cum Guilielmo Flandro, tantisper dum Galliæ salubrior tempestas succederet, remittere consultum existimauit. Hi dum Parisios adeunt, vti placere sibi Paschasius ostenderat, mandata eis & viaticum traditurus, Otho ex itinere pestifero faucijs carbone peruenit; alteroq; die, cùm ei paterno studio, posthabitâ sui curâ, Paschasius inserviisset, quarto Calendas Septembri mortuus est. Hac re cognita Pontius, vt omnino Paschasiūm ad conseruandam pro Dei gloria salutem adduceret, cum eo in colloquium in neuore, quod Boloniæ dicitur, venit: Et ille quidem in permanendi sententia perstitit: •veiūm Pontium ac Socios longius ab Parisijs cedere in loca integra iussit. Nouiodunum itaq;, urbem pestilentia atq; hæresi intactam petiere: Paschasius & Ioaunes coquus mansere Parisijs. Ceterum Paschasius iam ab Othonè, cui seruierat, virus combibisse compertus est; quo sensim glisceente in præcordia, demum decimo octauo Calendas Octobris, hoc est, ad diem 14. Septembri, qui Exaltationi Sanctæ Crucis dicatus est, eius anni 1562. pretiosam mortem oppetiit, quinos & quinquagenos na-

tus

tus annos . quem Ioannes quoq; coquus , post nauatam illi operam , oœtauo die secutus est . Vide autem , quām mira Paschasi<sup>y</sup> fuerit , & sollicita-de aliorum , quām de suâ incolumitate diligentia . Pontius Cogordanus , cùm eius accepto mortis nuncio Parisios Nouioduno rediisset , & horrifica tecta ingressus , omnia vbiq; excitatis ignibus perpurgasset , in cubiculo Paschasi<sup>y</sup> super mensam reperit schedulam , in quā bonus Pater cum cura admonebat , quid à se contrectatum iam ægro , quid secus esset .

## C A P V T I X.

Paschasi<sup>y</sup> Broëti virtutes .

**E**RAT PASCHASIUS , vt supra memoraui , vnus è decemprimis Societatis Patribus , & superstitione antiquissimus Professorum , vir innocens ac placidus , quem S. Ignatius ob morum innocentiam , Angelum consueuerat appellare : ita Societatis amplificandæ , iuuandæq; Galliæ cupidus , vt illud studium eius causa mortis extiterit : cùm enim Parisiensis initia Collegij sustinere peruellet , ceteris ad salubriora loca dimissis , adduci , vt ipse fuga sibi quoq; consuleret , omnino nequivuit . Aiebat aliquando viginti se annis persistisse in petenda à Deo humilitate , neq; videri sibi tamen eam consecutum ; quod ipsum profectò ex ingenti humilitate haud dubiè sentiebat . Quām enim suimet contemptu gauderet , cùm assidue perspectum est , tūm verò luculentius aliquando , cùm Billomo Lutetiam rediret . Iter habebat pedes , Bertrando Rosetio comite , per agrum , in quo demetendis frugibus ad triginta homines opus faciebant . Hi continuò pannosum conspicati Patrem , cœperunt habere ludibrio , & onerare conuicijs , simulatorem inter cetera , deceptoremq; magnis vocibus appellantes . Quem ad verborum sonitum , quasi ad iucundam symphoniam , suo innixus baculo , vt audis auribus omnem exciperet , in vestigio constitit , neq; prius , quām illi satietate , partimq; pudore finem fecere , gradum mouit . Tum verò Paschasius erigens se , placidissimoq; vultu messores , quasi de beneficio gratias acturus , intuitus , Deus , inquit , vobis benignè faciat , filij , ac benedicat ; eaq; dicens , manu simul Crucis salutare signum ad beneprendandum expressit . Non tulere insolitam eam mansuetudinem quamvis rusticana pectora . Extemplo velut attoniti ad eius obuersti pedes , veniam preantes , se iniquos connicatores , illum virum re verâ san-

Guta

Etum deprædicare . Apparebat etiam Paschasi⁹ humilitas ex itineribus, quæ semper agebat pedes ; cùmq; ab Antistite Claramontano quondam esset adactus equum accipere , simulatq; vrbe excessit , eò ad Franciscanorum relicto Cœnobium , Apostolico more perrexit . Quibus in itineribus , vbi ad diuersorium peruenierat , in secreto aliquem se locum consueuerat abdere , ac flexis genibus , aperto capite Sacerdotale Officium ante omnia exequi , tantâ contentione , ac charitate , vt vultus ipse ardore videretur .

Nec minor erat eius ardor iuuandi proximos . Nunquam nec audiendis Confessionibus , nec habendijs sermonibus , nec visendis ægris , siue interdiu , siue noctu defatigari . Sæpè ita accidit , vt ad ægros , cùm vix ad mensam consedisset , vocaretur ; illic oq; consurgens , qud vocabatur , properaret , nec quidquam dein toto die gustarer , tanquam abunde charitatis pabulo recreatus . Nec semel eodem die reuocatus initio cœnæ , alacritate magna propè iciunus accurrit , non solum cibatu , sed etiam quiete nocturna libenter , vt proximorum saluti consuleret , sese defraudans . In priuatis colloquijs ad Christi Seruatoris amorem in hominum animis ingenerandum multum valebat . Ad longas pro suggestu conciones defici se memorâ ingenuè fatebatur . Ceterum perlubenter alijs , qui verba facerent , aures præbebat . Et cùm Billomi de Societatis initijs , & progressionibus verba P. Natalis ipso præsente ficeret ; Paschasi⁹ animaduertere Patres perattentum absq; vlo singultu ac strepitu , labentibus perpetuo riuo per genas lacrymis , ab exordio sermonis ad finem perfleuisse .

In secundis iuxta & aduersis rebus , vultu semper eodem cernebatur ; quippe cùm status mentis , vnde vultus fingitur , semper æquabilis , & idem permaneret . Propria tamen eius laus dicebatur , simplicitas mixta prudentiâ . Hanc principio complexus , toto vitæ cursu tenuit : hanc prædicabat ipse frequenter , & commendari ab omnibus cupiebat . Olim Andream Frusium rogauit , vt in illius laudem poëma conscriberet . Quæ vna virtus facilem totius viri æstimationem facit ; siquidem congressu simplicium maximè , cùm Deus ipse , tûm homines delectantur ; estq; simplicitas virtutum ceterarum conciliatrix , altrix , & decus ; vt quo eam quisq; gradu adeptus sit , eodem necesse sit eum quoq; ceteras obtinere .

Iam quid de Paschasio Sanctus Patriarcha noster sentiret Ignatius , ex eius codicillo , quem capite quarto recitaui , exploratum est . Sed adscribere placet Francisci Bandinij Senensis Archiepiscopi litteras ad S. Ignatium , quibus ab eo laboranti Paschasio suppetias post

post auocatum Simonem Rodericum flagitabat, in hæc verba: Ea est Paschasy vestri, aut potius nostri, vite integritas, & morum suanitas, ut omnibus gratus, incundusq; sit; mihi vero gratissimus. Et in eo manere, quo hic fungitur, est adeo vehemens, ut summa eius cum laude oculos omnium in se conuerterit. Nam verbis hortatur, exemplis innat, humilitate allicit, charitate ad bene, beatèq; vivendum inflammat, &c.

Ad extremum, colligam Paschasi omnia simul decora in compendium, si eius elogium sepulcrale à Patribus Flandrobelgis in Imagine primi seculi confectum reddidero. Ita habet:

Nec atratum esse, nec incrassatum decuit hunc tumulum, quo Paschasy Broëti candida, & sincera simplicitas continetur. In agro Cameracensi natus, Parisijs educatus in litteris, ibidem aggregatus Ignatio, Gallie tot nominibus obstrictus, quantumvis alio vocaretur, & destinaretur à pluribus, Gallia potius, quam alteri & viuis, & mortuis debebatur. Erat ei in ore serena semper hilaritas, nisi cum eam obnubilarent lacrymae, uitiorum expressa. Erat in moribus aperta sinceritas, animorum suave illucum, & amabile munimentum. Nec deerat actionibus eius candori mista prudentia, que simplicitatem non perderet, sed armaret: unde ab Ignatio habitus, & nominatus est Angelus; Ingenuitate morum admirabili, & amabili sinceritate nature. Missus in Hiberniam à Pontifice Nuncio; Patriarcha in Aethiopiam designatus; conformatio corporis, sanctitate mentis, experientia rerum, scientia litterarum, ab Ignatio aptus præ omnibus iudicatus, qui tanta dissidentis per Africam Ecclesie mania sustineret. Sustinuit preparatione mentis, & corporis; ostentatione procul, & gloria; oneris auditus, honoris impatiens. Incredibili felicitate aditum Societati fecit in Franciam. Ad quamcumq; rem manus admonit, operam in ea suam mirabiliter approbavit. Donec saeuente lue per Gallias, inter oclogista hominum millia, que Lutetie Parisorum pestis absumpsi, ipse, ne suos desereret, sacro demum correptus igne, Anno M. D. LXII. VIII. Kal. Octobris, cecidit extrema victima charitati, amoris, nisi hac ossa suppeterent, holocaustum.

Autores, & notas, vt pote loci plurimū occupaturas, cùm hæc, tum in sequentibus deinceps vitis omittimus, in Archivio assertandas.

Prolixè in illis ratio redditur eorum,  
quæ in historia afferuntur.

† † †

**BELGIVM. CAPVT I.**

*Tres in Belgio mortui.*

**P**RIMA PROVINCIARUM IN HANC SCENAM DESCENDIT BELGIUM; & HEC RUM HOC AGMEN DUCIT IDEM IS, QUI NUPER ROMANI COLLEGII RECTOR EXITERAT

*P. Quintinus Ciarlartus*, qui dum vitam suam post proximorum charitatem putat, lue ciuitatem deuexante, omnium se confessionibus promiscue audiendis obiicit. Igitur ad ægrum quempiam acci-  
tus, quamvis eius pestilentia insciens, at dubio atq; obnoxio tem-  
pore, accurrit illicè citra inuestigationem, aut sui curam, ne inür-  
mo deficeret, ibiq; lue conceptâ, (dies erat 22. Iulij S. Mariæ Mag-  
dalena sacer), ut reuertit domum, seq; iustum subsensit, abdi fori-  
bus pessulum iubet, neq; quenquam, qui extra sit, in eandem intrò  
periculi societatem admitti. Mox adfuit ab habita in Diuæ eius-  
dem æde concione *P. Bernardus Oliuerius*, & ignarus mali pulsare  
fores; intus responderi, *P. Quintinum* lue laborantem iussisse inco-  
lumes contagione prohiberi: contra Bernardus instare, vrgere,  
prorsus introire velle, neq; ab eo in periculo ac morte diuelli, cui  
coniunctissimus in vita fuerit. Itaq; dum perseuerat, pertenditq;  
alieni magis, quam sui studiosus, demum intromissus est, & in mu-  
tuæ certamine charitatis ipse victoriam habuit; cuius etiam non mul-  
tò post fructum, vt referam, cepit. Sexto, quam coepera languore  
die, *P. Quintinus* sacris adiutus præsidijs ad immortalitatem fune-  
stà morte transiuit, Tornaci ad diem 28. Iulij anni huius 1556. biduo  
duntaxat inter eius, & *S. Ignatij Parentis nostri mortem* interieco;  
cùm ageret annum ætatis 49. & in Societate vix 5.

Sollicitus ob eam Quintini mortem de reliquorū incolumente Carthusianorum Prior, (vt à primo semper Ordini nostro sacra-  
Patrum illorum Familia studuit, eumq; complexa est, & ibi nomi-  
natim, quo hebdomadis ad religiosum frugaleq; prandium, & se-  
cundùm illud familiariter ad pia colloquia coire consuerant) domi-  
ciliū illis Ceclano in pago suum attribuit, quod se discrimini vitia-  
ta è domo subducerent. Superstites erant omnino tres: is, quem  
dixi, *Bernardus Oliuerius*, *P. Antonius Bouclettus*, & *Nicolaus de  
Guise Coadiutor Temporalis* nuper admissus; sed inualidum duobus  
fuit

fuit illud perfugium , qui concepto & ipsi veneno , dum P. Quintino nauarent operam , prior obijt , latus in domum nostram

Nicolaus Guisius tiro ; Ludouico Guisio Patre Louaniensi , Aldenardeni Matre , probis hominibus ac pijs , qui vitam arte tole- rabant , natus ; ad Sociorum seruitia Tornaci paulò ante adscitus , mittendusq; , si vixisset , in Urbem propediem ad S. Ignatium Ordinis conditorem . Triduo post P. Quintini casum in eo virus erupit , & paucis diebus Augusti principio abstulit .

P. Bernardus Oliuerius malum aliquanto diutiùs in visceribus occultum fuit , iamq; hebdomadā propè quartā defunctus , extra discrīmen esse credebatur ; quando & ipse iam virus ad extetiora gliscens , & fixiens in p̄cordijs sensit ; cui cūm resistendo , depel- lendoq; non esset , viētus impetu naturæ concessit , ad diem 22. Augu- sti , ætatis anno 33. adit⁹ Soc⁹ quinto , sextoue .

Aiunte horum sepulcro (nam eodem omnes tumulo conditi sunt) visa non semel à Ciubus obscurā nocte plura imminere lumina , rutilosq; splendores , cū magna spectantium admiratione , exi- stimationeq; Sociorum .

## C A P V T I I .

### Vita P. Quintini Ciarlarti in seculo .

**N**atus est P. Quintinus Ciarlart in pago Hannonix , qua Belgij Provincia est , Baudou , altero ab vrbe Montibus lapide . Pa- tri Iacobo Ciarlart , Matri Isabellæ Benoist , nomina fuere ; conditio , quæ potest eo in loco honestissima , cum munere publico , quod Maioris vocant ; mores optimi , probatissimiq; . Calendas Septembbris anni 1507. natales habuit , debitus ante , marris ex voto , Deo , quād editus mundo foret ; nimil quo tempore gestabat in vtero , ut eo facillimo vtebatur , Deum frequentibus orabat ieiunijs , vt eā prole , quam eniteretur , suam quād maximè gloriam amplificaret . Natus Quintinus timorem Domini , cum lacte hauſit , & ab ipsis primis unguiculis futuræ fecit sanctimonie expectationem : adeò erat propensa in Deum pietas , in parentes obedientia , benevolentia in omnes . Longa spatia orando ducere , sāpē tolerare inedium , sa pē humi , alijs duro super assere somnum capere ; in egenos non alia modō , sed do- mesticam etiam suppelteilem profundebat . Tibiæ fracturam à plau- stro supergrediente fortius , quād mos est pueris , tulit . Vbi confa-

nuit, & prima litterarum rudimenta libauit, annos quindecim natus vnâ cùm Fratre Louanium ad grauiores doctrinas hauriendas latus est. Ibi confectis Philosophiæ spatiis, ad diem duodecimigesimum Martij anno 1525. Magister Artium Liberalium renunciatus est. Subinde animum ad Theologiam appulit; sed longo interuallo, scilicet anno 1550. die 22. Aprilis eius facultatis non tam insignia, quam præstantis testificationem scientiæ, iusq; adipiscendi gradus, quod Licentiatum vocant, more maiorum accepit.

Ea virtutis & doctrinæ commendatio Canonicatum illi Tornacensem ab Episcopo primùm, tum ab S. Ghisleni Abbatे Parocciam conciliavit: quibus accessit aliud Sacerdotium, Capellaniæ nomine, obnoxium eius familiæ, tanquam ab ipsius maioribus institutum. Ceterum ubi sui iuris, ac mancipij euafit, abdicata Parœciâ, retentis alijs, Tornaci consedit, & Scholastici titulo publicis ludis præfetus, ad formandos, imbuendosq; institutis optimis pueritiae mores operam conuertit. In Collegio Capituli S. Pauli cœpit ipsemet primus Dominicis diebus enucleare familiariter Euangeliū, quod eorum vnoquoq; proponit Ecclesia; & eam capere cohortandi eos ad probitatis pietatisq; officia occasionem. Interim ipse suo prælucere morum exemplo, & actionibus suis suadere virtutem. Ter quâq; hebdomadâ ieiunare; nunquam ad quietem capiendam cubare instrato; in calamitosos non alimenta solum, sed vestes, & culcitra, & lodices, & linteas, si defecisset pecunia, dispensare. Sæpè domum redire peregre sine soleis, sæpè sine pallio, vel togâ, qua in pauperes obuios, vt cuiq; penuria fuerat, contulisset. Obire constitutis diebus carceres & nosocomia; & per hyemem ter in hebdomadâ totis noctibus urbem concursare, vt vita subsidia, quibus egerent, ad inopum tuguria comportaret; clinique facultates ipsius vis ac numerus superaret, aliorum locupletiorum opem liberalitatemq; allequabat. Domi nullius admittere seruitium, dum sanus erat, neque ad cubiculum componendum, neq; ad lectum, aliaue: quod si occupasset insanitas, accersebat fratrū filios vnum ex altero, ne amularentur inuicem; dumq; sui curam gererent, eos admonitis optimis instruebat. Si qua simultas in urbe, vel dissidium existeret, ipse componere, vocatis ad suum conuiuum, quod proniüs pax facta foret, dissidentibus. Adolescentibus, quibus abunde ingenium, fortuna tenuis erat, ne mendicitas eos & otium corrumperet, suæ copiam mensæ tantisper præbebat, donec opus addiscerent, quo faciendo vitam tolerarent. Conuenit eum aliquando Catharina soror eius

germana, Tornaci nupta, nihil ad se pertinere queritans fratris indulgentiam, quâ pauperes extraneosaspergeret, quamuis & ipsa rei familiaris inopiam vrgeretur. Eam vbi patienter audiuit, procumbens in genua Deo gratias egit, quod sancte paupertatis suos etiam participes efficere dignatus esset. Subinde comperto sorori veredem domi perangustam esse, numimos aliquot aureos ei dilargitus est, titulo indigentia. Autor erat hominibus locupletibus, ut si quos haberent propinquos, & familiares afflictâ fortunâ, eos præbitis eleemosynis subleuarent. Complures eum suorum liberorum, Baptismo consponsorem adhibebant, quod ad eius sibi liberalitatem, faciliores aditus, quasi ex officio, patefacerent. Miserebatur impensè seminarum, quas forma & inopia obnoxias aliorum libidini faciebant, easque ab exitio vindicare, non Tornaci duntaxat, sed tota in vicinitate, atque adeò Insulis etiam & Bruxellæ, omni operantebatur. Subducebat illas in honesto quæstui per matronas, quibuscum ita conuenerat, & tuto in perfugio suis habebat impendijs, quoad artem, quâ honestè quæstum facerent, condidicissent. His, alijsque id genus officijs tantæ iam tum sanctitatis opinionem, vel ippos apud Hæreticos collegerat, vt quamuis eum ludibrio sponsam, aut Bertam, propter insignem modestiam appellarent, eum tamen à suis abesse partibus haud dissimulanter dolerent; & si quando familiaribus in congressibus illi Catholicis, quod degenerassent à moribus priscis, insultando obijcerent, hi sanctitatem opponere Quintini consuefissent, ecquem ei viro similem ipsi de suo proferre numero possent. Et aiebat Ludouicus Blosius, vir pius & doctus, multos vel solâ sanctimoniaz eius famâ ad meliorem frugem redire.

## C A P V T I I I .

*Vita eiusdem P. Quintini in Societate Iesu.*

**D**Vm hisce pietatis, ac virtutum officijs Quintinus Tornaci distinetur, subit animum illius recordatio Societatis Iesu, cuius instituti speciem nonnullam olim anno 1542. Louanij perspicerat, cum eo le Parisijs ad persequenda doctrinarum studia contulissent iij Sociorum, quos propter Caroli Cæsaris clientelam suo Rex Franciscus exceedere regno iussérat, bello vtrumque inter Principem exorto. Placuit penitus aliquid de illa cognoscere, quâmq; suis esset opportuna consilijs experiri. Adscito igitur in itineris, deliberationisque

nisque societatem Antonio Boucletto , viro sui simili , & laudum eaurundem auido , Louanium iter instituit ; cùmque sociorum vitæ ratio plurimùm vtriq; probaretur , Romam eundi , seque S.P. N. Ignatio statuendi coepere consilium . Ab eo copia verique Societatis facta anno 1552. & cùm Quintini virtus , vsu confirmata , satis se efficeret , anno vertente iussit cum Romano præfesse Collegio , & interioris simul fori quastiones è Morali Theologia sacris ferijs primum omnium publicè explicare . Sed ea tractatio diuturna non fuit ; nam anno sequente Quintinus , vñaque Bouclettus Tornacum suppeditas Bernardo Oliuerio , qui iam tum ibi degebat , ire iussi sunt . Causa maturandi hæc fuit .

Serpebat toto Belgio exitiosum Lutheri Galuiniq; venenum , & iam Tornaci viscera peneeadat , manans in dies latius è ciue , cui Tassinus olim occultus Caluini discipulus , pestem illam infuderat : cùm hanc Deus mentem Ignatio iniecit , vt eam in urbem de Societate Quintinum , qui ædis præcipua Canonicatu etiam tum potiebatur , destinaret , vt Sacerdotij sui prouentu vitam ibi cum Antonio Boucletto degeret , & labotanti patriæ subueniret . Quintinus indigessu , conuocatis Roniani Collegij , cui præcerat , fratribus , tria hæc monita suprema reliquit : primum , obedientiam religiosissime colerent : deinde , P. Ignatium plurimi facerent ; postremo , vsq; ad mortem insisterent in orationibus ab Deo , vt verum sibi Societatis spiritum largiretur : & his dictis se in viam dedit . Igitur vt Tornacum attigit , aggressus est illicè pomeridianis horis diei Domini Catholicæ veritatis articulos explanare , concionante Bernardo , aliaq; obeunte munia . Tantumq; horum conatibus Deo obsecundante profectum est , vt increbrescente quotidie ad conciones & sacra concursu , magna breui compositio morum in ciuibus , nec minor hæreticorum ad Catholicum dogma conuersio , consecuta sit . Nec se intra urbis continebant mœnia ; sed vicina egressi in oppida , vbiq; pietatis causam diligenter , prosperèq; tractabant . Singulari rem operam Quintinus reuocandis ab impura conuersatione mulieribus ; ijsq; item ; qui ad publicum supplicium ob sua flagitia peterentur , adiuuandis conferebat : quo in genere fuit illud insigne , quod cùm nullis artibus pertinacem hæreticum , qui raptam Natali Domini die sacram Hostiam pedibus subiecerat , posset infectare , pro deuoti capitis salute , semet ipse ad religiosum totius anni ieiunium deuouerit .

His officijs intentum pestis incessit , & paucis diebus , vt iam commen-

commemorauit, de medio sustulit, magno patrī, magno Societatis incommodo, virum planè excellentibus Dei doais, humilitateq; in primis & charitate insignem; cūm ipse propediem se moriturum euidam, eumq; breui etiā securutum, haud vanā præsignificatione dixisset. Diuinitus verò in eam mortis gloriam, cā re seruatus videri potest, quod ab hæreticis necem illi molientibus per noctem domo sèpius euocatus postulandæ stipis obtenuit; nunquam ab illis haberit commodè ad iētum potuerit.

## C A P V T . I V .

*P. Bernardi Oliuerij vita ante Societatem.*

**P** bernardi Oliuerij mira fuit adolescentis, & iuvantia fortuna, perq; inusitatas cum vias Dominus ad se deduxit. Natus is est Ansonij, quod oppidum est Belgij haud procul Tornaco, Scaldi impositum, anno 1523. Frater illi germanus Henricus fuit, qui diu post coniugalibus exsolitus vinculis, Societatem tribus cum liberis suis amplexus est, quorum alter Bernardus itidem Oliuerius appellatus, Belgicam Provinciam cum laude Præpositus habuit. At noster hic Bernardus, cuius exequimur res gestas, Louannij annos natū viēnos ad diem 15. Martij Magistri Liberalium, Artium & Philosophiarum titulos cum insignib; more maiorum adeptus est. Destinabatur ille quidem à parentibus ad sacras functiones, & Ecclesiastica munera; sed alienior illi animus, & mores erant. Itaq; ut & Philosophia Ansonium rediit, vagari liberiūs, & per licentiam bonum otium conterere. Parens id argè pati, & spem foenoris ex impensa in cum collata reddituri per ipsius inertiam corrumpi, dolenter queri. Caueret, ne prauis istis libidinibus ad inopia, ad mendicitatem, ad miterias redigatur. Sibi sumptus in otiosum facete, nedum in vitiosum hominem non libere, non velle. Igitur si Ecclesiastici statūs non placeret conditio, aut fratum exemplo vietum opere aliquo exerceat, aut procul è suo conspectu, quoquo libido fuerit, faceat. Ad hæc ille per arrogantiā, enim, verò, ait, si mendicandum fuerit, operam dedero, ne tuas ad fores mendicem. Ex illo vultuosus incedere, & velut cum animo suo multa, nec satis lœta, reputare. Inde Henrici fratris obsecutus consilio, aliquot à matre nummis aureis instructus, Romam iter cum socijs sex æqualibus intendit. Fortuna Bernardo in Heluetijs oblata

oblata mīro modo. Biuum erat ad proximam ciuitatem; vi-  
breuior siluis impedita, & infesta latronibus: illam inscientes inua-  
dere, impatientia moræ: Faber Ferrarius, qui ad syluæ ingressum  
pròpter viam commorabatur, reuocare iuvenes, admonere periculi,  
cuius causâ teri iam ab annis septem ea semita desita foret; hortari  
cafferent alteram, longiorem illam quidem, at certè tutiorem;  
cumq; illi inueniili ferociâ consilium aspernarentur, ipse vltro illis  
& gratuito ad cotem arma exacuere, & benè abeuntibus precari.  
Tum illi in audaciam erecti in saltum se iniçere strictis omnes gla-  
dijs, cantillantes, festinantesq; , & omnia circumspicientes ne  
obruantur inculti; deniq; singuli alter pone alterum ingredi. Altè  
prouectis in syluam, ecce herbido in prato se homo procerus attol-  
lit, postq; illum deinceps alter, & tertius, toruum intuentes, &  
oblonga quisq; hastâ præferratâ minax; inde ad illos versus gradum-  
cire: isti contra se ferre, quâ ducebatur via, ceu timoris expertes. Ig-  
itur tres illi conspecto suum nihil valere terrorem, nec iustum ancipitis  
alex pretium ab armatis. & prædæ nudis sperari posse, rur-  
sus procubueré solo, & liberam gradientibus viam reliquere. Cives,  
vbi peregrinos eam viam innoxios euasisse conspexeré, maximâ eos  
admiratione, benevolentiaq; affecerunt. Ipsi eo defuncti periculo  
reliquum iter Romam vsq; clementius habuere.

Bernardus in Vrbe tabellionem celeriter natus est, cui scriben-  
do nauaret; tantoq; opere suam illi nauitatem, & industriam pro-  
bavit, vt eum & ceteris amanuensibus citò præfecerit, & filiam ei-  
dem suam, quam vnicam habebat, dospondere parauerit. Sed pa-  
rabatur illi diuiniuitus conditio potior, merito robusti pectoris, quo  
præclarum in Franciscanos Patres officium executus est. Vetuerat  
Cardinalium quispiam Episcopus totâ suâ dioceſi populum ab illis  
ære campano cieri ad summum sacrum, quod eum ab æde principe  
præter fas auocari contenderet. Illis obſistentibus, obtendenti-  
busq; sua iura, res ad forum eius Curiæ delata est: ibi iniquissimâ  
conditione omnis causæ fortuna disceptabat, quia scribarum nullus,  
potentiaq; metu, Patribus dare operam scribendo audebat. Bernar-  
dus indignum ratus ita causam honestam, quia pauperum Religioſo-  
rum, deserit atq; destitui, tabulas ipse conficiendas, actaq; scribenda  
in se transmouit, adeòq; nauiter præsttit, vt Princeps inferior eâ in-  
causa discesserit. Iam ille nuptias adornare; iam per litteras horta-  
ri propinquos, vt scribendo liberos exercearent suos, quibus ipſe  
propediem accersitis fortunam eſſet aliquam ſcriptionis industria-  
crea-

createtus; cum ecce graui, longoq; morbo correptus, fortè fortunā ab homine Societatis inuisitur, & per Confessionem à criminibus expiatur. Tum ille, si consanescat, daturum se nomen in eandem Societatem profitetur suum. Consanescit celeriter, qnōq; se religione liberet, tametsi respectabat idcutidem ad nuptias. S. Ignatius Societatis parenti se sifit. Hic inueniem bono animo iussum esse; neq; statim admittere, neq; repellere omnino; recens consilium, & veluti metu suscepsum experiri velle; nonnunquam ostentare spem; aliás sustinere, cunctari, languidè responsitare. Sed deniq; Bernardum mōrē pertasum est, & deliberatā sententiā ianitori profitetur die quādam certum sibi esse domo nusquam amplius pedem efferre: quā constantiā delectatus Ignatius, eum continuò suorum numerauit in cōtū.

## C A P V T V.

*Eiusdem Bernardi vita in Societate.*

**I**ndolem Bernardi rebus quibuscunq; gerendis Ignatius illicid agnouit idoneam; eaq; re sacrī initiatum Ordinibus, paucos post menses Romanz Domus Ministrum, vt eum per se ipse leuissimo illo, & diuulgatissimo in magistratu monitis opportunis imbueret ad ampliores gubernandi gradus. Non præteribo silentio memorabile Ignatij æquè, ac Bernardi eius temporis factum. Iacebat ex morbo domi quispiam, cui Medicus pharmacum mediā nocte sumendum præscriperat. Ignatius Bernardo accersito, pharmacum vt constituto tempore præberi cureret, accuratè commendat. Bernardus idem infirmorum curatori refert, & seriò iniungit. Noctis diuidio surgit Ignatius, & ex ægroto, ecquid potionem hauserit, scicitatur. Ille nullam sibi præbitam, quam biberet, potionem dicere. Tum Ignatius neglectum officium seuerius in Bernardum increpare, exculan temq; Infirmarij cunctationem, iubere domo confessim excedere; haud pati se suorum in numero, qui socordes obtemperationis atq; obedientiæ sint. Bernardus obtemperare quidem ille continuò, nihil neq; cunctatus, neq; refragatus; sed foribus exire duntaxat, & hærere citeriore in vestibulo, quod ulterius abi-re non iussisse Ignatium contenderet: quā constantiā, firmitudineq; propositi mirificè recreatus Ignatius, eum non admisit tantummodo, sed eā deinceps existimatione habuit, vt Romani Rectorem Collegij haud longo interuallo, pro Ioanne Pelletrario destinato Ferrariam,

anno scilicet 1553. adhuc penè tironem renunciariit. Verum cùm ei valetudo minimè Romana in aura constaret, paucos post menses ab eà administratione translatus in Siciliam, primus exordia nascens in Monte Regali Collegij autore Cardinale Farnesio, eodem illo anno, Iunio mense suscepit. Sed neq; ibi satis prospera valetudo fuit; adeoq; , ne fatisceret, præproperè ab Ignatio reuocatus est. Ceterùm frustra tentatis ad confirmationem incolumitatis omnibus, cùm Tornacense Collegium nasceretur in Belgio, Bernardus illò tum sui curandi, tum eius ordiendi gratiâ legatus est. Ansonium natale oppidum primùm accessit. Ibi pro foribus repertum patrem suum ignotus, & vt erat, morbo, viaq; deformatus, orat noctis vnius hospitium. Ille arbitratus hominem esse vagi generis & infidi, quos Zingaros, aut Ægyptios vocant, repellere cum stomacho, negare id genus perditis capitibus apud se locum esse. Sciscitur ex illo Bernardus eequum habeat filium peregrinè versantem? Ab illo se ipsi, si testo recipiatur, noua renunciaturum. Ad filij peregrinantis commemorationem iubet hospitem intrò ire, parari cœnam, mensam apponi audius nouorum de filio. Inter vescendum multa hospes referre de Bernardo, inaudita, inexpectata; ea tot verisimilibus describere, vt cùm omnia congruerent, & cum ijs quæ pater aliunde cognorât, cohererent, attonitus ab narrantis ore penderet. Illud autem inculcare frequentius ac studiosius; Bernardum carum maximopè molestiarum pœnitere, quas olim ipsi per immoderatam licentiam attulisset; eius se noxæ pro Bernardo veniam petere, spondereq; paternæ indulgentiæ posthac omni officio responsurum. Eo vero pedetentim deduxit seriem historiæ, vt semet esse Bernardum, presentem certis conficeret argumentis. Tum parens in amplexus filij ruere; mater, domestici, oppidanæ sensim omnes, vt fama vulgari cepta est, concursare. Ipse de salutaribus animo rebus sermones serere; mox etiam pro concione dicere, tantis motibus animorum, vt nemo esset omnium, qui non audiè studebat Iesuitæ, nouo scilicet, nec ante viso mortalium generi, arcana sui pectoris concredere, & totius apud eum vitæ peccata deponere. Princeps Ansoniensis Magni Hannoniaæ Senescalii filia, verborum ac sententiæ pondere, quibus vtebatur in concione, perterrita, non prius cum suis admouere mensæ, quod ardenter cupiebat, est ausa, quām comitatem eius, suavitatemq; priuato in congressu suis ipla clam oculis atq; auribus explorasset. In eius conuiuio, vt apud ignotos semper illi mos erat, parcus aliquanto, quām inter suos vesciebatur: id cùm

cum ad simulationem, & hypocrisim videri pertinere diceret Henricus Bernardi Frater: nequaquam, ait, Frater; sed ibi documento seruio, ut quem est; domi, necessitatibus atque naturae. Item aliquando sex Hentici liberos contemplatus: cedo mihi Frater, inquit, unum ex his; qui meus posthac ex integro sit: illo annuente, natu secundum delegit Bernardum, eum ipsum, qui longo post intervallo Provincialis Belgij fuit. Magnum Ansonij Bernardus perbreuius quæstum fecit animorum. Sed una in virguncula multiplex, & ad posteritatem diuturnus fuit. Ea est Quinta, seu Quintina Monnier, quæ concionum eius impulsu, eum prima ludum instituit, quo deinceps ab honestis Virginibus puellaris artas ad muliebria pensa iuxta ac pietatem, fructu admirabili, Tornaci præsertim inopes erudiuntur.

## C A P V T    V I .

*Gesta Tornaci à P. Bernardo.*

P Oste aquam Ansonij domesticis abunde fecit officijs P. Bernardus, Tornacum se transtulit, quod prima ipsius, ac præcipua destinatio pertinebat. Erat illi Frater germanus Tornaci Iodocus Oliuerius, vir doctus, & Theologiae Licentiatu insignis, Curio ad S. Iacobi: ad eum se contulit, ne cui grauis esset. Ceterum quod se minus inuidit, & querelis obijceret, ad fungenda Societatis ministeria adem S. Mariae Magdalena, lubente roganteq; Curione, procul extrema in urbe, neque amplam eam, neque alijs celebratain elegit. At postquam ibi de superiore loco dicere ad populum exorsus est, incredibile dictu est, quanta celeriter multitudo confluxerit; quantis ad eum audiendum studijs, quantis animorum motibus vniuersi coiuerint. Sic Episcopo eius urbis cupidè postulante cœpta ibi noua Societatis colonia est, opportunitissima religioni, animisq; periclitantibus; quam S. Ignatius, submissis, ut nuper retuli, Româ Quintino, & Boudetto, anno 1554. instituit frequentare. Iis auctus Socijs Bernardus, partitisq; cum illis ministerijs, mirum dictu est, quā suis concionibus commoueret omnia, non in urbe modo, verum etiam foris, quacunq; docendi causâ vagabatur: cui tam densus ubiq; dabat operam auditor, ut inter mortui sœpe complures è concione, propter confertissimam hominum multitudinem, ac semianimes efferrentur. Ad eius vocem multa facinora ponebantur; abiijciebantur hæreses; iniijciebatur Sacramentorum ardor, studium benefactorum, tantaq;

auditate currebatur ad indicanda peccata , vt per dies s̄ep̄ aliquot obſiderentur aures Patris , nec diſcederetur ē templis , dum copia fieret ritē pectoris expiandi . Fructus fuit illustris , & ad conciliandum ciuium benevolentiam efficax .

Anno ineunte 1556. excurrentum Bernardo Louanium fuit, ybi Petrus Ribadeneira nuper ab S. Ignatio missus , de recipienda in Belgium Societate apud Philippum Regem curabat , vt inter ſe de communi cauſa conſultarent . Dum negotium adornant , vno ſimul tempore Ribadeneira , Rectoris Academiarū , itidemq; Ricardi Tapperi Decani & Cancellarij rogatu , Latinas , Adrianus Adriani Flandricas , Bernardus habere Gallicas coepere conciones , arreſtis , tanquam ad ſubita tonitrua , totius ciuitatis animis ; venusteque dicentibus in homines Societatis , quod tamdiu audiendis ibi modo Confessionibus propè latuerant , ac repente ad concionum lucem tantā vi , ac linguarum varietate prodierant , videri , vt olim in Apostolos , Sanctūm Spiritūm incidiſſe . Rebus Louanij , ad quas ierat , absolutis , Tornacum ad ſuam continuò stationem Bernardus reuinagravit , & Catholicī præconis ita perfungi munere perrexit , vt longinquis ab oppidis audiendi ſtudio mortales accurrerent ; & ipſe quoq; tenuiſſimam corporis valetudinem robustiſſimam fulciens animi charitatem , in vicinas excurrebat vrbes , vbiq; vel Catholicorum corrigenſ mores , vel flamas coercens Hæreticorum . Inter huc S. Ignatius cum laeta Societatis in Belgio locis aliquot incrementa ſperaret , nouam ibi Prouinciam condere , Germania Inferioris nomine statuit , eiq; Bernardum vniuersitati preficere . Eam in rem ſubmisit ille quidem patentes , vt vocant , litteras ; ſed Bernardus prius ex humanis creptus , quam perferrentur , orbam ſuā morte Prouinciam , & diu vacuam Præpoſito Prouinciali reliquit .

Iam mortis eius occasio , charitatis flagrantia fuit . Nimirū enim cum die S. Marie Magdalene domum à concione reuerteret , vt P. Quintino peste contacto quā posset ope ſuccurreret , in candem ſemel ipſe flammatum vltro coniecit . Illo paucis diebus extinto , ſeffit in alias quidem ædes Bernardus , & dies plusculos peruixit in columis : ceterūm gliscente ſenſim ac lente in præcordia vitio , tandem quoq; ipſi malum erupit . Cum eo morbo dum vehementius conſūtaret , repetebat identidem ; Nicolæ , Nicolæ , quam vili Paradisum rapuisti ! is erat nouitus , quem ſupra commemorauit in eodem charitatis officio fuiffe premortuum . Tornaco etiam intermor tuā iam propè voce viuis est eam prædicere morula temporumq; varie-

varietatem, quæ ad annos aliquot eam urbem exceptit. Matrem se videre, supremumq; affari cupientem, per internuncium solatus, animo insit esse tranquillo: ad superos eo se quidem die migraturum, sed maternæ salutationis haud neglegeturum officium. Subinde manus, & faciem ablui sibi iussit, & munda capiti ac lecto linteal imponi; tum extremâ fesse vocatione, Ecclesiæ ritu, liniri; quibus confectis, animam edidit: quo eodem ipso articulo duobus Fratribus suis Henrico, & Philippo procul absentibus se videndum in transcurso præbuit: perque illos suæ mortis ignaros, dum cognituri quid ageretur, Antonium conueniunt, matrem visus est eo, quod spoderat, officio prosecutus. Fuit Betnardus procerò corpore, hilario vultu, atque ingenio, excellitatem animi, & constantiam magnâ.

A N N V S M. D. L V I I I.

## H I S P A N I A. C A P V T L

*De P. Joanne Gesti.*

**H**oc anno ciuitates aliquor interioris Hispanie pestilentia vexauit, & in ægorum ministerio nonnullos è nostris absulpsit. Barcinonæ imprimis omnes, præter vnum Coadiutorem Temporalem: sed neque eorum numerum, neque nomina comperta sunt, præterquam Rectoris eiusdem Collegij; is fuit.

P. Ioannes Gesti, ortu Hispanus, magnæ virtutis vir, & optimi exempli; qui dum quamplurimos gaudet per diuina remedia ab animi morte, metu mortis educere, fesseque in perennes labores, & pericula animosè dat, haustrâ inde lue, præsenti mercede dignatus est: Dum destinatus esset anno 1555. totius Procurator Societatis, Romam iturus ad portum quandam descederat, faeturam mox vela nauim Italam consenserunt; cùm aliquamdiu reflante vento nauis retardata, litteræ P. Francisci Borgiae superueniunt, quibus in Hispania retinetur, mirâ fanè Numinis prouisione; nam eam nauim Algeriana Maurorum classis eodem tempore in ea maria inuestigata ptiuam fecit. Catalaunus erat Patria Ioannes, & ante initiam Societatem Canonicus Villabeltrani; Gerundæque agebat concordibus animis ac studijs cum altero Sacerdote Maurizio Vigna, qui Mansese natus, & à Matre, quæ olim S. Ignatium coluerat, piè educatus. Societatis indolem videbatur hauissse cum lacte. Itaque ambo

expian-

expiandis confidentibus , edocendisque rudibus , & id genus alijs muneribus operam dabant . Vt verò pariter Societatem vocerunt , in eam item pariter concessere ; nec longo interuallo , nec absimili exitu vitâ perfuncti . Mauritius Compluti aliquamdiu sancto versatus in opere , dum Cæsaraugustæ constanti , promptaque charitate omnia strenui Sacerdotis obit officia , & præcipue moribundis adiit , superioris anni æstate beato sine decessit , Cæsaraugustani Collegij primum in calo german : cuius corpus vnâ , cum vestimentis illibatum post biennium , nec quidquam graue olens , nec ullâ violatum tæbe repertum est .

## C A P V T     I I .

*Duo Coadiutores Valentiae.*

**D**uo Valentiae cùdem gloriâ mortis potiti sunt , ceteris incolubus , qui se denouerant ægrorum seruitio . Nam vt primum de pestilentia constitut , nemo omnium domi fuit , qui non impensè flagitaret iuuandis saucijs designari . Tres Patres Iacobus Miro Rector , Martinum Alberrum , Alphonsum Lozanum , & Petrum Parram voti compotes fecit . Sed erga eos , cùm assidue contagiosos adirenn , alloquerentur , audirent , quo quis officij genere solarentur , singularis Dei tutela emicuit : nemo vñquam , quamdiu pestilentia tenuit , vel leui capitisi dolore tentatus est . Duo duntaxat laici domesticis curis addicti morbo iicti , sublatique sunt ; quorum alter

*Iacobus Sarania* , Hispanus ortu ; cuius etiam ante initam Societatem , constat celebrem fuisse pietatem . Quidquid ex labore , manuum , sericis texendis , ultra suæ necessitatis remedia corradebat , largiebatur egentibus . Diebus feriatis in publico nosocomio ægris ministrabat : sanctoribus autem , adibat primâ luce amicos , quos norat Diuina sumptuosa , atque ad sedulò sese comparandum excitabat . Initè Societate , ad Euangelicam perfectiōnem connitens , singulari obedientiâ , simplicitate , charitate , curâ , seruilibus officijs intentus agebat . Fuit vt per urbem ad negotia sua pergenti colaphum insingeret obuius quispiam , tergoque verso iter alio slecteret . Sed eum assetus Sarauia cùm litisset , ad eius se pedes , tanquam ipse fecisset iniuriam , supplex veniam petens , obuertit . Quod ipsius præclarum facinus , & Christiano Euangeliō congruens , cùm percussoris sacrilegi rubor , tum spectantium mirabunda comprobata-

probatio secuta est. Alio tempore secundum littus Valentini maris ingrediens, repentinè in Mauros piratas incurrit, qui prædam ex ora maritima abigebant. Ille sanctum continuò proferre Rosarium (sic enim ille semper appellabat) &, Nihil vos, inquit, formido, fretus hoc telo. Miram enim habebat in B. Virgine fiduciam sitam. Ergo vti confidit, intactus eusas. Mortis supremo tempore, immensas Deo gratias egit, quod in Societate finire vitam dedit. Huic compar, & eiusdem fortunæ consors fuit

*Martinus Gaona*, item Hispanus, ex oppido Alcanizio, in Societatem anno 1554. adscriptus, tantâ industriâ fuit, ut cùm affari crebrò mulieres, ex æditiū officio cogeretur, ita se tamen semper auerterit, vt nullius vñquam sit vultum intutus. Ingens eo in munere modestiæ laus.

## C A P V T I I I.

## Tres Murcia.

**N**imirum vis exitialis atrocissimè eā in vrbe debacchata; ipsorum quoq; Patrum non paucos inuasit. Episcopo, & reliquis propè omnibus, ad quos eā curâ pertinebat, fugâ dissipatis, deserta erat ciuitas, plenæ iacentium & morientium domus. Id supremæ necessitatæ tempus, & charitatis promendæ rati Patres, circumire vias, sacrosancta mysteria agentibus animam impertiri; solari iacentes; excitare ad propitiandum Numen incolumes; non die, neque nocte quietem capere. Tam excelsi animi charitatem miratus Episcopus, potestatem quosuis absoluendi ab sibi reseruatis criminibus fecit. Primus his in laboribus occubuit 17. Calend. Septembribus

*Petrus Cabrera Catalaunus*, clarâ Vice Comitum de Cabra stirpe Barcinone ortus, ingressusq; in Societatem decimo ab eā fundata anno; Gandiæ ac Valentia studia Philosophiaæ ac Theologiaz, magno virtutis exemplo, emensus; & iam ante legitimos Sacerdotio annos, Minister huius Collegij constitutus. Illi proximè, sed aliquo successit interuallo

*P. Marcellus Salazarins*, gente Hispanus, cuius maximè his temporibus ardor eminēbat. Is octo ante annos Compluti Societatem ingressus, in omni genere virtutis, tum in suo macerando corpore, tum in iuuandis proximis, tum in rerum diuinarum cultu, mirificè floruit. Inter concionandum contagione afflatus, extre-

ma in concione populum rogauit, vt quoniam se peste sentiret  
ictum, Deum pro se quoque precarentur. Itaque pridie Nonas  
Octobris, latissimo animo ac vultu, benefactis onustus ad Domi-  
num emigravit. Post hunc obiit.

P. Marcus Antonius Fontoua, item Catalaunus, Osensis è Diocesi Agerensi, cui cùm Rector eius esset Collegij, ob religionem atq; prudentiam, P. Baptista Barma Provincialis Aragoniæ Romam abiens, partes suas in administranda Provincia delegatas, ciusque tum vices etiam obibat. Dies obitus eius ad diem 9. Calend. Nouembri fuit.

## ITALIA. CAPVT. IV.

Mutine P. Philippus Faber.

P. Philippus Faber, gente Belga, è Dioceſi Leodiensi, cùm esset Mutinensis Collegij Rector, ſeuientibus cā in vrbe morbis, veluti ſui oblitus, ad iuuandos ciues curam, laboremq; conuerit. Adhortabantur amici (quodd contagionis ſuspicio erat) vt ab ægrotum conſuetudine abſtineret. Sed ego (inquit, dum Iacobo Lainio Præpōſito Generali rem nunciāt) non video, qui fieri poſſit, ſiue cum pace conſcientia meæ, qui grauem eam neceſſitatem intueor; ſiue abſque eorum offenſione, qui die ac nocte, ſummis obteſationibus ad ægrotum confeſſiones cateruatim vocant, ſi puſillum hoc auxiliū, quod Maiestas in nobis Diuina reponuit, negem. Evidē- certus ſum, ſi Deo cordi fuerit, valetudinem nobis ad ſuum obſequium conſeruare, conſeruaturum: ſin potius ſuum calicem nobis porrigat; id veluti ſapientiſſimum Medicum, quod animarum noſtrarum ſaluti magis expediat, eſſe facturum: ſatiſque noui, nil eſſe magnum, paululum quid perpeti: atque adeò vitam, eius cauſā, à quo milles accepimus, ſemel tradere. His cogitationibus ad labores, mortemque paratus, contagione afficitur, & 4. Cal. Martias moritur; ma- gnus amator Crucis, ſuique contemptor; octauum in So- cietate; quartum circiter ſupra trigesimum agens annum.

xtatis. Quod in ſacello Societatis locus non erat, in Presbyterorum Templi maxiſi ſepulcro, fu- nus omni Clero perhonorificè, & cunctâ ciuitate cum ſuſpirijs, & prædicatio- ne mirâ demortui prosequen- te, conditus est.

ANNVS

Anni 1559.

Cap. IV.

33

A N N V S M. D. L I X.

H I S P A N I A.

Murcia P. Gaspar Lopez.

**N**on ita potuit extingui funditus, quæ dirissimè grassata fuerat anno superiore Murciæ pestilentia, quin eius aliqua interdum scintilla reuiiseret, cuius metu complures, qui ab urbe secesserant, referre se nondum audebant; conficiebanturque eo ipso non pauci, quod vitabant, malo, qui in agris, quiq; in speluncis degabant. Is ut succurreret

P. Gaspar Lopez, Hispanus, oriundus è Boëtica, inflammatâ charitate ad eos instituit eques sacra circumferre mysteria, per duo circumiecta millaria, salutis alienæ sollicitus, sux profusus Quo pio in opere versantem lues ipsa corripuit, &c ad brauium die 20. Maii euexit.

A N N V S M. D. L X.

H I S P A N I A.

Gandia quatuor extincti.

**G**Andia gravis hic annus fuit; ibique quatuor Nostri, dum strenuum nauant operam peste laborantibus, ipsi correpti, atque in charitatis heroicæ exercitatione extincti sunt; incertum quo die, quo mense. Unus fuit

P. Joannes Baptista Spina, Valentia in Hispania ortus, vbi priusquam ad Societatem se applicaret, Sacerdotio insignis, laudam ducebat vitam. Vbi verò Societatem complexus est, omnibus ad rei nouitatem attonitis, proximis Bacchanalibus in celeberrimas urbis vias processit cum sōcio; Crucem manu, calyptariamq; gestantes, & subinde clamores horrificos de morte, de supremo iudicio, de Tartari poenis æternis ciaculantes, se dabant in bacchantium turbas; haud sanè poenitendo exæstuantis licentia temperamentu. Reliquam deinceps vitam his principijs consentaneam duxit. Quotidianâ prope modum sese macerare inediâ: humi cubare, vel si plufulum sibi vellet indulgere, super garmentis. Fama fuit illum sibi certum occubitum, atque alteri Patri præfigisse. Is fuit

E

P. Ja-

P. Jacobus Garin, de quo aliud exploratum nihil habeo, nisi natum in oppido Balcarico, cui Inca vocabulum est; egisse in Societate quinquennium, solidâ virtute præstantem.

Ioannes Forania, tertius fuit, natus in oppido Catalaunit, Archilaga nuncupato, haud procul Tarracone. Is Valentia paulò antè fuerat in ordine Scholasticorum Societati adscriptus; vnde cùm ardentissimâ charitate æstuaret, Gandiam ad opitulandum lue vexatis missus est. Præstit operam sanè per diligenter, donec & ipse percussus est. Suo in morbo magna dedit insignis patientia documenta; cùmque se morti proximum aduertit, conquisitus in genua; Deus meus, suscipe, inquit, spiritum meum; & extremo in verbo expirauit. Quartus fuit

Michaël Bielja, Andorræ in Aragonia natus, & , ut ego quidem coniecturâ iudico, Coadiutor Temporalis, probatæ & quinquennium in Societate exercitatae virtutis .

A N N V S M. D. L X I I .

### G A L L I A.

Duo Parisij.

L Vtetia Parisiorum grauissima post hominum memoriam pestilenta leuijst, quæ duos è Societate morte nobili ad superos euexit; alter fuit.

P. Paschasius Broëtus, vñus primorum Societatis nostræ Decemuirum, qui die 14. Septembris decepsit; alter

Ioannes Borghesijs, Tiro, qui P. Paschasio laboranti adfuit, & die 22 Septembris obiit. De quibus, quoniam huius historiæ principio memorauis, nihil hic addo amplius.

A N N V S M. D. L X I I I .

### G E R M A N I A.

Vienna Austria item duo.

D Vos comporio Viennæ Austriæ hoc anno, vitam in charitatis edidisse agone, dum suam peste contractis diligentiam impendunt; alter Marcus,

Marcus , qui diem 11. Octobris : alter

Gratianus , qui diem 13. Octobris , habuere postremos : Italus vterque ; vterque Coadiutor Temporalis ; quorum intercidere cognomina , actas , res gestas .

A N N V S M. D. L X I V.

HISPANIA. CAPVT I.

*Cæsar Augusta septem sublati.*

**C**vm Cæsaraugustæ stragem ederet hoc anno pestilens , magno animo & alacritate , delecti è Socijs , & ad id operis segregati , vitam suam saluti publicæ consecrarunt . Assidui in templo , vt confitentes , qui multi erant , exciperent : expediti ac celeres ad accurtendum , quoquò vocaret vsus . Et cùm Medico pio conuenerant , vt , sicuti necessitatem offenderet , indicaret . In quibusdam etiam Parœcijs , vel morte , vel fugâ Curionum vacuis , expleuere Pastorum vices . Res tam rari erat exempli , tamq; populo grata , eademq; necessaria ; vt vbi quempiam ex eo manipulo , per vias huc illicq; festinantem , quò charitas ducebat , conspicerent , faustis sine fine precationibus prosequerentur . Sed hic quoq; fidelium seruorum labores cælesti Domino placuit præsenti mercede remunerari . Septem igitur sublati sunt , cùm virtutum quisq; insignium viuens ac moriens documenta præbuisset . Primus omnium decepsit

*Iacobus Torrezilla* , natus Munillæ in Regno Castellæ , nondum expleto tirocinio ; insigni homo simplicitate , submissione , charitate : obedientiâ verò tantâ , vt cùm mali vis usum ei mentis admisset , & interdum lectulo exsurgeret , interrogatus , ecquid ita surgeret ? responderet : Quia sancta Obedientia iussit . Adeo parenti studium cogitationi fixum inhæserat . Eius occubitus sub exortum pestilentie contigit , ad diem 22. Aprilis . Hunc securus est ordine moriendi

*P. Ioannes Fernandins* , oriundus in oppido Soto agri Lucronensis , item in Regno Castellæ ; qui iam Sacerdos , & magno natu , supra sexagenarium , cùm tribus ante annis in vineam Domini Cæsaraugustæ venisset , ita intenderat operam , tanquam nouissimæ horæ angustias diei laxitate contendendo adæquaturus . Obiit vero die 6. Junij . Post hunc ad metam venit

P. Joannes Garcias de Signenza, gente & ipse Hispanus ; sed de quo nihil præterea compertum habeo . Successit

Iacobus Diaz , Lusitanus natione , & ipse , vt primus , ad opera manuum impiger , ad religionis munia feruidus . In diem 3. Iulij inedit eius excessus : quem proximè secutus est .

P. Joannes Paulus Moxica , ad diem 6. Iulij , ex oppido Aragoniæ Almunia , Monzonio haud procul sito . Tironibus ipse Magister præfuerat ; & Cæsaraugustani tum erat Collegij Minister . Ingenio lenis & placidus : eâ morum & oris modestiâ , quæ pietatem intuentibus quandam ingeneraret . Hunc exceptit

P. Alphonsus Lozano , Lusitanus , vetustus sacræ palestræ annorum sedecim , nobilisq; athleta , & in eâdem olim pestilentium curâ Valentiae exercitatus . Fuerat item Valentia Rectoris Vicarius ; & Nouitiorum institutor Cæsaraugustæ ; clarum industria , nec minus virtutis , quocunq; loco egerat , voce , aure , manu , nomen , adeptus : Gandiæq; maximè , vbi ferunt inter cetera feminam sex fam menses à febribus , & doloribns acerrimis decumbentem , cùm peracto corà ea Sacro , Christi corpore impertisset , postridie desij se decumbere . Nunc maximè instabat , vt ad Indias mitteretur , cùm domi , quod longè petebat , cursu reperit , vt pro fratribus animam daret . Id præstitit ad diem 7. Iulij : secutusq; est , qui clauderet agmen , postridie

Antonius Affentius , Turolio in Aragonia oriundus , adhuc ille quidem tiro , sed veteranus virtute cælo maturâ ; ad obsequia domestica nuper admissus . Atque hi omnes diuinis ritè procurati mysterijs ad immortalitatem gradum fecere .

## C A P V T      I L

### *Lucronij quatuor desiderati .*

L Veronij vrbe Castellæ Veteris cùm hoc anno lues inualeceret , initio plurimi plebeiorum destituti iacebant , nondum contagione clarè vulgata , quos Patres ad nosocomium deferebant , ibiq; corporibus simul eorum , simul animis medebantur . Cognitâ dein pestilentiâ , cùm locupletissimi quiq; vrbum desererent , soliq; fierent inopes residui , P. Petrus Martinus Collegij Rector bonam pecuniæ summam ex migrantibus prouidè corrogauit , quâ necessitates pauperum leuarentur ; prouidens fore id , quòd euenit , vt digressis ditioribus , miseram plebem fames pariter luesq; circumuerirent .

nirent. Principio pestè attacti non audebant præ verecundiâ ad se Patres accersere, ne eos contactu inficerent. Id cùm Rector animadvertisset, luce sacrâ Deiparæ salutantis Elizabetam in suggestum progressus, concionem mœstam digressu aliquot è sacris familijs, qui valdè vtiles alijs temporibus ciuitati erant, consolari instititis denunciavitq; neminem vnum è sex, qui Collegium incolebant, pari numero Sacerdotes, & Laici, abiturum. Quin adeò, quanquam malum publicum quâm maximè displiceret, Deo sc tamen gratias age-re, quòd tempus voluisset incidere, quo salutem, vitamq; dedicare suam ciuium bono possent. Proinde sine verecundia, fidenter ac liberè, quandocunq; foret opus, adirent, accerserent. Quæ charitas inisieris, tantam ad sumnum discrimen suâ causâ obeundum alacritatem cernentibus, maximum erat leuamen miseriarum. Tum ipse Rector, ac ceteri Sacerdotes, non modò, quo vocarentur, accurre-re; sed etiam vicatim vrbe obire, prouidentes, ne quem poenitentia-expertem mors raperet. Sacerdotibus autem præcipue ad animarum curam intentis, ceteri Socij ad nutrimenta corporum stipe in indigentibus diuidebant. In sanctis hisce charitatis officijs dum sola & valet in vrbe euncti certatim elaborant, Sacerdotes omnes, vnuſq; non Sacerdos, extinti sunt; & omnes extra Collegij templum, quòd id nondum dedicatum erat, sepulti. Primus omnium Rector, dum saucio confitenti aurem commodat, haustâ lue consumptus est, ad diem septimum decimum Iulij

*P. Petrus Martinus*; qui cùm decumberet, nec domi sacrum, quo inungeretur, oleum haberent, idq; Sacerdos, Abecia nomine, ad illum è templo principe detulisset; & pro eâ charitate, quâ Patrem amabat, ad eius conspectum in lacrymas erupisset (inuenerat confidentem in lectulo, oculis intentissimè fixis in Christum è Cruce pendentem, quem manu tenebat) Pater obtutu tantisper in eum translato; *Quid est, inquit, quod sles?* Si nosses charitatem, quâ propediem copulandi sumus, profectò lacrymis abstineres. Sub hæc, mœstissimâ totâ ciuitate decedit, & honestissimis exequijs,

feretro etiam floribus pulchrè consperso, decoratur:

triduoque post, vti visus ille fuerat prædictissimus,

Abecia quoque est in cælum ad chari-tatem perficiendam se-cutus.

## C A P V T    I I I.

*Nonnulla de P. Petro Martinio .*

**O**Riundus fuit P. Petrus Martinius ex oppido Castellæ Ribafrecha, Calagurritanæ direccæsos ; vir acri pollens ingenio, rebusque Philosophicis benè cultus. Ad hæc, optimam pietatis indolem natus, valdè meditationibus delebatatur, per quas ad Dei cognitionem ex rerum conditarum contemplatione concenderet. Emenso Philosophiæ docendæ curriculo, cœpit interiorè instinctu ad Societatem impelli. Rarò alius grauiorem in tali deliberatione luctatum sustinuit. Sic persuasum habebat ; Societatem sibi pro gehenna fore : tantus erat refugientis ingenij horror. Ex altera parte, adeò manifestis incitatibus vocantis Dei documentis ; vt tandem ita secum decreuerit, satius esse gehennam illam subire, quam Deo se declarare contumacem. Hac animi inductione cùm sub annum 1556. Archiepiscopo Granateni, cui erat consobrinus, summè voante, ad Societatem cum uno è suis discipulis transiisset, mirum quantum suâ se falsum opinione deprehendit. Profitebatur postea, Dæmonem, cuius tam proiecta audacia est, nunquam ausurum tamen contra se tantum, vt suam in susceptra Religione constantiam tentaret. Quin etiam si Deus optionem sibi liberam daret fingeri cogitatione locum ex animi sui sententia, in quo degeret vitam mortalem ; eumque ex vniuersa rerum natura, siue in terra, siue in cælo deligidendi ; ne punctum quidem temporis alibi, quam in Societate futurum.

Ceterum hic Christianæ quoque Philosophiæ dudum in seculo studiosus, vtque putabat, magister, vbi inter Societatis tirones cœpit discipulus fieri; ingenuè, multumque admirans profitebatur, planè usque ad eam diem se iter veræ sapientie in tenebris cæco pede tenuisse ; sed postquam ad eam scholam accesserit, clarum quendam sibi diem obortum ; viderique, sicut ad certam viam, & rationem Aristoteles Philosophiam redegerat ; ita eo loco reperiisse virtutis exercitationem in ordinem ac modum, & quasi artem redactam. Quo diuino lumine vrens, ita in sui despicientiam proficiebat, vt infra hominem haberi veller : solebatque dicere, cùm ad id temporis Deum inter pulchras mente conceptas imagines, sublimesque contemplationes inuestigasset, iam demum comperisse, inueniri alter haud posse, quam si quis, id quod de se Psalmista loquitur, fieret  
vt iu-

vt iumentum. Debent ei multum Lucroniensis Collegij primordia, quæ & operæ sedulitate, & præclaris exemplis, atque etiam patrimonij sui parte, denique pretiosam morte posuit, stabiliuit, ornauit.

## C A P V T I V .

*Panca de tribus reliquis.*

**P** Thomas langas, alijque duo secundum Rectorem Lucronij eodem in agone charitatis extinti sunt. Erat hic Lucroniensis, satis nobili & opulentâ domo. Iuuerat & ipse Lucroniense Collegium ex patrimonio suo tribus propè millibus nummum aureorum. Salmanticæ receptus, annos sex in Societate vixerat, obedienter & piè, recenterque creatus Sacerdos, perbreui peruenit ad metam.

**P. Michaëli Montielo**, pagus nomine Lobus, quatuor Lucronio leucis, patria fuit. Primus in Societatem Lucronij nomen dedit iam tum Sacerdos; in eaque annos quatuor duntaxat vixit, obedientiâ mirè simplici, promptâque; nec ægrius quidquam ferens, quam quod seuerius non acciperetur..

**Ioannes Escuderns**, ætate iam maturâ, manuum labore, ac religiosam industriâ egregiè partes implebat. suas, probatissimus Collegio & Ciuitati.

His raptis, tantum fratres duo reliqui fuere, quorum etiam alterum bis, alterum semel pestilentia têtigit; eoque demum processit misera ciuitatis strages, vt iam vnum in Canonicum tota animorum, & vnum in fratrem nostrum tota corporum iuuandorum cura reciderit, inter assidua vitae discrimina, & immensas ærumnas. Ita Lucroniense Collegium non pestilentiaz magis incendium absumpsit, quam propè totum charitatis flamma gratum Deo sacrificium fecit.

A N N V S M. D. L X V.

H I S P A N I A.

**B** Vrgis, vrbe Veteris Castellæ principe, in morbosorum obsecquo quatuor hoc anno confecti sunt: primus fuit ipse Collegij Rector, qui serè iam decennium illi præfuerat, domi iuxta ac foris probatus.

**P. Gaspar Azenedins**, qui cum se cubitum ad modicam quietem recepisti.

recepisset ; accitus ad excipiendam moribundi ex plebe hominis confessionem , confessim surgens accurrit . Nec dilata est tam promptæ charitatis merces ; inde morbum retulit domum , qui ei ad cœlum iter aperuit . Et alioqui solebat non expectare dum vocaretur ; sed morbos ipse per urbem destitutos quæreret , quorum animos expiaret . Patriam habuit Vallisoletum ; & ætate iam grandior ad Societatem accessit . Cunctis virtutibus , sed orandi præsertim , & macerandi corporis studio præstítit . Multas quotidie horas in precibus consumebat , & iam nitendo callum in genibus obduxerat . Cubiles fermè erant nudi asperes . Nunquam vinum gustauit ; nec quidquam sextâ feriâ præter aquam & panem , extra alia crebra ieiunia . Ad hæc , flagello se acriter quotidie concidere ; ferreaque catenâ corpori applicatâ assidue cingi ; cui frequens , & pene continuum accedebat cilicium . Ex quo genere vnum in eius cubiculo inuentum est postquam obierat , quod corpus vniuersum ab collo ad talos congeret , adeò hirsutum & horrens , ut species ipsa terreret . Hunc sibi duntaxat apparatum quæsierat destinatus ad Indos ; quanquam postea missus non est . His , alijsque præparatus laboribus , ad eam charitatis gloriam cœctus est . Eandem ibi deinceps consecuti sunt

P. Aluarus Orisius , Concionator ; duoque Laici  
Petrus , &  
Monserratus , de quibus nihil peculiare comperi .

A N N V S M. D. L X V I I I .

### H I S P A N I A .

**H**ispali ab Calendis Maij usque ad Calendas Sextiles hoc anno pestilentia , quanquam non admodum saua , grassata est , per inopum maximè domus . P. Jacobus Auellaneda Provinciae Præses , qui tum Granata versabatur , cum prohibitus esset ad ferendam per se opem , ut volebat , accurrere , iunioribus euocatis , senioribus , qui ad ciues iuuandos mansere , subsidio quatuor præterea Sacerdotes misit , ex omni lectos eorum numero , qui multis precibus , atque adeò lacrymis , eam sibi periculi æquè ac charitatis plenam prouinciam depoposcerant : qui dum ultima Sacramentorum præsidia pestilentibus ingenti animo & studio porrigunt , uno contacto Ioanne Garzia , qui tamen flospes emersit , ceteris incolumibus , unus

P. Alfonsus Velascus , inter audiendam pestilentis homologem ,

gesim, cum ad precandam salutem etiam viceri manum apposuissest, continuo iactus, intra diem quartum, quartodecimo Calendas Iunias confectus est. Cordubam habuit patriam, ubi diu Sacerdos honestus vixerat. Nondum quartum in Societate annum explerat: sed virtus quam longe esset prouesta, socij Hispalenses annuis litteris, breui quidem illo, sed significanti verbo testantur, dum aiunt: Erat in hoc Collegio mirificum quoddam humilitatis, charitatis, patientiaeque exemplar.

A N N V S M. D. L X I X.

LVSITANIA. CAPVT I.

*Vlyssipone pestis vulgo magna.*

**V**Lyssipone lues hoc anno vnde septuagesimo seculi prioris Regem immanem edidit, tamque atrociter deseuist, ut ea pestis comparata cum alijs, vulgo magna hodieque vocetur. Sub extremum ver exorta, perque contemptum adulta, denique diris fusa incrementis, denique Augusto mense exitiale virus totum effudit. Vbi certò constitit, Patres, cum propè soli mansissent, Nouitijs, & paucis præterea iuniorum vel infirmiorum ex vrbe dimissis, illud existimarunt tempus ostendendi optimè de se meritè ciuitati, apud quos beneficia ponerent; adeoque salutem suam pro publica deuouent. Primus fuit huius consilij fructus, incitamentum aliorum. Nam & hortatu, & multò magis exemplo, sic effecerunt, ut Sacerdotes paucim & Parochi, atque ex alijs quoque Religiosorum Ordinibus haud pauci, quod fuerant suā sponte facturi, alacrius ad eandem proptarent ærumnarum & charitatis Spartam. Extremo Iulio ita funesta morbidorum seges exuberauit, ut præter valetudinarium quod extra urbem Patres Michaël Stephanus, & Alphonsus Agidius curabant, alijs tribus in Paroecijs quingenis, alijs tricenis inservirent. Et P. Cyprianus Suarius, is quem prodita Rhetorica præcepta postea nobilitarunt, quibusdam in litteris adulto iam Augusto ad Præpositum Provinciale datis, suæ Sociorumque diligentia supradena infirmorum millia subfuisse tum scriperit. Inuisebant miseros, aures contentibus dabant; necessaria suppeditabant etiam subsidia corpori. Et erat inopum, quos fugâ locupletiorum, & operum cessatione annoa defecrat, ea calamitas, ut iam Patres statuisseat sacris calicibus

cibus filii nequaquam esse parcendum. Sed Rex admonitus ita prouidit, vt nulla deinceps desideratio fuerit. Ceterum quamuis cura intenderetur, superauit tamen tam ampla in vrbe miseriuarum moles; nec euitari potuit, quin complures vel humanæ, vel diuinæ opis egentes mors acerbè opprimeret. Animaduersum est in flagitiosos atque intemperantes immaniùs deservisse malum. Miseranda in primis erat infantium conditio, quos inopes parentes deserebant in vrbe, cùm se ipsi vita cupidine in agros eriperent. Horum miserata solitudinem Societas, ingentem eorum numerum collegit, signisque oppositis, vnde postea à parentibus, si forte redirent, internoscerentur, cum curâ seruauit. Hęc, aliaque cùm populus cerneret, charitate quò minus obuiā, tò magis conspiueā, vbiunque homo de Societate appareret, tanquam ipsa occurreret salus, exhibitati, infinitis cum actionibus gratiarum, & faustis precationibus exceptos dimittebant. Leo Henricius Prouincialis cùm tempestate deprehensus Conimbricæ, cùm aueret, simul vt ciues, sintal ut curse suę creditos iuuaret Socios, Vlyssiponem accurrere, vehementer Patres primæ autoritatis obstiterunt, & pro potestate Cardinalis Henricus coērcuit. Ergo, id quod proximum fuit, tum quotidianis per Prouinciam edictis precibus & placamentis, tum submittendis in vrbum, quæ vsui forent, adeò cumulatè absens curauit, vt Socij Vlyssiponenses inter laborum extum, & mortis incendia, non tam ferè suis periculis commouerentur, quām anxiā aduersum se Prouincialis Sociorumque misericordiam miserarentur. Ceterum magnum iuuandæ Ciuitatis opus, magno Societati stetit. Multos, & præstantissimos sibi viros pugneratum est cælum. Ex his, qui se morbidorum dedicarunt obsequijs, meritò chorū duxit, qui omnium opinione sauitate præbat.

## C A P V T      I . I .

Mors P. Alphonsi Aegidij.

**P**ro Alphonsus Aegidius, Lusitanus, in pago Cadafæc, diœcesis Guardiensis, tenui genere natus, & ad Clericatum à puerō educatus: maximè addiclus Beatissimæ Deiparenti; amans quietis, & proborum sodalium; ad religiosam vitam semper aspirans. Is cùm in Societatem Calendis Maii anno 1549. iam tum Sacerdos nomen dedisset, positis Conimbricæ rudimentis, Vlyssipone in Collegio discen-

scientium Confessionibus, itemque domesticorum excipiendis, & instituendis tironibus aliquamdiu præfuit. Inde latus ad Professorum Domum, ibi quoque tirones informauit; & templi præfecturam ad obitum vñque suum obtinuit. Candidissimum ingenium habuit; sumam mortum facilitatem; pietatem singularem. Nunquam nisi cum Deo, vel propter Deum cum proximis agere. Vni sibi asper, & implacabilis. Quanquam imbecillum esset corpus, valetudo nulla; tamen disciplinae pertinax esse, laboriosus extra modum, animarum cupidus ad miraculum, animo semper hilari, beatoque, cuius pax atque iucunditas in oris perpetuâ serenitate emicaret. Valebat priuatis sermonibus, & homilijs circum pagos. Miserrimum quemque studiosissime completestebatur. Barbaricis mancipijs, item vincitis in carcere, vel ad remum damnatis, vel ultimo supplicio afficiendis aderat propensiore studio. Et miseræ turbæ amabant eum, vti parentem; audiebant, vti magistrum; venerabantur pro sancto. Atque haud sanè quidem supra merita; quippe quo subleuari sive corpora, sive nientes afflictæ possent, nihil prætermittebat. Conquirebat eleemosynas, per quas, certis interuallis, obæratorum, qui soluendo non erant, bonum numerum in libertatem affereret. Solatia, & remedia ægrotis, vestimenta seminudis, alia egentibus subsidia, animo nunquam omisso, curabat. Nullum loci squalorem, nullam fordium fœditatem atque illuuiem, vt assideret benignissime miseris, refugiebat. Dicebatur iam peruulgato nomine, pauperum, & suspendiosorum Pater, quo gaudebat ipse titulo mirificè; & mortalium id genus, suos fratres, amantissimè appellabat. Ut verò pestilentia incubuit, tanquam res tum demum posceret habenas remoueri, toto impetu ferri, satagere, festinare: vt quisque, fœdissimè laboraret, ita maximè amplecti, solari, expiare. Videri planè sese, & omnia, præter vnam charitatem, oblitus. Monente comite ne tantum se fatigaret: Necesse est, inquit, Deo, & eius gratiâ proximis seruire discamus. Aliás, vt se, & ceteros extimularet, aiebat: Si tandem moriendum est, certè vita

quanti valet, tanti addicatur. id quod peregit ipse

sanè feliciter, breuis lucis iacturâ mercatus

æternitatem, obsequio pestilentibus tam

nauiter impenso, ad diem 22. Iu-

lij S. Mariæ Magdale-

nae sacrum.

## C A P V T    I I I .

*Mors P. Francisci Confaluij.*

**P**r. *Franciscus Confaluius*, secutus Alphonsum proximè est, 3. Cal. Sextiles, acer ac frugiter operarius, in Insula Materia, & nuper in Veteribus Turdetanis probatâ solertiâ. Patriam Viseum habuit in Lusitania; paucos in Societate annos (namque iam ætate & studijs maturus aggregatus est) oculo circiter vixit, quos exitu glorio-  
so in hac palestra charitatis terminauit.

## C A P V T    I V .

*Vita, & mors P. Emmanuelis Godinij.*

**P**r. *Emmanuel Godinius*, domo Vlyssiponensis, nobili genere, pridie Nonas Augusti confectus est. Egregiè ad pietatem animas prouehebat: parcus verborum, & innocentissimæ linguae: Societatis amans; admodum prudens; prolixus precum; primæ retinentissimus disciplinæ, quam ex ipso capite hauserat; quippe secundus ille Societatem in Prouincia Lusitania auxit accessu suo. Versabatur in Aula Regia adolescens inter Cubicularios, & Quæstorios scribas, cùm illuc Româ S. Franciscus Xauerius, & P. Simon Rodericus aduenere: quorum vsu, & Xauerij præsertim, apud quem, anteaclæ vitæ maculas expiavit, vehementer ad virtutem incitatus est. Sic commotum, perpulit ad fugam rerum humanarum, & Societatis amplexum audita Ioannis Suarij, Regij Concionatoris, & subinde Conimbricensis Episcopi, disputatio de sempiternarū rerum præ fluxis fragilibusque pretio; & eodem ipso die ad P. Simonis aduolutus pedes, in eam admitti vehementer flagitauit. Is eum aliquantisper ad periclitationem demoratus, demum altero & quadragesimo seculi anno, ætatis eius tertio & vigesimo, quinto Idus Martias domum recepit: exercitijs spiritualibus, vt mos est, excoruit; & suâ postmodum in veste ad S. Iacobi peregrinatum misit, iussum in redditu Conimbricæ resistere, & sua consuetudine, populari etiam tum cultu habituque Academicos illos discipulos ad vulum, moresque Societatis sensim accommodate. Euntem Conimbricæ febris incessit, atque ab itinere persequendo prohibuit. Igitur ibi profano illo in cultu agnum ferme translegit, optatissimo successu: sed

sed eo constantiæ maiore documento, quod cum apud germanum suum Cœnobitam diuersaretur, ibidem studiorum causâ commorantem, & is nunquam desineret compellare, atque urgere, ut si religiosam meditari vitam consilium esset, familiæ, quam nominabat, celebri sanctitate, non incognitis quibusdam, recentibusque se Presbyteris, dedicaret, nunquam eo perpelli potuerit, ut in suscep-pto nutaret.

In Collegium deinde Conimbricæ constitutum reuocatus, omnia vnum, quæ postea Procuratoris, quæ Ministri, & Subministri vocata- sunt munera, ipse vocabulo Oeconomi, seu, Magistri domus nomine obibat; nihil quamvis vel opere graue, vel sordibus odiosum, non libenter exhauriens; adeo ut lafana idem ipse, usque ad latrinas conditas, perpetuo purgârit.

Idem cum alias, comite Roderico Menesio, peregrinabundus ad oppidum Cratensis Prioratus, cui Serta nomen est, venisset, conuitiorum audius & publicæ despicationis, nudus superne cingulo tenus, inferne verò etiam malignè contextus, obiuit compita sti- pem conquiriens. Verùm eius patefacto consilio, publicam in lau- dem probra vertere.

Præfuit deinde Rector eidem Conimbricensi Collegio anno 1552. quo tempore ingentia illa poenitentiæ prodigia in publico edidit, quæ fui magnitudine, quia supra communes rationes sunt, haud omnes & quæ probauere, relata ab nostris Historicis, apud quos videri à cu- pientibus possunt: ego, quia proponi ad imitationem non debent, ulterò missa facio; fuereque S. P. N. Ignatio scribendæ illustris eius, quæ de Obedientiâ in manibus est, Epistolæ causa.

Romam anno 1558. ad generalia Societatis comitia pro Lusitania Procurator profectus, suas ibi partes cum laude egit, regressusque suam in Prouinciam, Vlyssiponense S. Antonij Collegium rexit; tum apud Professos aliquamdiu Minister egit; sèpè à consilijs Prouinciali tuit, eratque tum etiam, cum post multa despicientiæ sui, flagrantissi- mæque charitatis præbita documenta, pati non potuit, socijs cum vitæ discriminè pestilentibus obsequium præstantibus, se domi desidem socordemque, ut interpretabatur, teneri. Adeoque postulata obnoxia à Moderatoribus eiusdem illius palestræ copiâ, ut ea primùm facta, alacer in eam, latusque descendit, & post multa certamina eme- ritam in eo obsequio animam edidit.

## C A P V T V.

De P. Michaële Stephano.

**P** Michael Stephanus, Lusitanus, Couillanio ortus, successit 6. Idus Augusti; candore ingenij, tranquillitate animi, constanti modestiâ, perpetuâ vultus hilaritate; adhuc, studio animarum, ceterisque virtutibus, Alphonso Ægidio quum simillimus, Procuratorem Professæ Domus annos complures egit, varios inter casus semper idem, siue potens, ac negotijs maior; rarum domesticis & alienis spectaculum. Porro loquentis ab ore ea dulcedo fluebat, ut quicunque audirent, placidissimæ mentis eius saporem summâ iucunditate gustarent. Nec impeditiebat domestica procuratio, quin animis procurandis & in templo assiduus, & frequens apud ægrotos interdiu noctuque foret. Fertur per Iubilei tempus viginti perpetuas horas Confessionibus audiendis instituisse. Quibus officijs & notissimus, & charissimus erat summis atque infimis. Immobilem animi iucunditatem etiam supremo spiritu, cum pestilentia ictus, inter maximos dolores enecaretur, obtinuit. Itaque posteaquam permunitus est Sacramentis, conuersus ad Deum: En, omnia iam, inquit, peracta sunt; veni, Domine: petiitque in cubiculum defterri, in quo P. Alphonsus Ægidius decesserat; ut quo loco Sanctus (sic enim vocabat) erat mortuus, & ipse moreceretur. In Societate ab anno 1548. vixerat.

## C A P V T V I.

De P. Gaspare Plano.

**P** Gaspar Planus, Belga genere, propè Antuerpiam natus, primis litteris Antwerpia perceptis, tum Latinis & Græcis Louanijs percultus, Dolam in Comitatum Burgundiæ ad Iuris Civilis studia missus à Patre, postque biennium regressus in patriam, cum Procerum cuiusdam aula in Hispaniam transiit. Ibi post Philosophiam, atque Theologiam Salmanticæ mediocri profectu cognitam, & graui valetudine ad prospiciendum serio vitæ future excitatus, ætate iam tricenarius, nomen Societati dedit, eunte seculi anno supra quinquagesimum sexto. Salmanticâ Septimancas, inde Conimbricam missus, annos septem Iudum litterarium è medijs Grammaticæ

tice rexit. Tum ad moderanda Collegij Vlyssiponensis studia, & impendendam animis Sacerdotalem operam, traductus, vtraque munera, quemadmodum alia semper, magno suo, & domesticorum, & extrancorum profectu, exemplo bono, administravit: Patria quædam bonitas lucebat in moribus; facillimus, & in omnes partes obedientiae versatilis, summèque pius erat. Is dum promiscuè venientes ad animorum remedia quoque tam dubio periculo soque tempore, posthabità sui curâ, excipit, virus concepit, quo triduo confectus, pridie Idus Augusti expirauit, coniectis in Christi Domini effigiem oculis, mirâ fiduciâ talia suprêmum effatus: Domine Iesu, nonue quæsitus nocentes venisti? En eximiè nocentem accipe.

## C A P V T V I I .

*De P. Gaspare Aluarez.*

**P**ro Gaspar Aluarez, Vlyssiponensis ad S. Antonium Collegij Rector, Idibus Augusti, conceptâ ab acurrentibus ad se temerè pro animorum suorum subsidio miseris, infestisque mortalibus tabe, illustri inter Socios documento extinctus est. Is erat Grisio haud procul Brigantia oriundus, Salmantica iam Sacerdos studia persequebatur Pontificij Iuris, tertio & quinquagesimo seculi anno, cùm Francisci Stradæ concione impulsus, in ipso spiritualium Exercitiorum fundamento planè decretuit Societatem sequi; ibidemque receptus; ac subinde missus Conimbricam, per varia experimenta magis semper magisque industriam ac pietatem probans, atque perficiens, ad Vlyssiponensis gubernacula Collegij admotus est. Annum iam nonum egregiâ cum laude ea tenentem arripuit lues, & rapuit, Idibus Augusti. In Africam quoque olim cum militibus, ad liberandum Barbarorum oblidione Massaganum Lusitani Regis arcem, excurrit. Eminebat inter virtutes in eo cupiditatum victoria. Natum sine virtutis dices, usque eò emendauerat. Pecuniae summam fortè obsessor, pro Collegij egestate non leuem, seu suâ incuriâ, seu alienâ iniuriâ amiserat. Eam ob rem consternatum intuitus Gaspar, subridens id modò dixit: Nunc verò caue, ne & te perdas. Creditos sibi alumnos ut amabat maternâ suavitatem, sic paterno spiritu ad voluntates infringendas suas, & ad virtutum profectum exercebat, æquilitate mirabili. Ad ægrotos nocturnis temporibus, ut Sociorum quieti parceret, ipse plurimū itabat, & quæ alia poterat exaudiendis

ribus officijs, silentio præcipiebat: Multum apud ciues vsu familiari valebat, multaque ad Dei obsequium insignia fecit. Nimirum enim prudentia viri nota erat; & summa in fæse macerando asperitas addebat commendationem. Ad hæc, lumen, & opem ad res gerendas sedulus repetebat è celo, super alias preces quotidie horas omnino binas ante Diuinum Christi Corpus in genua prouolutus.

Ceterum ut antea semper prouidè, amanterque Socios haberet; at pestilentia sequente in omnes ille quidem, sed in eo præcipue, qui laborantibus inferuient, omnem effudit benignitatem. Nihil illo lætius, cum vesperi domum manipulorum plenos, & illæsos reciperet. Nihil attentius ad ea suppeditanda, quæ vsui forent. Nihil sollicitius ad curandos manu suâ quos contagio perculisset, quoad gloriosâ in acie & ipse lethiferâ plagâ prostratus, quæ viri æquitatem, & magnitudinem animi clariorem fecit, tot cælum triumphis clarus iniuit, quot per se; perque suos victorias reportarat.

## C A P V T      V I I I .

### Otto item aliij Vlyssipone sublati.

**P**ro cipem Apostolorum diem in Societate natalem habuit, quarto & quinquagesimo seculi anno, admodum adolescens. Vitam inde in studijs, & in dirigendis ad salutem mortalibus, agendo, dicendoque, innocentia & sanctimoniam spectabilis, magnâ cum obsequij, pietatisque laude, consumpsit. In dulci colloquio, quod, Dominum in Cruce fixum intuens, instituerat, cum lemel iterumque, dexterâ simul peccatum tundens, dixisset: Deus, propitius esto mihi peccatori; dum idem tertio iterat, in media voce animam exhalauit, manu suspensa, digitisque, ut iuncti ad feriendum erant, hærenteibus.

Hos omnes Sacerdotio præditos fortis non Sacerdotum comitatus, nihil admodum cedente passu est subsecutus

Consaluius Barreria, Scholasticus, Quæstionum conscientię,  
Iacobus Caruallius, item Scholasticus, Theologie,

Stephanus Nunnus, itidem & hic Scholasticus, Humaniorum litterarum, suo quisque in gradu auditores. Præterea Coadiutores ad opera domestica destinati

Gaspar Correa,

Geor-

Georgius Aluarez,  
Cosmus Vazius, &

Ludouicus Braus, cuius occubitu, damni plusculum acceptum est; quanquam & ceteros suæ laudes, & exitus ipse abundè nobilitauerit. Namque Tauilæ in Algarbijs natus, cùm annos sex miles, quinque captiuss, multum peragrasset terrarum, tandem in Italia, Florentiæ ad religiosam, quam semper in votis habuerat, militiam, facto gradu, hoc ardentiore studio, exactioreque solertiâ, Procuratoris Prouinciæ comes, Deo famulabatur, quo plura in seculi famulatu pericitatus erat, atque percessus.

Multi præterea Sancto in opere desudarunt, quibus ad mortem paratis ipsa mors defuit; inter quos maximè memorandi, P. Balthasar Barreria, & P. Antonius Monserratus; & ex Coadiutoribus, Fulgentius Fregre, qui nuper ex Memphiticâ captiuitate redierat; & Iacobus Acoña, qui post Patrum stragem diu solus ægros per urbem, ad sexcenos perseverauit inuisere, accommodata cuique nutrimenta, ac remedia ex Regia stipe dispertiens, & conductum circumducens Chirurgum, qui gratuitò mederetur.

A N N V S      M. D. L X X.  
L V S I T A N I A.

*Henricus Nunnez de Gouea.*

**D**Ilapsis Vlyssipone, dissipatisque latè per vniuersum Lusitanicæ Regnum anno superiore, pestilentia metu, mortalibus, alias quoque vrbes nonnullas in mali communitatem contagione traxerunt: Ebora, Conimbricæque nostros suam ægris curandis operam, nauasse, sed incolumes, inuenio; Porti vnum eximiæ commendationis, sed vixdum noster, tametsi perantiquo desiderio, in eo præstantissime charitatis officio sublatus est. Is fuit

*Henricus Nunnez de Gouea, Lusitanus, ex ipsa vrbe Porto, nobili, & opulentâ domo, Sebastiani Nunnez de Gouea filius; humana- rum rerum in principio, vt lautâ in fortunâ solet, æquo studiosior. Qui cùm ad meliores artes, & nominatim ad Confessionis frequen- tationem ex opportunitate inuitaretur à Gaspare Nunnez Barretto, ciue, necessario, & familiari suo, eodemque trium nostrorum, Ioannis, qui Patriarcha fuit, Melchioris, & Alphonsi, germano fra-*

G                    trc,

tre, ioco rem & ludibrio, tanquam vitæ suæ rationibus alienam, accepit. Sed auditis postmodum Francisci Stradæ, item nostri hominis; qui Porto peregrinabundus anno 1546. transibat, concionibus, ita repente permotus est; ut cum Deo se, & Francisco penitus permisisset; ab hoc spiritualibus Exercitijs excultus, egregiæ deinceps pietatis, quæ diu Porti floruit inter Ciues, ipse caput quodammodo; & educator, altorque extiterit; atque ut erat ingenio acri, & autoritate permagnâ, valebant plurimum ad sustinendam virtutem, latiusque fundendam, eius consilia. Porrò cum ampliori à Deo luce perfusus, cuperet vel in illo vitæ sua genere, quoad eius fieri posset, Apostolicos imitari labores & vitam, quoque Deo posset, & proximis nauare liberiùs, omni publico munere abdicato, domesticisque negotijs fideli famulo commendatis, domum suam effecit domum orationis; distributis ita diurnis spatijs, ut sua orando Deo, sua perscrutandæ conscientia, diei pars dicaretur; sic eius familia paucis diebus in religiosorum visa est esse versa Cœnobium: & vel ipsi famuli, vbi vbi essent, nihil nisi de Deo agere ac loqui poterant. Donum in eo erat orandi præclarum, & excellens quædam de diuinis rebus sermocinandi facultas; quæ magnum in ciendis animis habebat ictum. Cunctæ ciuitati & actione vitæ, & assiduitate opera acres assidue stimulos admouebat. Ille pauperibus, vel de suo, vel corrogata stipe, præsidio esse: ille ad humillimâ sèpè servititia sese in nosocomio demittere; ijsdemque artibus liberos suos educare: ille reconciliare dissidentes. Idem ad recte facta, & in primis ad Sacramentorum cœbram usurpationem, in loco omnes hortari: in omnia denum, quæ licet, charitatis munera sese dare, & lucrantis Christo animis, quoque lucratus erat, studiosè fouendis, totus esse.

Sed neque vnius ciuitatis bono contentus, industriam & sollicitudinem ad loca finitima deriuabat. Quâ tantâ animarum procura-  
tione atque solertiâ Ignatium Azeuedium, eum qui postea fuso glori-  
osè sanguine clarus fuit, Deo, Societatiique conquisiuit. Illum  
enim cum rerum fluxarum audisset ceppisse satietate teneri, viginti  
sermè millia passuum conuenit hominem, cumque iam incensum, suis  
etò denum sermonibus per pulit, ut se Conimbricam ad exercendum  
aliquantis per spiritum colligeret; vnde omnis eius postmodum salus  
exitit, & virtus nequaquam vulgaris.

Nostri Ordinis credibile non est, quantoperè studiosus esset;  
quâm ei sese, & sua tradere peroptaret omnia; cuius etiam voti magna ex parte compos effectus est. Nam & suam ei domum dedit; &  
scenis

senis è liberis, totidem maribus ac feminis, quique omnes religiosam vitam professi sunt, duos Societati contradidit, viros virtute, & gestis in ea magistratibus nobiles, P. Christophorum Goueam, & P. Ioannem Madureiram, de quibus alibi suus erit fortasse nobis dicendi locus; & ipse demum, postquam annos complusculos sancitam fide votoque continentiam, vnâ cùm vxore seruasset, ineundâ Societatis deliberatione susceptâ, pestilentia subortâ, in ægrotantium seruitio contagione infectus, nuncupatis autoritate Præpositi Generalis, & coniugis consensione, votis religiosis, felicissimæ familiæ parens, suâ in vrbe, die 21. Martij, occubuit. Eo supremo tempore coniugi suæ Beatrici de Madureira, tria sibi Diuinitus significata memorauit; primum, compotem se fore salutis sempiterna: alterum, se proximo S. Benedicti die, at ipsam decimo post anno, eodem ipso die, morituros. Horum duorum ratum vtrunque fuit. Eo verâ die, quo tumulus eius, vxore demortuâ, patefactus est, corpus integrum illibatumq; & suauem aspirans fragrantiam repertum est, totaque ad eius venerationem ciuitas conuolauit.

A N N V S M. D. L X X I.

## HISPA NIA. CAP V T I.

*Duo Gadibus mortui.*

**H**ispaniam multis locis hoc anno vexauit pestifera febris, multosque mortales pressos inopiâ palantes subegit circumferre periculum. Eam Societas materiam charitatis passim arripuit, & cum aliquâ suorum strage exercuit. Duo Gadibus, unus Toleti extinguis est. Præter Collegio Gaditano Petrus Bernardus, operosæ vir charitatis, & prodigæ commiserationis erga calamitosos. Is cùm Hispali rediens, Episcopo, Clero, Prætore, & Magistratibus, cùm plerisque diuitium digressis, multitudinem destitutam nullum habere corporibus, nullum animis præsidium cerneret, ingemiscens, ita cum ijs egit, qui reliqui in vrbe erant è Magistratu ciuili, ut de remedio agitarent. Confertur in commune numerus pecunie affatim magnus; destinatur in agro domus excipiendis ægris; medicamenta, ministrique morbidorum comparantur; accersitur Hispali Medicus, peritiâ iuxta & animo præstans. Episcopus quoque bonum Sacerdotem designat ad diuinorum mysteriorum distributionem.

Aliquot è Societate ad serendam opem addicti; P. Jacobus Sotomaior Sacramentis tribuendis; Jacobus Lopius Coadiutor Temporalis corporibus curandis: alter præterea, qui urbem & agrum eques obibat quotidie, circumferens mellita crustula, & saccharo conditos succos, ægrorum solatia; quosque inueniebat abiectos, ad nosocomium deferendos curabat. Rector totum regebat, incendebatque negotium; qui & diuidendis eleemosynis ab ciuitate præpositus, ve cuiusque requirebat inopia, cibos, uestes, medicamenta comparabat, distribuebatque. Arque sub vesperam egressus in forum, ad emendationem vite populum, quo placaretur ira caelestis, breui quidem illâ, sed mirè frugiferâ, vt erant subacta malo pectora, exhortatione compellebat. Pertinax interim luctus cum charitate Patrum constantiâque certans duos vicit. Prior

*Jacobus Lopius*, Hispanus, Coadiutor, ad diem 5. Aprilis occubuit; quem menstruo fecutus est interuallo

*P. Jacobus de Sotomaior*. Erat is origine Hispalensis, clarus doctrinæ, sed virtutum clarius, ornamenti. Studiorum orbe confecto, & Pontificio in Iure licentiæ gradum adepto, domum Granatæ, eo in foro Regio Aduocatum professurus, quærebatur, cum ter diuinâ voce iussus est nullam, præter Societatem Iesu, domum queritatem. Accessit ad vocem impulsus ad eodem vehemens, ut hærentem, & quodammodo inuitum, vi quasi quadam pertraheret. At ubi nouitiorum coetui admixtus est, ita mens illustrata, & dilatata sunt homini præcordia, vt beneficij accepti pondus expendens, nullum honorem, quamvis amplissimum, quam inter Dei famulos coquum agere, maller. Et quidem præ sanctæ ambitione humilitatis Sacerdotalem etiam dignitatem, quantum addicta iam obedientiæ libertas permitteret, refugiebat. Inter insignia, quæ diuinitus dona perceperat, vehementissimum erat, pro bono Iesu, ut ipse loquebatur, multa aspera perpatiendi studium. Ardebat in eius obsequium millies mori, mille in frusta concidi; eamque ob rem ad Orientem, siue ad Occidentem mundum, vel quocunque nutus Præsidum indiceret, ubi famem, sitim, verbera, vulnera, ludibria, Domini sui causâ perferret, proficisci. Quæ si contigisset experiri omnia, nihil ea tamen rebatur fore, præ ijs quæ tolerare & deberet ipse, & cuperet. Arque hæc ipsa cum B. Francisco Borgia Præposito Generali, ceu religioso patri ingenuitate filij scriberet, ipsis in litteris subiicit: *Iis qui nunc cor meum, cor tua Paternitatis moueat, ut meis votis indulgeas;* *Nam prater alias, ego prospera sum valetudine, mediocribus viribus, quo-*

*quamque*

cumque cibatu salubriter utens. Mari diu peregrinatus, ut quā Castille Indias adiui, natare sciens, & remum agere. Quod si Dominus permitteret, ut in Indianam tendens, in eius obsequium captiui fierem, verberibus consinderer, auribus, manibusq; mutilarer, alijsq; cruciamenti quecunq; fungi cogitatione queunt, afficeret; videor (ut nunc me quidem Deus corroborat) ardentiū quām nunc expeto, reipsa tum suscepturnus. His multoq; pluriis anno 1566. ardore sui animi explicato, inter sancta hēc desideria, quod etatis reliquum habuit, tantā exegit perfectione virtutis, ut ipsa oris modestia, & in sese collectio satis proderet, cum assidue coram Diuino aspekte mente versari. Vbi verò vulgata pestilenta Gadibus est, continuò dande in discrimen pro fratum salute, viq; occasionem arripiens, fatigare Prouinciam instituit, ut se ministerijs ægrorum addiceret. Fortè accidit, vt, Sacerdotalibus ad litandum vestibus iam esset induitus, cùm lētum accepit nuncium, voti se compotem factum esse. Igitur eodem loco fratrem, qui nuncium attulerat, arctissimè, gaudioque immenso amplexus, ad sacrum altare progreditur, ibique cùm tenerimo sensu pietatis, & alacritate præferuida sese pariter cum hostiā sacrofandā victimam offert. Ab sacrificio velox ad nosocomium accurrit; & pestifero ægrorum conspectu, tractuque sese oblectare continuò coepit, perinde quasi voluptatis refertissimam noctus amoenitatem. Ita cùm diu, sine metu, sine fatigatione, nullā suimet, summā languentium curā, talentum charitatis exercens, ingentem confluisset in celo thesaurum, ad eius fructum quarto Nonas Maij vocatus est. Deiparæ Virginis cultui addictissimus erat; solebatque dicere, si quando deterius solito haberet, pro remedio se rosarium percurrere, & conualefcere.

## C A P V T I I.

Toleti P. Ioannes Martinius.

**P**Ioannes Martinius, eodem charitatis ex opere pretiosam Toleti mortem, Aprili inclinato tulit. Genus ducebat ex oppido Pinto Nouæ Castellæ. Compluti Societate donatus, vixit in eam annis fermè septem & decem, Burgis, in Monte Regio, Villaregij, Madriti, & demum Toleti; in multis item varijsque muneribus; sed in nullo propensiùs, quām in animis beneficio Sacerdotalis absolutionis peccatorum nexu liberandis. Summae deliciar, somno se ac cibo

cibo fraudare , vt ad ægrorum & morientium excipiendas Confessiones dies ac noctes accurreret . Nec verò dum mitteretur expectabat ; sed Moderatorum nutus præuertens , sedulò instabat , vt si quem cuiusque necessitas tempore maximè importuno accerferet , eum sibi quæstum eripi minimè linerent ab illo sociorum . Cùmque admoneatur interdum ne se laboribus enecaret ; Vitam , inquietabat , vacuam charitate non amo : & præclarè mecum actum existimabo , si nostræ professionis occupationibus , quam ob rem huc veni , contingat immori . Et profectò contigit . Nam cùm ex Granatensi bello multi Maurici generis Toletum ægroti venissent , eam Pater suam esse messem atque vindemiam ratus , flagrantissimo studio compleæebatur miseros ; ijs lectos sternere , potionem cibumque porrige-re ; adesse dulcibus alloquijis , quacunque re posset vel ad sanitatem recipere , vel ad mortem piè obeundam opitulabatur . Cùmque præ multitudine vno sæpè in lecto bini , terniue iacerent ; ad noxas confitentium arcano legitimo audiendas , inferebat se medium , & ad anhela miserorum ora patientiâ & charitate admirabili aures applicabat . Vizio inde concepto , tanquam miles fortis in acie , quod oprârat , letissimus cecidit . Sunt qui Deiparam , quam mirè venerari solebat , apparuisse moribundo , & cœlestis ei solatij plurimum attulisse affirmant .

### P O L O N I A .      C A P V T    III.

*Vilna P. Lucas Graffonius .*

**P**oloniam , Lithuaniaque pestis etiam inuasit hoc anno , & nominatim Vilnæ prosperrimos Collegij successus nonnihil disturbauit , cùm per Autumnum inualescens . Gymnasium dissipasset . Unde ex socijs in vrbe , digressis in tuta loca ceteris , man-sere ; quos inter

*P. Lucas Graffonius* , dum pertinaci charitate Confessiones om-nium , quicunque se offerrent , excipit , inde lue afflatus , vitam pro salute ciuium , die 21. Octobris fudit , sancto totius Sarmaticæ gen-tis auspicio . Is enim primus Polonorum dicitur in Societatem ad-mis-sus : idemque primus cädem ex gente inter nos Sacerdotum , ad So-cietatem cœlestem , quod exitu tam nobili contigit , emigravit . Ve-nerat proximo Februario Vilnam , ybi concionibus pomeridianis operam dabat , & confessionibus , & infimæ discentium classi regendæ ; idque

idque valetudine ita consumptā, vt ab infanabili tābe proximo gradu distare crederetur. Prægressā per triduum leuiore febriculā, quarto die magis adhuc leuatus, repente tota vis mali sub noctem ingruit. Id vbi sensit, nihil commotus confiterut, & nihil se dolere, quod obeundum esset, professus, cereum sacrum poposcit. Tum crucifixis Christi meditandis, quorum imagines ab oculos poni iussérat, cum suspirijs & gemitibus, horæ quadrante impenso, inter recitandas preces, quæ commendandis Deo morientium animis dicuntur, placidissimè consumptus est.

A N N V S M. D. L X X I I.

B E L G I V M.

Duaci P. Rogerius Bolbettus.

**H**oc anno 1572. græstante Duaci pestilentia, rari exempli, comodiique in publicum fuit charitas Sociorum. Duo Sacerdotes cum uno Adiutore, qui id maximè flagitabant, ab ceterorum consuetudine segregati, suas pro salute publicâ deuouerunt animas. Ex eo generoso triumuiratu

P. Rogerius Bolbettus, Anglus, Staffordiensis, qui non admodum vernacula peritus lingua, Sacrosancto Viatico moribundis & supremâ Vnctione munieritis plurimum tenebatur, contagione perculsus, vbi primum brachia sibi quibusdam notis lethi nuncijs interpunctæ conspexit, eas notas tanquam Diuinæ benignitatis pignora, suauissime osculari instituit; iisque pignoribus, post recepta Diuina mysteria, ac renouata in extremâ lucis usurâ religionis vota, commendans in manus Domini spiritum suum, pronunciansque sanctissimum Iesu nomen, postridie Calendas Septembbris beatæ vite possessionem iniuit. Duace ni pro Sancto habebant, & monumentum, quod solo extaret, communis impensâ, ad posterorum memoriam ei cogitabant extruere. Louanij Societatem complexus fuerat ante ferè decennium, iam tum Sacerdos, & Musicæ apprimè peritus. Antuerpiæ versabatur anno 1566. quo tempore domicilium ibi nostrum Hæretici per libidinem dissiparunt; quæ occasione Rogerius Louanium primum, atque inde Duacum, ad capessendam è charitatis certamine gloriam translatus est.

Duo Messane extīcti.

**S**Iciliam hoc anno pestilentiae lues infestam habuit, mercibus, vt opinio fuit, è Turcarum terris inuecta. Descendit in aciem aduersus id malum, de more, Societas; & Messanæ primum duo viatores oppetitâ morte euaserunt, alter

P. Olinerius Cominalis, Siculus, Ramettae oriundus, religiosæ perfectionis exemplar, & in agendo animarum negotio insignis operarius: alter

Aloysius Calligares, cui subsidia morbidis procurandi Ciuitas negotium dederat: quos ad diem 17. Aprilis alicubi relatos comperi.

C A P V T I I.

Panormi extīcti quatuor:

**P**Anormi duplo auctior strages, & simul victoria fuit, quatuor luce sublatis honesto in obsequio; primus fuit

P. Paulus Mantuanus, Italus, Venetus; quem S. P. N. Ignatius in ordinem Temporalium Adiutorum receptum, ad Sacerdotium postea, Diuinæ maioris gloriæ studio, prouexit; miræ humilitatis & patientiæ virum, (neque aliâs vñquam sacris ordinibus donandum) tantæque charitatis, vt quò Maurorum seruitute Patrem quandam eriperet, ipse eorumdem se seruituti addicere voluerit. Eo breuiter ad diem 3. Iulij peste ab ægris haustâ consumpto, velut instauratiuus successit

P. Didacus Martinus, Hispanus, vir strenuus, & Panormitani nostri templi veluti columen; regularum cultor eximius; pœnitentia, sanctæque paupertatis studio magno; quem item paucis diebus melior vita ad diem vnde uigesimum Iulij exceptit. Verùm neque altero hoc funere conterrata Sociorum charitas est; sed missi subdicio alij duo Pattes continuò sunt.

P. Franciscus Constatinus, Siculus, Catanensis, precationi, ope rique mortalibus salutari impensè addictus, ætate maturâ vir; qui die 3. Augusti ad gloriam peruenit: &

P. Gabriel Puteus, patriâ Balearis, qui posteaquam rarescere, per urbem malum coepit, in suburbanum, cum tribus socijs egredius, expiandis solandisque ceteris, quos Ciuitas ipsa legregârat, intentus, diu perseuerauit incolumis; donec & ipsum generosis cumulatum laboribus mors perculit, & celo transcriptis, labente Septembri; cuius cum ceteras virtutes, cum verò obedientiam in primis eius ætatis Patres commendant.

## HISPAÑIA. CAPVT III.

*Monteregy duo sublati.*

**G**allaciam Hispaniæ extremam Provinciam hic etiam annus habuit infestam pestilentia, vbi impensa, luc illigatis, charitate, indeque morbo contracto bini obière in oppido Monteregio, mense Maio, prior incerto, alter duodeuigesimo eius die. ij fuere

P. Thomas Orduña, acto in Societate decennio; &

P. Petrus Cuebas, Burgensis, annorum ætatis 31. & in Societate trium tantummodo, breui cursu perlatus ad gloriam.

A N N V S M. D. L X X V I.

## SICILIA. CAPVT I.

*Duo Panormi; unus Catane.*

**P**estilentia, quæ anno superiore Panormum affixit, suas hoc etiam anno reliquias habuit; dumque affectis strenue nauant socij, duo charitatis incendio conflagrarunt

P. Iohannes Balthasar, Siculus, Messanensis; &

Iohannes Antonius Olinerins, itidem Siculus Syracusanus, probati vir exempli domi forisque; qui duos olim liberos suos, coniuge viduatus, seque, Societati contradidit: dies victoriae fuit Maij mensis octaua. At Catanae

P. Erasmus Marchesius, Siculus, Catanensis, religiosæ semper disciplinæ diligens obseruator, ad diem 13. Septembbris eodem fato gloriæ pleno functus est.

Tres Venetijs : duo Mediolani.

**E**T Italia cum peste alicubi confictata est. Eâ Venetijs ut primum apparere cœpta est, duo è socijs in ægrorum curationem deuotis capitibus suis, gloriosam paucis diebus mortem oppetiēre, mense Iunio.

P. Hector Leonellus, Italus, Fanensis; qui posteaquam humaniores litteras diu docuisset, Mutinense rexit Collegium, & subinde Mediolani res domesticas Brerani Collegij procurauit; suamque semper industriam egregiè, quæcunque gereret, probauit. Vixerat annos omnino 41. in Societate 22.

P. Guido Toscus, Italus, ex oppido Romagnano, annos numerabat ætatis 37. in Societate circiter 15. quorum partem maximam in docendis Grammaticam pueris impenderat; ingenij probi, ac disciplinæ religiosæ ingens amator. Hos Iunio mense raptos, haud maximo interuallo, ad diem 31. Iulij secutus est.

P. Cesar Helminus, Italus, Fulginas, qui sex & viginti annos summis in laboribus prima Societatis exordia prouexerat; iamque quinquagenario maior, pro P. Mario Beringuccio, qui Romam ad Congregationem Procuratorum ierat, Domui moderabatur; & iam ante per multos ibidem annos, cùm esset Collegium, suo nomine Rector summâ cùm laude præfuerat.

Mediolani quantam hoc anno stragem pestis ediderit, superuaneaneum duco prolixius enarrare, cùm id abundè, præter alios, in vitâ S. Caroli Cardinalis Borromæi eius urbis Archiepiscopi præstiterit Ioannes Petrus Giuffanus: mei instituti solum id est, duos referre nostros, ex ijs, qui se iuuandorum ægrorum muneri cum eodem S. Cardinali mancipârant, viros integerimos, iamque cælo maturos, qui cùm eidem se charitatis officio de Maiorum consensu sponte deuouissent, suas in illo animas tradiderunt. Li fuere

P. Georgius Farina, Italus, Cuniensis in Subalpinis; &

P. Franciscus Centurio, Italus, Genuensis, Patriciorum ex ordine. Mortis eorum & dies, & mensis in obscurò est.

ANNVS M. D. LXXVII.

## ITALIA. CAPVT I.

*Vnus Brixia: alter Compostella in Hispania.*

**I**TALIAM & hoc anno pestilentia perrexit infestare ; quæ cùm immaterialiter Brixiam inuasisset , morbidorum expiandis animis se vltro deuouit , coque in opere consumptus est .

P. Franciscus Stephanus , Hispanus , Valentiae natus , ibique Societatem , Benedicti Pereræ potissimum exemplo , ingressus ; quicum haud multò post in Siciliam missus , Humaniores litteras & Rhetoramicam Messanæ professus fuerat ; iam verò Brixie Quæstiones Conscientiae explicabat , magnò nomine , & publico vsu : nec minore virtutis commendatione : quod acerbior cunctis accidit eius occasus . Vixerat annos oīnninò duos & quadraginta , in Societate verò vicenos quinos .

## H I S P A N I A.

**E**Xtremam quoque carpsit Hispaniam hoc anno , vbi priore cœperat , morbus popularis ; cui dum se Compostellæ fortiter obiicit

P. Petrus Velazquez , æternitatem gloriosâ morte adeptus est .

## SICILIA. CAPVT II.

*Quinque in Sicilia sublati .*

**I**N Sicilia maior hoc anno clades accepta est , & capitum numero , & conditione , triumpho multiplici . Messanæ tres gloriose in obsequio mortem contraxerunt .

P. Gabriel Cocchius , &c .

Iulius Nerius , de quibus nihil habeo præterea compertum .

P. Ludouicus Nuñez , Hispanus . Is cùm pocillator esset Ducis Bibonensis , aleg deditus , & rerum fluxarum studio , sodales per iocum aliquando coepit inuitare , ad Hieronymum Otellum nostrum , quem ludibrio haberet , pro concione audiendum . Is eâ sic ipse capitulatus est , ut nuncio rebus humanis remisso , Societatem inicrit ; in eâ

sui ipsius apprimè despiciens, & salutis hominum appetentissimus euaserit; in qua demum procuratione, postulato pestiferorum obsequio gloriōse immortuus est sub hoc quidem ipsum tempus; sed quo nam certo, in obscuro est.

Polisium Siciliæ oppidum est, expers hodieque domicilij Societatis; sed eius industriam ac diligentiam perspè expertum, charitatem eius vicissim honorauit, duobus hoc anno, dum pestilentibus ibi dant operam, caelo transcriptis. Prior occubuit ad diem 23. Iunij

*Angelus Larosa*, Siculus, è Caltauulturio, homo laboris apprimè patiens, zelo & feroore charitatis insignis. Posterior, & longiore dignus historiâ cui propterea tribuendum censeo

### C A P V T I I I .

*De P. Blasio Sanchez.*

Pro Blasius Sanchez, gente Hispanus; qui cùm è familia Ioannis de Vega Proregis Siciliæ, apud quem erat in primis gratiosus, ad obsequia Ducis Bibonæ, cum filia Ioannis eidem Ducis desponsa, transiisset; inde non multò post annum ad Societatem conuerit; in eamque anno 1555. dato nomine, ab Duce Prioratu S. Margaritæ, in bonum famulatū præmium donatus est. Eum ime subinde firmans Collegij Bibonensis initijs, Duce suffragente, transcriptis: quem paucis post annis, in domestica sua disciplina traductis, ipse iussus est Blasius excolare diligentia suâ. Id ipse tam nauiter, tam fructuosè præstít, vt breui tempore, suæ virtutis, operæquè excellentiâ locum è receptaculo latrociniorum in domicilium probitatis conuerterit. Enimvero tantâ erat apud omnes existimatione sanctimonix, vt à sicarijs, proiectissimisque mortalibus non tantum noxæ nihil acciperet, sed etiam venerationem extorqueret. Non semel illi mortem ex insidijs nefarij homines moliti sunt: quos ille, cùm rescisferet, adeò non reformidauit, vt etiam sponte quæsitos corripuerit, compresserit, reuocarit ad frugem.

Haud longè à Prioratu Polisium oppidum situm est: id ipse annos benè multos consuetis Societatis functionibus ita percoluit, & vicino identidem excurrens, vt nouos illi mores, nouamque faciem induixerit: suamque etiam Societati partem inde, duodenā minimum selecta capita, decerpserit; Monialium cœnobij fluxam, lxxatamque

disciplinam instaurârit. Quia in contentione , dum dies noctesque salutem animarum Sacramentis , atque omni aliâ ope procurat , multa perpessus est aspera ; nonnunquam expertus & verbera . Sed quæ ipsius erat insignis charitas & tolerantia , sicut hæc illi impendio magis acuebant , quâm restinguere nt.

Quâ verò industria pescaretur homines , vno hoc exemplo liquebit . Erat eo in oppido Sacerdos : adeò alienus à P. Blasio , tamquam auerso animo , vt eius ne mentionem quidem , nendum occursum , congressum , consuetudinem sustineret , aut æquo animo ferret ; quamuis ipse moribus alioquin esset neque incompositis , neque improbis . Ad illius sese conuictum prior inuitat Pater , aliquot dierum futurus hospes . Id officij cum honeste defugere nequaquam posset , statuit in eum oculos intendere , atque omnes eius explofare nutus , obseruare gestus , actiones expendere , censoriâ seueritate . Sed tantus virtutum elus fulgor emicuit , vt eo Sacerdos perbreui perstrictus , ex alieno summus euaserit Patris prædicator . Alterum item , à quo designabatur ad necem , cum se illi ad prandium vltra præter expectationem addixisset , hominem à lententiâ non solùm deduxit . sed Deo planè lucratus est .

Porrò prima Patris commendatio ab studio precationis fuit , & assidue cum Deo familiaritatis , cui partem noctis maximam , & multis diei horas tribueret . Altera ab corporis maceratione successit , & in semetipsum inclemens . Neque sibi quietis yllam partem , nisi arundineo in strato perparcè dabat . Ad hæc sui despicientia ; puritatis accurata , sollicitaque custodia , cui vel apud alios tuenda iubebat à famulo per noctem , qui suam sese in domum vesperi recipiebat , accludi suas ædes forinsecus , vt velut in custodiâ teneretur . tanta postremò corporis , & morum compositio , vt alios vel suo solo conspectu componeret ad modestiam : Ad extremum hæc omnia decora coronauit heroica charitas , qua se ciuium pestilentia vexatorum saluti , quamvis obnitente , aduersanteque Magistratu , qui nollet paucorum incolumentem , communis omnium parentis , vt aiebant , periculo redimi , caputque suum deuouit : & suâ toto priùs octiduo designatâ morte , fortissimè , constantissimeque occupubuit ad diem 17. Iulij eodem ipso in oppido Polisio ; cuius decreto funus pompâ præter aliorum morem elatum est , atque intra moenia sepultum , nullo neque contagionis , neque vlliis alterius periculi metu ; hodieque in Ecclesia S. Mariæ de Porta conquiescit .

**H I S P A N I A.**

**C**ompostellam in Hispania vel rursum incessit, vel continuatus ab anno superiore perrexit vexare, morbus popularis; coque sublati sunt, dum animis morbidorum student consulere, prior Octobri, posterior Nouembri mense.

*P. Gonzalus de Fonte, & P. Baltasar de Alburquerque.*

*ANNVS M. D. LXXIX.*

**L V S I T A N I A. CAPVT L.**

*Vlyssipone duo sublati.*

**V**Lyssipone à recenti adhuc Sebastiani Regis in campis Alcoce-rianis Africæ cum nobilitatis flore cæsi interitu lugentem atrox coorta grauiter exceptit, affixitque pestilentia. Patres qui suæ documenta charitatis ab hinc decennio præclara præbuerant, multo iam etiam animosius, tanquam experiundo docti, in aciem descenderunt. Eo in certamint plusculi, sed hoc anno duo, cecidere; prior fuit

*P. Ferdinandus de Brado, Lusitanus, è Diœcesi Bracharenſi, vir salutis animarum cupidissimus, atque ad audiendarum Confessionum munus egregiè impiger. Is cùm se morti obiecisset, ne decesset ægris, in eo certamine vitam honestissimè amisit ad diem 21. Augusti, anno ætatis suæ septimo & quinquagefimo, initæ Societatis altero tricesimo. Alter, qui eum ad parem gloriam securus est, fuit*

*P. Petrus Mascarenia; Lusitanus item ipse, atque è prima Regni nobilitate, Vasco Mascarenia & Mariæ Mendozæ genitus, in oppido Monte maiore nouo. Societatem ingressus est die 6. Septembris anno 1559. suoque exemplo tres Societati fratres suos germanos conciliauit, Franciscum, quem mors immatura iuuensem sustulit, Antonium & Nunnium, utrumque præter alios magistratus, Assistentis Romæ perfundos muneribus. Neque silentio prætereundus est Ferdinandus Martinus Mascarenia, quintus item corum frater, Algarbiorum Episcopus, & supremus Inquisitor, quando Societatem ipse*

ipse nostram & suo semper praesidio fuit, & doctissimo de Diuina-  
gratia Commentario texit. Petrus porrò cum esset apprimè tempe-  
ratis moderatisque moribus, ingenio facili ac blando, mirabili co-  
mitate, misericordie amores omnium sibi coniunxit. Materiam in Insu-  
lam missus, & promptè obtemperatione expeditionem suscepit, &  
egregio virtutis documento, Societatis ibi officia consueta peregit.  
Reuersus inde in Lusitaniam, ut erat flagrantissimè charitate, Afri-  
canam missionem quampiam, vbi Mauros pareret Ecclesia, magnâ  
contentione flagitauit. Iamque illi Algerum decretum erat, neque  
mora soluendi alia, quam dum ad eam prouinciam necessaria com-  
pararet, cum Vlyssiponem acerba pestis incessit. Tum ipse, ut erat  
in omnem præclarè agendi occasionem intentus, non censuit in-  
Africâ sibi, quod domi haberet in manibus, esse querendum. Ita-  
que primus Sociorum sese Moderatoribus exhibuit, qui lue tacto-  
rum obsequio, ab aliorum consuetudine segregaretur. Ibi quam-  
multa præstiterit digna suo animo, digna eo spiritu, quo agebatur,  
dictu incredibile est. Bimensem integrum eo in opere versatus est:  
*Domum salutis* (sic limodochium vocabant) obuolitare dies noctes-  
que; concitare arbores per oliueta quarum aduoluta stipitibus  
ægra passim corpora, opis egena, iacebant; quòque fœdior illuuię,  
quisque, aut aspectu tertiior erat, eò familiarius ipse, amicusque  
assidere, blandiri, solari. Admirationi fuit, non multitudini solum,  
sed ipsi Regi Cardinali Henrico eius animi firmitudo in eâ adeundâ  
procuratione, constantia, diligentiaque in persequenda; ut cum illum  
oneri laborique fractum succubuisse intellexit, eo ipso die Vlyssipo-  
nem diceret suum amisisse praesidium. Ad extreum, quando iam  
lue concepta, propè nouissimas animæ quodammodo reciprocabat  
reliquias, rogatus ab adolescenti nobili Mauro, Lerisij Marocensis  
agnato, ut sese, quem antea iam cathecismo rei Christianæ imbuisset,  
priùs vndâ salutari ablueret, quam de vitâ decederet, incredibili  
delibutus gaudio, semiannimis, ut erat, sui negligens, totas  
illas, quæ reliquæ adhuc erant, connisus in vires,  
iuuenem hospitalibus aquis aspergit, & cælo conse-  
stim præ se transcriptis, suamque ipse prædam  
haud longo secutus interuallo, ad  
diem vigesimum Septembris  
de vita statione de-  
cessit..

*Genua tres Patres extinti.*

**I**N Italia Genuense Collegium inter pestilentiam & famem , que  
 vtrq[ue] Ciuitatem vniuersam miserrimis modis exercuere ,  
 conflectatum est . Eâ in calamitate socij & consilio & operâ præstò  
 fuere . Vnus ad morbidorum nosocomium , Magistratu postulante ,  
 missus est

*P. Ioannes Augustinus Andora* , ortu Genuensis , qui tanto illuc  
 ardore , gaudiq[ue] perrexit , vt summam omnibus admirationem  
 adèd in usitato spectaculo commouerit : tantâ verò nauitate , tamque  
 effusè in miserorum se impendit obsequia , vt tertio die haustrâ ex  
 contactu morte , grauissimo sui reliquo desiderio , ad diem octauum  
 Octobris extinctus sit , annos non amplius quatuor & triginta natus ,  
 actis in Societate septenis .

Porro inualescente malo , certæ p[er] urbem destinatae sunt ædes ,  
 in quibus ij , qui ad excipendas pestilentium Confessiones expositi  
 forent , seiunctique ab ceterorum promiscuo congressu Religiosi , di-  
 uersari possent . Tum verò Patres , vt alijs suo exemplo facerent ani-  
 mum , carum vnam sibi delegere , in ea urbis regione , vbi grauissima  
 procuratio esset . Duo Patres vt ibi collocarentur p[er] alijs summâ  
 contentione , summis precibus impetravere : ij fuere ,

*P. Julius Palmerius* , Senensis , vndetricenos natus annos , in So-  
 cietate duodenos : &

*P. Ioannes de Martinis* , oriundus ex Villa faletta Subalpinæ  
 Italiz , qui Societatem ab hinc anno tertiodecimo iam tum Sacerdos  
 fuerat ingressus : ij dum præstrenuè rem gerunt , in aliorum salutem  
 sui profusi , mense citius ambo perculsi cecidere .

*A N N V S      M. D. L X X X.*

**L V S I T A N I A.    C A P V T I.**

*Septa P. Alexander Vallaregius mortuus .*

**S**eptam Mauritanie Tingitanie oppidum freto Gaditano imposi-  
 tum eâ re Lusitanie ad numero , quia è Lusitanâ profectus , ad  
 Lusitanie causam fuerat

*P. Ale-*

P. Alexander Valla, qui patriæ suæ vocabulo nomini suo addito dictus est vulgo, Vallegerius. Erat is Italus è Rhegio Lepidi, vir ad maxima omnino gerenda idoneus, & dignus à Deo existimatus, qui in Europâ, Asiâ, Africâ, ob Diuinæ gloriæ laudem multa patet, & faceret. In Societatem anno 1558. iam tum Sacerdos, & duodetriginta natus annos, nomen professus est suum; & in Iaponiam à Præposito Generali Iacobo Lainio anno 1564. destinatus, prius quam illud concenderet, insus est Garziam Toletum in Africam ad Binioli arcis expugnationem sequi, vt eā in expeditione saluti militum opitularetur; idque tam egregiè præstitit, vt eius similes Garzias ex illo suis in expeditionibus semper expeteret. Anno sequente concendit in Indianam, eoque in cursu, cum difficultate nauigationis permulti grauibus morbis languerent, Alexander, vt erat in omni semper officio charitatis ardentior, dum supra vires alij opitulari nititur, ipsius quoque pergrauiiter valetudo tentata est. Verum vbi sacrâ Vnctione ad emigrationem deliburus est, eius efficientia Sacramenti, neque sine opinione miraculi, redintegrata momento sanitati conualuit. In India tres circiter annos consuetis officijs Societatis cum laude perfunctus, in suam Iaponiam anno 1568. proeëctus, Facundam Omuranæ dioecesis portum, die 26. Iunij obtinuit. Fuit eius aduentus P. Cosmo de Torres, qui socijs præerat in Iaponiâ, & commilitonibus omnibus longè acceptissimus, quorum cum ipse tanquam Apostolicis sese pedibus venerabundus aduoluit, magnâ vtrimeque, pulcherrimâque submissionis contentionem certatum est. Prima dein hospitalis coena lasso, fatigatoque homini proposita, atra oriza, falso pîciculo, calido iure vniuersa confecta est, sed pijs inter se vlerò citròque condita sermonibus. Ea nimur erat Patrum illorum simul rerum humanarum penuria ac despiciencia, simul diuinæ abundantia iucunditatis. Mox illi campus exercenda, exercendaque virtutis attributus est Insula Gotô, non animarum feracior, quam laborum, atque ærumnatum. Ibi quamplurimos Christianæ legis elementa, vel ipse primus edocuit, vel iam aliorum infectos disciplinâ profundiùs erudiuit. Alicubi præcessas cruces defixit; templa construxit; frequentes, solemnesque Baptismos celebravit; extremâ Quadragesimâ supplicantium, seque verberantium longum agmen plusquam millenûm capitum uno nonnunquam in loco produxit. Quibus, alijsque rei Christianæ successibus irritati Bonzijs Sacerdotes Idolorum, Regem in Christianos, & Regium ipsum Principem, eorum caput ac ducem, autore germano Regis

fratre, acriter incitauere. Verum Alexander vbi grauem cieri tempestatem vidit, eamque suo silentio, ac patientia magis magisque conualescere, Christianos primum conuocatos commonefecit officij; tum ad Regem ipsum minus compellandum accessit, et animorum spe, ut vel delinito Regis animo tranquillitatem reduceret, vel suo capite, si res ferret, ipseque vehementer optabat, Christianæ sanctaret fidei sanctitatem. Res enimuerò è sententiâ cecidit; probata Regi sunt eius instituta: iussi conquiescere Bonzij; denique eius consilio atque animi firmitate, ex turbulentâ, formidolosâque procellâ perbreui conserenauit.

Porro quanto valentior erat opibus animi, & latis processibus eius acuebatur industria ad molienda indies noua suscepta; tanto vires corporis, quæ iam usque ab India tenuari coeperant, magis ac magis languescebant. Iam stomachus cibi impatiens fieri; iam sœpe nunc sanguinem, nunc atrum humorem vomere; bis etiam prædulum lapidem, Iaspidis specie, mole iuglandis eiecit. Certior infirmitatis eius, ut solet, effetus Præpositus Generalis B. Franciscus Borgia, quæ charitas eius, & laborantium Sociorum, quanuiss extrema terrarum in ora, miseratio erat, confestim datis exquisitè litteris iubet eum valetudini seruandæ redditum in Europam moliri. Eas vbi litteras Alexander accepit, dubijs primùm agitari motibus coepitus est, illicione pareret, & ingentem, quæ iam in manibus erat, frugem omitteret, an spatium conueniendi per litteras Præpositi sumeret, remissaque ipsius indulgentiâ stavescenti iam messu salutem postputaret suam. Sed iuit obtemperare doctus, cuique prima semper obedientia fuit, quantos animi sensus quam facile composuerit, quam promptè quot pericula, quantos labores repetierit, dum gereret mortem Deo, ex eiusdem ipsius epistolâ, cuius hic partem describere consilium est, haud ægrè liquet.

Dum in summo versarer, inquit, harum consolationum mearum (de catechesibus, baptismisque intellige) deliberata excursione ad Castellum Regij Principis Ludonici quadringentorum capitum, ut illos ad fidem converterem, complacuit Deo mercificationem mihi eam, quæ nulla potuisse esse maior, submittere; redditis scilicet P. N. Generalis litteris, quibus certior factus grauium infirmitatum mearum, inbebat me quam-primum in Europam reuerti. Assenero R. V. tam ingentem animi mei sensum extitisse, ut lacrymas cohibere non possem: non ea re quidem, quod ad obedientia vocem promptus non essem; sed quia recentem hanc Christianitatem medius inter Ethnios defitui ceterorum, nullà Patriis, aut fratribus alicuius

alitius à Societate copia, qui eam informaret, & in aduersis erigeret. Sed abrumpendus hic tamen cursus fuit, & obedientie obsequendum. Eā animi iudicione anno 1571. reuertit in Indiam; & anno volente pér tot ambages Occani rursus in Europam, primus omnium retrò mortaliū, quem ex Europā constet in Iaponiam, atque inde in Europam remeasse. Romam ut venit, quo flagrabat Iaponiæ suæ desiderio, ut eodem remitteretur, vehementer etiā atque etiam institit. Sed cùm ratio vñletiūdinis eius habenda Moderatoribus videretur, cum in lui partem aliquam desiderij admissum, Vlyssipone voluerunt res Indiæ, Brăsilique Societatis procurare. Aliquot eo in munere versatus annos, in Africam cum Sebastiano Rege, anno 1578: ad funestam illam Lusitanicæ expeditionem transmisit, vbi ceteros interfici Soeos eius indefessa, atque periculis, laboribusque maiori charitas egregiè luxit. Nam quatuor vehementissimis, ut erat regionis, temporisque conditio, torreretur ardoribus, militibus vñque tamē præstō esse; cùmque non solum languore diffuerent, sed morbis etiam graibus steruerentur, ipse ad nosocomium eos deducere, fulcire gradientes, qui ne requirent ingredi, tollere in humeros, & deferre, ibi allocutione, operā, alacritate recreare. Vbi verò pugnæ conserenda signum datum est, ipse primā in acie, Christi Domini Crucifixi simulacrum manu præferens, obuolitare, hortari milites ad agendum fortiter: demum cùm non destitisset vñquam intrepidi Christi militis animum ostentare, fusō, cæloque exercitu, in manus hostium cum ceteris, qui excenderant, socijs venit. Annum ibi totum in potestate barbarorum inter ærumnas seruitutis, & inopie agitauit; donec representato precio, ipse, socijque in Lusitaniam regressi sunt. Verū Henricus Cardinalis, & Rex, qui Sebastiano patruus successit, corrogato quām potuit maximo pecuniae numero, Alexandrum remisit in Africam, ut reliquias exercitus, quæ adhuc erant sub hostili iugo, exueret seruitute, domumque reduceret. Id ipse cùm fideliter, diligenterque præstitisset, & opportunitatem transmittendi Seper opperiretur, coorta sieua, pestilentia miseros m̄bratales invasit. Ipse calamitosis nusquam deesse solitus, inque omnem veræ laudis ambitionem semper intentus, astatis lue mortalibus nauare omni ope contendit, donec ipsum, etiam vis mali contagione corripuit, & de vita statione ad magna transtulit præmia meritorum, ad diem vñdecimum Ianuarij, actis in Societate de quinquaginta vitæ annis vicenis. Magna eius demortui apud omnes desideratio fuit; eos in primis, qui & in pugna

viderant eum inter volitantes densè plumbcas pilas medium se  
inferre, sui periculi securum, vt ipsis adesset ancipiti in fortunâ,  
memorabantque non semel ijs glandibus ictum impune fuisse,  
seruatum nempe diuinitus ad suum in captiuitate solatium atque  
præsidium; & nunc eiusdem præclara in se merita temporibus adeò  
luctuosis sunt experti.

## C A P V T I I.

*Nouem Vlyssipone sublati.*

**V** Lyssipone dum cœpti superiore anno labores continuantur,  
aliquot præterea Sociorum capita gloriósâ morte decerpta  
funt. Primus, qui hunc annum suo vel funere imbuīt, vel triumpho  
cohonestauit, fuit

*Antonius de Abres, Temporalis Adiutor, ad diem 16. Ianua-*  
*tij; alter*

*Alexander Cælus, Lusitanus, ex oppido Arragolio, Coadiu-*  
*tor Temporalis, commendatæ humilitatis, patientiæ, charitatis,*  
*atque obedientiæ vir, quem sibi Deus à primâ infantiâ mirabilibus*  
*interdum modis ad hanc seruasse gloriam visus est. Nimirum pa-*  
*trio in vico honesta mulier canem conspicata in compito inuolucrum*  
*ore gestantem abegit, criput, infantem ægrè ducentem animam*  
*comperit; baptizatum illicò educavit pro suo. Ali quanto post*  
*aheno aquæ feruentis tantum non perustus est. Adolescens sti-*  
*pendia fecit militiae per Europam, & in classe ad Echinadas in Tur-*  
*cam pugnauit. Ibi puellæ pudicitiam à commilitonum vitio, datis*  
*suis armis, redemit: cùmque eum deficeret mercandis alijs pretium,*  
*adeoque merere non posset, in Lusitaniam reuersus, in Societatis*  
*militiam nomen dedit; in eâque probatissimis moribus in hunc usque*  
*annum peruixit, quo ad diem 27. Februarij sancto in opere consecutus*  
*occubuit. Illum secutus est*

*P. Petrus Correa, ad 30. Martij: cui successit*

*Andreas Annes, Temporalis Adiutor ad diem 3. Aprilis, cuius*  
*ægredia virtus, quanto fuerit humanæ gentis hostibus odio, inde*  
*constitit, quod eum multis diu dirisque vexauere modis, vellicando,*  
*feriendo, tundendo; sæpe sublimem in aëra iactauere, quanquam*  
*viribus, & vastâ corporis mole valentem, vt prono lapsu affligeretur*  
*ad solum. Ipse principio hisce turbati intemperijs, & velut alienatâ*  
*men-*

mente incedere. Sed à Leone Henrico Rectore confirmatus , & hostem edictus imbellem contemnere , atque ab se precando profligatum procul habere , vti antea semper in lucta & lapsu citra normam euaserat ; ita deinceps omni fuit molestia pessimi veteratoris orando liberatus . Aliunt hoc illi vsu aliquando venisse , vt vinum in cellâ promentem impacto colapho Diabolus strauerit ; & socij moram ipsius mirantes , cùm descendissent , stetisse vinum , quamuis inuerso epistomio deprehenderint , simulatque vas , quod ille cado supposuerat , impletum fuisset . Eodem Aprili mense , incomperito die , obiit .

P. Ludonicus Henricius , ortu Hispanus , è Salmantina Dioecesi , qui ob indolem virtutis præstantem , miramque suavitatem acceptus omnibus ; nec modò bonarum artium , sed etiam natalium splendore illustris , laudatissimè annis ferè viginti in perfectionis studio decurrerat . Agebat annum iam ætatis quadragesimum , & tria in Societate vota solemnis professionis ediderat . In morbidorum animis , corporibusque curandis semestrem intactus nauârat operam , haud alio vsus antidoto , quam aqua lustralis aspersu , quam secum , quod pergeret , in ampulla gestabat . Tandem autem contagione ipse quoque infectus est ; cùmque vesperi , quod nullum in proximo videatur instare periculum , sine custode reliktus esset , manè postridie mortuus inuentus est , Crucifixum , quem è vicino acceperat , tenens complexu . Post hunc mense Maio , sed etiam incertis diebus , tres Patres consecuti sunt .

P. Michael Vaz , Lusitanus , è Comimbricensi Dioecesi , annos natus sex & triginta , cuius dimidium ætatis in Societate confecerat , obedientiæ , contemptusque sui laude spectandus . Deinde hi :

P. Laurentius Fonseca , P. Bahasur Esteves .

Ruizius Gomez , Coadiutor Temporalis , agmen clausit , ad diem undecimum Iunij è medio sublatu .

### C A P V T   I I I .

*Eboræ consumpti quatuor : unus Conimbrice .*

**E** Boræ quoque , Conimbricæque pestilens hoc anno defunxit , & nostro è numero charitati aliquot dedicauit . Et Eboræ quidem primus Junio mense suæ charitatis adeptus est præmium

Martinus Alvarez , magnæ expectationis , magnique in virtute

tute profectus , adolescentis , septimo religiosi famulatus sui anno .  
Secundum hunc

P. Franciscus Rodriguez , è Dioecesi Vlyssiponensi , annorum quidem ille duntaxat trium & tringinta , & in Societate octodecim : sed Theologiae scientia egregie prestans ; qui ad diem 7. Junij extinctus est ; quem interuallo non longo , ad diem 26. eiusdem Junij securus est

P. Gaspar Rodriguez ; è Dioecesi Eborense , annorum 35. in Societate vnde viginti ; qui suâ curâ supra millenos ægros in suburbano nosocomio complexi , præclara contra pestilentiam edidere facinora , donec triumphabundi ceciderunt . At è selectis ad urbanae supprias , unus desideratus est Augusto mente

P. Laurentius Freitas , oriundus è Dioecesi Vlyssiponensi , qui cum egregijs ingenij dôtibus , multarumque rerum scientia clatus , virtute verò planè absolutâ , annorum trium & viginti , quos Christi Domini in Societate militauerat , annos septem Latinas litteras , octo Philosophiam docuisse ; iamque Ecclesiastæ munere , simul & Conscientiae questionum interpretis , magnâ cum laude , fructuque fungeretur , salute suâ pro communi neglectâ , omnes ferè rei publicæ partes , à suis desertas moderatoribus , unus obibat : idem corrugare distribuenda in pauperes ; idem diuidere ; idem infantibus , puerisque orbis sedulò prospicere ; idem operâ , alloquio , omnibus præstò esse . Vnde factum est , vt funus eius luctu propè publico Ciuias decoraret .

Conimbricæ pestilente quoque flammâ coortâ , continuò duo Sacerdotes in excitatam ad id extra moenia domum , volentes , rogantes que missi sunt , ut ægris opitularentur , quorum alter

P. Antonius Mendez , Lusitanus è Dioecesi Eborense , annos natus 34. iam calo maturus , post vnde viginti annos in Societate traductos , die alterâ Augusti consumptus est .

## GALLIA. CAPVT IV.

Tres Parisij emortui .

**I**N Galliâ quoque annus hic infamis pestilentia fuit , quæ , vt pri-  
mum Parisijs cœpit ingrauescere , nec solum corripere , sed etiam exhaucire domos , Rector Collegij Societatis opem viris ciuitati pre-  
positis ad tantæ calamitatis detulit leuationem . Illi verò inusitatî  
hoc

hoc genus officij demirati, cum laude, suoque viciissim delato patrocinio suscepereunt. Tum in Collegium Rector reuersus, si quem Divinus Spiritus ad sanctum hoc opus impulsu præcipuo impellat, nomen iubet profiteri suum. Sed ecce quam honesta, quam plena laude contentio: nullus omnium omnino fuit, è quinquaginta & amplius, qui tum ibi versabantur, ac ne claudus quidem unus, oppressus ischiade, qui membra vix agrè trahebat, qui pestilentem illam. prouinciam, & omnibus obnoxiam malis, non audiùs, quam plerique mortales quæstuosas & inuidendas, ambiret. Ex omni eo numero Rector delectis duodecim, sex iussis in Collegio subsistere, qui succubituris in certamen succedant, sex reliquos ipse primus in aciem duxit. Sed prius coram Senatu Regio beneficijs omnino omnibus, eleemosynis, legatis, quæ forte per id tempus tributa Societati fovent, vltro cessit, professus se nihil quidquam, ne si cogeretur quidem, admissurum.

Iam furere, debaccharique mortis impotentia; sterni totas familias; deesse solandis, expiandisque miseris adiutores; inhumata, iacere cadauera extra urbem, quæ & canes lacerarent; vbiique tetrafunera, & mortis funestissima imago. Igitur sex socij, vbi se Confessione generali, votorum instauratione, fusis precibus, susceptis que Sacramento obarmarunt, accenderuntque, vt erat maior numero contra nitentium mali vis, ita ipsi supra vires conari. His allocutione solandis, illorum audiendis Confessionibus, curandâ alijs sepulturâ, visfendis qui passim lethiferis fauicij viceribus iacebant, insistere; sibi neque diem, neque noctem parcere, tantâ populi gratulatione ac plausu, vt vbi quisque eorum appareret in publico, vna cum eo salus cooriri videretur: illis certatim benedicere; illis ad reficiendas vires, domos, cibum, omnia libentissimis animis offerre; ijs liberos suos, quibus bene preparentur, parentes mittere; alij eorum uestes ex pietate contingere; omnes diuturnam illis vitam, viresque ad labores continuandos à Deo exposcere. Nunc denum Parisijs esse perspectum, aiebant prudentes, quid Societas foret; fortique istâ charitate, cum aduetarijs omnibus, qui eam vexarent, esse debellatum. Ex horum autem numero tres Sacerdotes, hostijs Deo deuotæ pro charitate cecidere. Primus ineunte Augusto

P. Anatolius Reginaldus, vir, vt Claudio Mathæus Provincialis appellat, sanctissimus; qui annos in Societate tredecim ita vixit, vt domi forisque eximiuarum haberetur virtutum exemplum insigne; modestia, lenitatis, obedientie singularis. Tres annos eo in Collegio

gio munere. Ministri perfunctus, nunquam neque commotiore perspectus est animo, neque cuiquam molestiam alpersisse. Videri plenè ad sanctitatem eximiam à Deo, atque ab naturâ factus, corde molli, ac tenero, tanquam suopte nutu ad Diuina prono; vt inter precan-dum, ardore amoris Dei facillimè totus ignesceret. Voluit autem insignis famuli sui Deus virtutem extraordinarijs quoque argumentis ostendi. Nam è demortui corpore, nullâ hominum curâ, tam sua-vis afflatus est odor, vt planè cognosceres vitam eius omnem, obitamque tam sancto in obsequio mortem, accepta fuisse in odorem suavitatis. Porrò suavis afflatus ille ed mirationem maiorem fecit, quod celerius, fœdiusque pestilentium corpora computrescunt. Successit huic eodem Augusto mense

P. Emondus Morangius, vir fortis, & industriosus, atque ad cuncta Societatis munia peridoneus. Tertius occidit 11. Septembris

P. Franciscus Bilques, ed gravior Cælo, quod generosæ charitatis impetu, dum Parisijs alij diffugiunt, summis ille precibus imperauit, vt eodem sibi liceret ad iuuandos morientes, vel cum sui periculo capit, occurrere, sed quæstu immortalitatis.

A N N V S                    M. D. L X X X I.

### LVSITANIA: CAPVT I.

*Porti duo Patres absumpsi.*

**V**RBS etiam Portuensis in Lusitania communis pestilentie malo valdè afflicta est. Septem hominum millia octo mensium spa-tio iues absumpsit. In his duos Sacerdotes è Nostris, qui suum studium affectorum animis, corporibusque iuuandis dicauerant: nam à ceteris, qua Dei benignitas est, morbus absuit. Hoc tempore duo è Nostris arâ plicatili extructâ sacra facere, Christi corpus admini-strare, infantes baptizare, discordias sedare, pharmaca, & alia me-dicamenta diuidere, omnibus fieri omnia, quod Christo lucris-serent omnes. Eos aliquando cùm inter languentium turbas discur-rentes Tribunus vidisset, cùm reliquos ferè Sacerdotes expulisset ex vrbe metus, ad ciues conuerlus: *En, inquit, y, quibus in recipiendis tam difficiles sece maiores vestri præbuerunt; esquod aliud habetis nunc in extrema miseria per fugium?* Porrò duos illos, quos pestis ex Nostris absumpsit, oportet fuisse quos in Necrologio nostro so-los

Ios hoc anno Porti obijisse compertio, quorum prior occubuit die  
15. Aprilis.

P. Ioannes da Costa, Lusitanus ex Algarbijs, annos septem &  
triginta natus, actis vnde viginti in Societate; Alter vero diem  
extremum confecit vnde tricelimum Maij

P. Ioannes Perez.

## H S P A N I A. C A P V T I I.

*Hispali desideratus unus.*

**F**oediissima hoc anno Hispali pestilentia incidit; sic ut septem  
mensium spatio, quindecim hominum millia, quorum quidem  
ratio publicè habita sit, desiderata esse dicantur. Eo tempore No-  
stri sua studia Ciuium saluti dicarunt. Designati aliquot, qui vr-  
bis inter se regionibus distributis, ægrorum animis, corporibus-  
que consulerent. In Parochi præterea vnius demortui locum alias  
e Nostris sufficiens est, qui tantisper dum pestilentia abiret, asse-  
ctos ijs omnibus rebus iuuaret, quæ ad animum ritè expiandum  
pertinent. Eo charitatis in officio, cum suimet oblitus, magno ani-  
mi ardore versatur

P. Petrus Vazquez, communi malo oppressus, magnum suæ  
charitatis, patientiæque desiderium omnibus moriens reliquit. Tem-  
pus obitus ejus non comperti.

A N N V S M. D. L X X X I I.

## H I S P A N I A. C A P V T I.

*Corduba unus extinctus.*

**C**oortum anno superiore in Boeticâ commune malum, hoc etiam  
anno penè vniuersam vexare perrexit, & fœdam vbiique stragem  
edidit. Nostrri per omnes ciuitates tum domi Confessiones audiendo,  
tum foris singulorum domos obscundo, operam hominibus fructuosè  
nauarunt. In eo officio Cordubæ, maximè necessario tempore, vitam  
pro ciuium salute profudit, mense, vt coniecto, Maio

P. Ludonicus Escalante, oriundus ex Insula Materia, tria in So-  
cietate vota solemniter professus.

*Biturigibus septem desiderati.*

**B**iturigibus foeda incidit hoc anno pestilentia; quo tempore omnibus, qui Confessionis, Communionis gratia accedebant, semper aditus in nostrum Collegium patuit. Quinque autem omnino ex Collegio desiderati sunt, dum tali se charitatis impendunt officio: quorum morte commoti urbis Praefecti negarunt amplius se nostrâ uleros operâ, quippe quam ad maiora tempora reseruarent. Quam eandem charitatem cum in Religiosorum domum Nostrî exhibuissent, inductus est unus ex ijs Sacerdos, ut suam etiam ipse operam, nostro exemplo, affectis iuuandis consecraret. Missus autem præterea Sacerdos unus est foras, cum fratre quodam, qui ciuium, affectionum animis, corporibusque, quantum in ipsis esset, ad eam rem propriè segregati, succurrerent: quo in officio ita se veterque tractauit; ita singulari charitate, animique volupte versati sunt, ut communi morbo oppressi, vitam naturæ debitam pro ciuium salute profuderent. Itaque septem omnino viatores hoc è prælio extiterunt; sed huius duntaxat unus Patris, qui seiunctus à reliquis fuit, nomen proditum est. Ceteros è Necrologio nostro Romano mutuatus sum, ubi septeni omnino, nec plures, hoc anno Biturigibus extinti recessentur, quos oportet hos ipsos charitatis athletas esse. Igitur cuius certum nomen est.

P. Franciscus Folineus, obiit ignoto die; vt &

P. Claudio Vialon, & Desiderius Ricardus, &c.

Iсаac Torquoy: at verò Mauritius Cincus, ad diem 23. Augusti; Cosmas Andromantius, ad 6. Septembbris;

P. Ioannes Arnoldus, ad 8. Septembbris obiisse signati sunt, neque de ijs mihi quicquam præterea exploratum est..

*ANNVS M. D. LXXXIII.*

*G A L L I A -*

*Vnus sublatus Parisijs.*

**P**arisij hoc anno tertio post millesimum quingentesimum octogesimum dissipato propter pestilenciam gymnaſio, dum ibi nihilominus

minus aliqui ad ægrorum subsistunt auxilium , vnuſ quispiam è Patribus Oliverius du Huel imprudens ab vno , cui dederat operam , luem contraxit . Huic infecto suam promptè condixit operam atque diligentiam

*Ioannes Lux*, Scholasticus , & glorioſam eo in opere sortitus est mortem , die vndeūicelimo Augusti .

A N N V S M. D. L X X X I V.

GALLIA. CAPVT I.

*Vnus turbsum Parisij crepus.*

**S**Aciente Parisij hoc etiam anno octogesimo quarto supra sesquimillesimum pestilentia , Noſtri vim morbi prorsus effugere non potuēre . Abſumpti ſunt tres , in ijsque Sacerdos vnuſ P. Jacobus de Loſi , ad diem septimum decimum Septembris , qui venientem ad fe Confessionis gratiā Sacerdotem , ne lues illa permanaret ad plures , cum bonā veniā dimiſit ; quōd diceret nullā ſe grauioris conſcientiā culpæ teneri : leuiores autem noxas faciliè ſuorum fratrum precibus deleatum iri . Egregia profecto viri charitas , qui Sacerdotis extremo ſolatio carere maluit , quām cum eius detrimento oblatum munus accipere . Ceterū ut frattrum quempiam afflaſſet lues , ſuam illi ope ram Moderatorum permifſu präſtit , in eaque ad diem septimum Octobris animam glorioſe edidit

*Claudius Coiffat* , Coadiutor Temporalis .

GERMANIA. CAPVT II.

*Brunne extinti.*

**P**Estis contagionem , quæ Brunæ Morauæ vrbe insigni extremo anno proximo ſerpere leniter , ac remiſſe cœperat , & ſtate ineunte inuilitatæ consecutæ ſunt febres . Has viciflī excepit noua contagio . Ægrorum plena erant omnia . Et primò quidem abſumpti morbo de Noſtris ſunt tres : ſed ut fedioris ſtragiſ cauſe remouerentur , alijs aliò ad ſalubriora loca dimiſiſ , per pauci duntaxat , iisque neceſſarij , relicti ſunt domi . Octobri ineunte ex hoc paucō numero , Collegij Minister ; dum animarum vindemias colligit , quæ quidem id

K 2 tempo-

temporis erant vberiores, eadem contagione morbi consumitur.  
Is fuit

P. *Leonardus Corcelius*, gente Belga, vir insigni modestiâ, & opinione sanctitatis: Deo valde coniunctus; miro in superiorites obsequio, mirâ legum custodiâ; flagrante tum in Deum, tum in proximos charitate: ut iam omnia tempestiu illi essent ad mortem. Ipse triduo antè de obitu suo Rectorem admonuit; quem leni risu cum Rector exciperet, confirmauit ille, duobus ante mensibus sibi significatum esse de morte. Itaque noxis animi ritè deletis, primo & altero die religiosè sacrificauit; biduoque post intentis in cælum oculis, dum oraret, extremum spiritum Deo reddidit. Hunc biduo, triduoque consecuti sunt alij duo. Nec ita multò post, ipse quoque Bohemicæ & Germanicæ linguae concionator

P. *Amvrosius N.* patriâ Bohemus, singulari modestiâ vir. ita ut in unum Rectorem totum rerum gerendarum pondus incumberet. Interim vis morbi alios atque alios deinceps grauiter vulnerabat; omninoque undecim interemit. In ijs fuit

*Ernestus Precknitz*, patriâ Silesius, Scholasticus, cum spe optimâ adolescens, qui nuper ex honorario Rudolphi Cæsaris puerò, & sui apud eum parentis gratiâ fulto, qui scilicet eius legationem apud Turcarum Imperatorem obiijset, appulerat ad Societatem animum; & quanquam adhuc nouitus, neque dum politiore litteraturâ, quò minus grauiore, percultus, adhiberi tamen ad conciones interdum publicas iam tum coepérat, demirantibus eius feruorem spiritus, atque additam à naturâ facundiam, quotquot cum differentem audirent.

A N N V S M. D. L X X X V.

## GALLIA. CAPVT L

*Burdegala quatuor extincti.*

**G**raffata est hoc anno millesimo quingentesimo octogesimo quinto Burdegala non sine acerbis funeribus pestilentia. Octo de Nostris absulpsit; sed de reliquis viginti millia. Fuit eâ contagio tum Nostris charitatis occasio; tum Ciubus Societatis studia perspicisci: qui quidem suis ipsi Pastoribus derelicti, nunquam tamen à Societate deserti sunt. Testata est ipsa Burdegala, se tam opportum in tanto animorum discriminé auxilium nunquam expertam esse.

esse. Arque ut amantissimas populi salutationes in publicis vijs, mœ-  
remque, qui Nostrorum consecutus est obitum, prætermittam;  
incredibilem non ijs modò, qui in nos optimè animati erant, sed ini-  
micis etiam, admirationem, Nostrorum studia, obsequiaque pepe-  
rerunt. Quin Hæretici ipsi, qui omni propè in sermone nobis oblo-  
qui confueuerant, Nostrorum postea in ægrotos charitatem admirati,  
commendare, ac vereri, quos oderant, inceperunt; traductique  
sunt per eam occasionem ad veritatem nonnulli. Tanti est apud ip-  
pos quoque hostes vis charitatis. Prodigij simile existimatum est, è  
Nostris quenquam pestilentiaz vim effugere potuisse: inuaserat enim,  
vt dixi, nostrum numerum, deleratque nonnullos; & qui extra Col-  
legium suam ægris operam impendebant, ijs ex esculentis poculen-  
tilque ministrabatur non semel in die: vt nisi Nostrorum vitas pro-  
tegeret Deus, congressus ipse creare periculum posset, & acceptam  
in alios transferre perniciem. Quatuor ex ijs octo, quos lues absum-  
psit, ægrotum addicti seruitio, charitatis gloriâ decorati sunt; reli-  
qui vero quamuis in morbosorum etiam obsequio luem, mortemque  
conscitant executi sint: quia se nondum ille tamen morbus pa-  
lam prodiderat, imprudentibus oblata videri potest moriendi necef-  
itas, exfors eius gloria, quam hic persequimur. Quatuor nostri  
victores Augusto mense, & Septembri, sed ignotis diebus è vita cessè-  
re: nimirum

P. Oliuerius Honorè, quem Xantonum vocare consuerant Apo-  
stolum:

Honoratus Oliuerius, Scholasticus, Philosophiae auditor:

Stephanus Basè, Coadiutor Temporalis:

P. Stephanus Lamardai.

## C A P V T      I L

*Mussiponti siblati undecim.*

**M**Vssipontani Collegij res in magnâ varietate hoc anno versatæ  
sunt: nam & florentissimam auditoribus Academiam pestilen-  
tiaz vis medijs exorta caloribus dissipauit; & Nostros omnes, dome-  
sticos præter custodes, in alia loca migrare compulit. Sed ijs porrò,  
qui domi manserunt, magna virtutis facultas, ac materia fuit. Cum  
enim pestilentiaz suspicione, vel etiam contagione, tantâ victus inopiâ  
plebs infima laboraret, vt ei non minus à fame, quam à pestilentia  
timen-

timendum esset, Nostri tenuissimi cuiusque casas obcundo, pane & vino, quantum sat esset, omnibus subuenerunt. Quæ res, mirum dictu, quantum Societati nostræ, & amoris, & existimationis, tum apud eos, in quos collata benignitas est, tum apud eos, ad quos ipsius beneficentia fama peruenit, conciliariet. Sustulit huc illa de Nostris, dum magis proximorum animis, quam suis ipsi corporibus cauerit, omnino decem. Sed quod maximè solatur in tantâ fratum iacturâ (si tamen eorum est dicenda iactura, quos in celum, ut spes est maxima, sua merita vocauerunt) suum quisque diem pè religiosèque obiit. In his Sacerdos quidam statas ab Ecclesia precationes ad extremum usque spiritum recitauit. Alius rei domesticæ cùm patefieri iussisse set fenestram, & suspexisset in celum, suam ipse animam Creatori commendans, placidissimo iustorum somno consopitus est. Eorum nomina, quæ scriptor Annuarum, vnde ista deprompsi, subiicit, diligenter conquisita, suo in Menologio M.S. ad diem quintumdecimum Iulij, quo is obiit quem primum recensebo, signauit Stratius; reliquorum obitus diem, neque præterea de ijs quidquam, aut idem ille, aut aliis, quem inuenierim, expressit. Et ipse quoque etiam vndeclim enumerat, quot ait obiisse id temporis Mussiponti, censemque facile tot ab Annuarum Scriptore comprehendendi è loquendi formulâ, omnino decem. Ego penes alios eius rei iudicium relinquo. Nomina igitur eorum sic refert.

- *Ioannes Bernardus. Guilielmus Pastor. P. Ioannes Roulet.*
- Gilbertus Laney. Ioannes Pelisson. Philippus Dagnus.*
- Antonius du Pont. Damianus Grammaire. P. Petrus Fitanus.*
- P. Ioannes Blondel. Bartholomaeus Raphaël.*

## L V S I T A N I A . C A P V T III.

### Eboræ quinque erepti.

**E**boræ quoque nobili vrbe Lusitanæ plurimis, grauibusque morbis hoc anno laboratum est. Extincti sunt è Nostris quinque; si tamen eos mors extinguit, quos ad præmium imortalitatis admittit. Morbum autem mutuæ charitatis abundantia consciuit, dum in ægrotos officiosus quisque vult esse. Tentata est primum nouitij Sacerdotis valetudo, dum publico valetudinario ministrat; cuius postea in ceteros, qui ei aderant, est deriuata pernicies. Oblectabat tamen mirificè fratum ardor, qui se committere non dubitabant

bant periculo, ut ægrotorum ne pericula negligerent; importunisque à Rectore precibus flagitabant, sibi ut ægros curandi partes traderet; & susceptas agebant, non minore, quam postulauerant, laude. Primus eo in agone gloriam obtinuit ad diem vicesimum Iulij

P. Alexius Alvarez: alter die tertio vicesimo eiusdem Iulij

P. Antonius de Sequeira: tum die septimo vicesimo eiusdem item mensis Iulij

Michaël Alvarez: præterea die vndecimtesimo eiusdem Iulij

Balthasar Gonzalez: postremus denique ad diem decimum Septembribus

Franciscus Vaz.

## GERMANIA. CAPVT IV.

*Lacerna unus exceptus.*

**L**VCERNÆ Heluetiorum sias hoc eodem anno pestilentia tragædias dedit; ubi dum ægrotorum ædes concursat intrepidè, dum publicum nosocomium assiduè terit, dum salutis animarum satagit, & proximorum commodis sedulus intendit, eadem ipse peste corruptus, ad diem postridie Calendas Octobres boni laboris præmium, morte mercatus est.

P. Antonius Baldinus, gente Belga, anno ab inita Societate vicesimo, tria professus in ea vota solemnia, sed & Philosophiam, & Theologiam de officijs, cum Romæ fortuitò magis, quam ex confilio ad nos, ignoti hominis hortatu venisset. Eius obitus ciuitati fuit apgrime luctuosus opinione virtutis eius atque sanctimoniz.

A N N V S M. D. L X X V I.

## GERMANIA. CAPVT I.

*Duo Treuiris sublati.*

**F**VIT hoc anno Treuirense Collegium vi morbi grassantis afflitum: & aliquot lue sublati; sed commemoratione digni, nostro ex hoc instituto, sunt duo. Prior scilicet, quem dies tertia Ianuarij sustulit.

P. Geor-

P. Georgius Sturmius, Germanus patriæ, oriundus Herbipoli, vir zelo insigni, & in erudiendis pueris charitate singulari. Is cum agere Ministrum Collegij, ne quem è suis periculo obijceret, laborantem pestilentia exmentarium ipse metu adiit, purgauit, abluit, adiuuit; luem contraxit; & ne officeret alijs, illico suburbanam in villam sponte secessit, ibique paucis diebus vetricem mortis animam edidit.

Petrus Huckensvagen, qui fuit alter hic sancto in opere mortuus, dum sedulam ægrotis, morientibusq; pestilentia fratribus prestat operam, sine timore ille quidem, at non citra periculum, ut res docuit, cädem mali scutitiae ipse quoque ad diem nonum Ianuarij confessus est. Is ubi se morbo iætuni fataliter intellexit, peccatorum Confessionem iam inde à pueritiâ primum repetit; tum multis effusis lacrymis, multis audienti excussis, ita ut verumque confundent, arcto complexu Christi Crucifixi tenens imaginem, crebroque illa interruptis vocibus verba iterans: Iesu fili David, miserere mei, leni quodam arrisu, latroque gestu quosdam ad se venientes visus excipere, placide paulò post emortuus est.

## TRANSILVANIA. CAPVT II.

### Magna in Transiluania frages.

**C**laudiopolis in Transiluania, quam Daciam antiquis fuisse eruditæ volunt, ciuitas princeps est, & satis ampla, sed altâ infectâ hæresi, & pestiferâ labi prauarum corrupta opinionum. In eam à Battorciis Principibus accita Societas, vt eam, atque vñ Provinciam vniuersam suis excolerent officijs, & errores dedoclam reatis atque orthodoxis institutis imbueret, frequens ibi hac tempestate Collegium, Principum corundem auspicijs, munificentia, autoritate, tuebatur. Apertæ iam erant scholæ, quibus præter eas litteras, queis puerilis xtas ad humanitatem informari solet, Philosophia tradebatur; & ea maximè Theologæ capita, quæ controuersiam habere Catholicos inter & Hæreticos aliquam viderentur: & vt se dabant initia, res optimè procedebat. Sed medius intercurrit turbo, quo restante, non omissus ille quidem cursus rerum benè gerendarum est, sed tantisper intermissus, dum Deus, qui ex turbulentio tempore serenum facit, immitteret tranquillitatem. Nimirum enim cùm repentinò coorta morbi vis, velut cælum inuol-

uens nebula, totam hanc terram occupasset, curatioque ipsa ægrotum, & contactus vulgaret ægritudines, continuò præclaræ flos iuuentutis ad tutiora dilapsus est. Hoc interim tempore Sacerdotes nostri, quasi augeretur animus inter aduersa, nullo modo eos deferendos rati, quos tanta tempestas oppresserat, eorum salutis causâ suum ipsi periculum neglexere. Trium supra ceteros Sacerdotum virtus cognita est: *Ferdinandi Capicij*, qui erat Collegij Rector; *Ioannis Arduphi*; & *Hieronymi Famfonij*, qui studiorum erat Præfetus. Hi enim ita inter se exercenda in proximos pietatis hoc tempore distribuerant Prouinciam; ut *Capicius Hungaros*, Germanos *Ardulphus*, auditores reliquos nostros, fratresque decumbentes *Famfonius*, adeundo, alloquendo, audiendo, adiuuarent, firmarentque, siue ad cedendum è vita redderent paratores. Sed illos pariter hæc agentes, & alios quosdam, qui domi cùm manerent, in templo tamen externis promiscuè præstò erant, similis inuasit contagio; atque Ædituus quidem primus extintus; tum alij, atque alij; qui cùm alter alterum in hac totâ clade nequaquam desererent; sed assidetent ægrotis valentes, remedia adhiberent, defunctos sepelirent; & cùm ægrotarent postea ipsi, idem à reliquis officium præstaretur, illud succedaneæ charitatis obsequijs effectum, ut emortui ægros, ægri validos tabe, mortiferoque odore conficerent, & triginta dierum interuallo viginti omnino desiderati sint. Ex illis autem, qui reliqui fuerant, paucis, nemo fuit, qui non eodem tentatus morbo grauissimè laborârit. Subijcam ex Necrologio nostro Romano deinceps omnium nomina, quo dierum ordine singuli demigratunt, quando de illis nihil præterea, præterquam de *Capicio* quæ subijcam, compertum est. Primus igitur Ædituus obiit

17. Iulij *Georgius Hamman*; 19. *Paulus Kinisko*;

20. *Albertus Vuolneki*; 28. *Albertus Brandsmaier*;

29. *Ioannes Burman*; 29. *Urbanus Schipperus*

31. *P. Ferdinandus Capicius*, Rector Collegij,

31. *P. Ioannes Arduphus*; quorum perpetuam vitæ concordiam, mors quoque ipsa miscuit; eadem enim die, eâ videlicet, quâ terras olim reliquit *S. P. N. Ignatius*, pridie Calendas Sextiles, mane vñus, alter vesperi, leuati corporis vinculis, ad communem parentem euolarunt. Succesore deinceps inde

1. *Augusti Michaël Villerius*; 3. *Ioannes Elbingus*;

4. *Ionas Credik*; 5. *Adamus Tensier*; 6. *Ioannes Psarski*;

7. *Matthias Zaliski*; 8. *Casmirus Louiciensis*;

14. P. Michael Ripedensis ; 17. P. Hieronymus Famfontius.

Atque hi quidem veterani milites in Societate merebant ; at reliqui tres,

Simon Dinouensis ; Valentinus Dinonensis ; &

Stanislaus Kecinenensis , quos eadem clades charitatis , Augusto quidem mense , sed ignorato die , cælestibus addidit , autorati iam tirocinium exercebant ; sed ut Philosophiae cursum , quem erant orsi , conficerent , & linguae interim Hungariae peritiam caperent , cuius erat huic Provinciæ , cui se dediderant excolendæ , necessarius usus , tantisper Conuictorum more , exterios inter Conuictores agebant .

### C A P V T      I I I .

#### Breniarim vite P. Ferdinandi Capicij .

**F**uit P. Ferdinandus Capicus , quem integerimæ probitatis exemplum appellant Annua nostræ Lauretanæ anni 1594. ex vetustâ æquè ac pernibili Neapolitanos inter familiâ , Mutij Capicij filius ; tanto à pueritiâ ingenio , ut perbreui spatio in egregium euaserit poëtam simul & oratorem , omnesque propemodum doctrinas ante ætatis duodecimum annum ita fuerit animo , scientiâq; complexus , ut alterius illi Pici Mirandulani nomen adhæreret . Timæum & Phædrum Platonis , decimum item Euclidis librum doctissimâ interpretatione , luceque dignissimâ , peradolescens exposuit . Subinde mortalium spes , quam ea fluxæ , quamque fragiles sint , animo contemplatus , statuit ijs remisso nuncio , in Societate Iesu mentem ad pòtiora , perennaturaque conuertere . Romæ libentissimis Patribus in eam cooptatus , haud longo interuallo scholis in Romano Collegio explicandis , moderandæque Parthenix Beatissimæ Virginis Deiparæ Sodalitati adhibitus est . Eo verò tempore , quo Romano in Collegio versatus est , eum illustre charitatis cum humilitate coniuncte documentum edidisse , unum de multis , accepi . Nam cùm perincommodè , perangustèque , vt erant initia , habitaretur à socijs , & contabulatis lignæ ex materiâ cubiculis , per æstatem non ab calore tantummodo , sed ab infestis etiam cimicibus , qui magro numero conciperentur , ingens molestia existeret , vt neque vacare studijs , neque quietis villam capere partem satis valerent ; iussere Moderatores deferri suas à singulis lecti tabulas ad balneum , & aquâ feruente mergi ad bestiolarum internectionem . Ferdinandus non sibi

fibi solum id officij sedulus obedientia gudio praestitit; sed obseruata  
Sociorum à suis cubiculis absentiā, lecti eorum supellecilem suis  
subibat humeris, purgabat, referebat: nec deprehensus demum  
abstrahi se passus est à vili opere, depactus etiam cum socijs hoc mi-  
nisterium eo pretio, ut se promiscuum Collegij baiulum passim ab illis  
impune sineret appellari.

Inter hæc ut complures videret Anglicanæ gentis adolescentes  
ob Christi fidem domo extortæ identidem ad litterarum studia Ro-  
mam concurrere, & egenos omnium aspera quæque cum gaudio sus-  
tinere, cœpit eorum ita commiseratione paulatim tangi, ut aliquâ  
tandem illis opitulari ratione in animum induxerit. Eam in rem op-  
timum factu vîsum est, si de instituendo illis in Urbe Collegio tracta-  
retur. Res ab eo tentata, satis ex sententiâ cecidit; cùmque auto-  
ritate Gregorij XIII. Pont. Max. eius iam conditi procuratio de-  
mandata Societati fuisse, Ferdinandus collectam in eo iuuentutem  
egregiæ charitate fouit, instituit, & ad mortem, quam plerique eo-  
rum in Anglia in fidei odium occisi obièrunt, sapienter excoluit. De-  
quibus non grauabor, tametsi ab hoc loco videri possit alienum,  
pulcherrimum, grauissimumque Cæsaris Cardinalis Baronij enco-  
mium describere, qui in Notis ad diem 29. Decembris Martyrolo-  
gij Romani, cùm de S. Thoma Cantuariensi egisset, ita subdit:  
*Videre meruit seculum nostrum, bac ex parte felicissimum, quampluri-  
mos Thomas, Sanctissimos Sacerdotes, aliosque nobilissimos viros Angli-  
canos, ampliori (liceat dicere) Martyrio coronatos, duplicitique tituli  
coronis ætates; cùm non solum, ut Thomas, pro Ecclesiastica libertate;  
sed pro fide Catholica tuerenda, restituenda, ac conservanda, nobilissimo  
Martyrio occubuerint. Vt inter alios, quos nuper sancta Societas tenui,  
velut agnos innocios, in sacris septis, sanctis eruditionibus ad Martyrium,  
acceptissimas Deo hostias, saginauit; quos Romanum, quos Rhemense, sa-  
cra Collegia, que dixerim celsas turres à facie Aquilonis, & fortissima  
propugnatâ fidei, emiserunt ad triumphos, & prouexerunt ad coronas.  
Matte animo, matte virtute, Anglicanorum nobilissime & gloriofissime  
cætus,quitam illustre militia nomen dedisti, ac Sacramento Sanguinem spo-  
pondisti. Aemulorū sane vos Dei emulatione, cùm vos Martyrū candidatos,  
& nobilissima purpura Martyres designatos aspicio. Compellor & dicere:  
Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea ho-  
rum similia.*

Huius eiusdem cupiditate gloriæ cùm Ferdinandus arderet, in-  
stitut maiorem in modum apud Præpositum Generalem, ut ad eam in

Angliâ nanciscendam vñâ cum Alumnis ipse suis quoquè mitteretur. Cùmque aliquando Philosophicam explicanti scholam de cathedrâ redderetur ab Generali responsum, quo cù suâ spe, atque expectatione demouebatur, magnitudine doloris propemodum exanimatus est. Neque tamen interea destitit spes illas concepto altè desiderio sustentare; donec à Pontifice Maximo Gregorio XIII. cùm illi non-nulos fuorum Alumnorum in patriam profecturos stitisset, sibique cum illis proficisci facultatem fieri flagitaret, tanquam oraculo accepit, facturum se longè Deo gratius, acceptiusque sacrificium, si quotannis eiusmodi iuuenes aliquot in eam Christi messem aptaret, quâm si suam vnius operam, ac diligentiam eò conterret. Eò demum responso conquieuit in posterum, & omnem Angliæ adeundæ cogitationem dimisit.

Porrò paucis post annis in Transiluaniam à Præposito Generali, Claudiopolitani Collegij Rector ire iussus est, & vices in eadem illâ Dioceſi Prouincialis obire. Paruit illuc; & cùm de via Cra- couiz nonnihil substitisset, cum magni nominis Heretico agendi copiam est nactus. Inficiebat ille coram prauis erroribus inclytum illud, ac florentissimum Regnum; & suis in Italiam sumptibus letos identidem bonæ spei, atque indolis adolescentes mittebat, qui perceptis ibi disciplinis reduces abuterentur ad populorum perniciem, atque ad hæreses proseminandas. Cum hoc Ferdinandus adeò attemperatè, aptèque tractauit, vt tridui disceptatione pertinaciam hominis infregerit, permouerit animum, demum ad Ecclesiam aggregarit. In Transiluaniam ut venit, persuasit Principi, ut educandæ, erudiendæque Nobilium pueritiz insigne Claudiopolis Seminarium, itemque alterum imbuendæ litteris, & bonis artibus ciuili iuuentuti, moliretur. Quibus districto curis, cùm pestis vrbeſ incessisset, dum vni cuiquam affecto ministrat ardentiūs, eadem illi pestis adhæſit, eaque vixdum quadragenos natus annos absumptus est. Fama fuit, illum à compluribus Regni Proceribus eadem illâ, quâ obiit, horâ visum inter Angelorum choros in celum ferti, tam certâ, constantique opinione, vt olim ei consortes fieri vel ipsi Hæretici pertarent.

## C A P V T I V .

*Duo Varadini; quatuor Alba Iulia funeti.*

**V**Aradinum quoque Petri Nostri Cardinalis Pazmanni Patriam, & Albam Iuliam, illam Hungarie, hanc Transiluanę vrbem grauis hic annus populari morbo vexauit. Et Varadini quidem tres ē Nostris, quotquot ibi versabantur, cum peste pugnarunt. Duo cā in pugnā ceciderunt; ij fuēre

*Valentinus Sardenis, Coadiutor Temporalis, arte aurifex, qui diem tertium & vicesimum Aprilis extremum vitæ confecit: &*

*P. Petrus Sidlowski, qui die vndeūicesimā Iunij de medio ces- sit: quibus extintis, vnuſ, qui superstes fuit P. Stephanus Szántó, seu Arator, destitutus spe subsidij, cūm omnem circum circa regionem occupasset, viuos erudiendo, zgrotos visitando, mortuos condendo sepulturā, expleuit munera omnium; etiamſi (quæ laborum- merces erat amplissima) eius & fama ab aduersarijs hæreticis in con- cione maledictis, & vita insidijs vbiqunque peteretur. Sed ex his omnibus liberauit eum Dominus.*

*Alba Iulia, pestis eadem viguit, & quatuor abstulit ē Nostris: reliquos, (errantes licet, ac profugi magnā premerentur inopiā, & adiuuandis languentibus in summum se periculum conicerent) reli- quit intactos; Deo nimis prouidente, vt eorum corporibus pestili- tas parceret, qui multorum animas à Demonis faucibus eripuerunt. Qui ē vitā per luem discessere, ij fuēre*

*Urbanus Helbingus, ad diem octauum Iulij;*

*Paulus Voacieckeviſz, ad eundem diem.*

*Stanislaus Lanicki, ad diem septimumdecimum Iulij.*

*Petrus Silhannus, ad diem duodeūicesimum eiusdem Iulij.*

A N N Y S      M. D. L X X X V I I .

G E R M A N I A .

*Treniris unus desideratus.*

**T**reniris & hoc octogesimo septimo, & superiore anno seculū euoluti, vi morbi grassantis Collegium afflitum est; & priore quidem quatuor, posteriore octo desiderati sunt. Verū omisis alijs ynius

vnius repetenda nobis memoriâ est, quem charitatis gloria ornauit, ad diem tertium Septembbris anni posterioris. Is fuit

P. Petrus Coplaus, natione Anglus, qui cùm anno quinto quinagesimo eius seculi natus esset, à primâ pueritiâ litterarum studijs deditus, Philosophiâ, Theologiâque per mensâ, ad Societatem se anno sexto & octogesimo ad diem quintum decimum Februarij adiunxit. Et quâ erat iam adultâ, robustaque virtute, gliscente pestilentiâ, Deo se & Moderatoribus obtulit ad præstandam tibi infectis charitatem. Quo ipse perfunctus officio, promptum bonâ operâ præmium, eâdem correptus iuc, fortitus est.

A N N V S      M. D. L. X X X I X.

P E R V V I V M.      C A P V T I.

*Potosij P. Bartholomens Jacobus extinctus.*

**A**Trox hoc anno prioris seculi vndenonagesimo vniuersam Australis Americâ, quâ latè patet, Occidentalem oram depastus est. Carthagine primûm se extulit; inde se Quitum extendit; Potosiumque, ac Peruanam omnem regionem, usque in Chilense regnum Magellanico freto finitimum, leucas amplius mille ducentas peruviana est. Nulli tempestati funestum hoc malum cedere, nulli ætati parcere, nullum præterire locum quantoquoque spatio distante: horrifica ubique strages, & quod multò maximè mirum, in solos indigenas struebat; omnesque, pauculis exactâ iam ætate exceptis, corripiebat; ab Hispanis, ceterisque exteris abstinebat. Pleni fuerunt immensi laboris hoc tempore socij, vt si que ab eis ad Dei gloriam gesta sunt, enumeranda forent, haud maior apparceret totius illius tractus terrarum Ilias malorum, quâ silua bonorum operum densissima. E Nostris etiam contacti peste sunt, quotquot his in regionibus essent orti, ceteris prorsus innoxii. Unus vero dunata at in maturo exitu Potosij subreptus est die tertio decimo Ianuarij, dum contagione laborantibus se impenderet.

P. Bartholomeus Jacobus, vir tantâ ad salutem animarum industriâ, ac diligentia, vt quatuor solis, quibus hoc in Collegio versatus erat, mensibus, cùm in Sodalitio piorum, Domi nostræ cogi solito, capita duntaxat octoginta suo in aduentu reperisset, plus mille & quingenta moriens reliquerit. Percallevat duas diuersarum gentium

rum Indicarum linguis, tantâ loquendi suavitate, ut illi populus nomen indiderit: *Mizqui Simi*, hoc est, mellea lingua, tanquam ab eius ore dulcior manaret oratio. Quanto in amore multitudinis esset, celebritas funeris, & dolor yniuerorum declarauit: nimis tanta concursatio fuit cupiditate videndi, ut quod componi posset, templi fuerint operiendæ fores.

## BELGIVM. CAPVT I.

*Louanij moritur P. Ioannes Hamelius.*

**I**N Belgio Rragem quoque pestis uno in capite non paruam dedit Louanij: ad diem quartumdecimum Februarij; nimis rūm P. *Ioannes Hamelius*, parentibus Bruxellensibus apud Zelandos oriundus; vir linguatum peritiā, prudentiā animi, vitæ integritate singularis, Leonardi Lessij in Theologicis collega, dum lue infecto prestat operam, ipse infectus, quatuor ante mortem horis, cùm Nostrī fortè Litanias quotidiano more in Sacello recitarent, ad extre-  
mum lectulum clara in luce Angelum Tutelarem vidi; cui nullam à socio Adiutorē haberet reuerentiam indignatus: *Non vides, mi frater, inquit, adstantem Angelum? Ego certò video, Venerorque; haud illum quidem meis, sed Sociorum Litanias ritè recitantium meritis euocatum.* Hauc rem ille Adiutor, contracta & ipse lue moriturus, sancte testamat voluit; ne tantum Numinis beneficium Hamelio collatum in tenebris iaceret apud posteros, quas suo ipse silentio iniuriosus nobis attulisset.

## HISPANIA. CAPVT III.

*Sex Barcinone consumpti.*

**B**arcinone pestis immanis, quæ semestri spatio duodecim hominum millia fustulit, indicauit nostrorum studium in salutem proximorum: & auxit Cinium in nos amorem & benevolentiam. Nouem enim medium se in incendium coniecerunt, ut opitularentur infectis, ex quibus sex supremum posuerunt spiritum in perseverantia operis, & ostensione Christianæ virtutis. Primus eorum occubuit ad diem quartumdecimum Augsti

P. *Ioannes Seruent*, ortu Catacaunus, ex oppido Lles, Diœcesis Vrge-

Vrgelitanæ, qui Societatem inierat Barcinone die 13. Aprilis anno 1574. in flore iuuentutis, natus septem & decem annos, abrupto Philosophizæ, quam audiebat, curriculo. Vitam eximiâ cum laude, coniunctam bonas inter artes traduxerat in Societate adhuc, explicatâ Gandiz Grammaticæ scholâ, nauatâque Confessionibus audiendis varijs in locis industriâ, cùm honeste mortis opportunitate illeatus, in digressu à locijs latus atque alacer, Valete, inquit, post hac nunquam mihi conspiciendi; mortem enim oppetiturus à vobis discedo. Neque aliter fecit, quād dixit. Sacris munitus Ecclesiæ mysterijs, quod illi cum ceteris etiam socijs commune fuit, ad Superos breui concessit. Proximus ab illo decessit 26. Augusti  
*Jacobus Mauritus;* & secundum illum Calendis Septembribus,

Pr. Matthaus Peliaccius, cui genus Sardinia; Roma Societatem dedit. Sed inde non post multò in Aragoniam amandatus, Gandiz litteras Humaniores aliquandiu tradidit iuuentuti. Vir fuit religiosis apprimè moribus, insigni mansuetudine, charitate, despicientiâ sui. Diuturnum præstit obsequium ægro cuiquam, fœdo, ac nauseoso morbo, egregio tolerantia documento, cuius illuvie contractâlue ad cœlestè præmium traductus est. Eum postero die secutus est

*Martinus Aparicius*, ortu Valentinus, è Segobricensi Diœcesi, Coadiutor Temporalis formatus, magno religiosi silentij, & strenui laboris exemplo, culinæ, valetudinario, vestiario, ac demum sacrario præfuerat. Aiunt illi præsentem adspectabili specie Deiparam in morte adfuisse. Quintus excessit die octaua Septembribus

*Ioannes Lopez*, nondum absoluto tirocinio, sed laudabili conuersatione iam tum maturus cælo. Postremus die 13. Octobris excessit

*Franciscus Morey*, patriâ Balearis; qui Societatem ibi complexus, multos eō in Collegio annos egregiâ virtutis opinione, translegit. Precationi impensè deditus, & longa cum Deo colloquia perfamiliari vsu ducere non insuetus. Magna illi consuetudo fuit cum Venerabili Fratre Alfonso Redriquez, & eius ex vsu magnos habuit ad virtutem progressus. Vitam demum tantâ commendatione traductam honesto fine terminauit.

† † †

## LITHVANIA. CAPVT IV.

*Duo Vilnae mortui.*

**A** Naus hic Vilnae, quæ princeps Lithuaniae vrbs est, primâ sui parte letior, mediâ anceps, extremâ luctuosus fuit. Patres videlicet dilapsi superiore anno metu pestilentia, reuerterant Februario, & fuere per sextum deinde mensem inducere. Rursum principio Augusti valecente peste, Collegio & vrbe cedere coacti sunt. Ita populosam vrbum iuuandi cura, tam infestis temporibus, deuoluta ad paucos, qui in Collegio remanserant, tanto in illis extitit illustrior. Sacerdotes quatuor subsidio iuxta & solatio ciuium expositi sunt, qui totidem in partes sibi vrbum descriperunt: atque insuam quisque regionem, cum albescente cælo, sacro peracto, exisset, non nisi inumberante vesperâ, sed pleni laborum, & bonorum operum sub eadem tecta reuertebantur. Nec admiratione carebat, totum diem inter ægros, interque ipsa etiam cadavera versantibus, nihil mali tamen adhærescere. Adnotabant hoc Ciues, & deprædictabant, quasi quiddam insolens & inconsuetum, esse qui opem alijs ferant suâ neglectâ salute; esse qui nullis nec incommodis, nec periculis, vt vel ignotis proflint, abstineant, eo maximè tempore, quo vel à proximis deseruntur; neque vllum repetant eo ex opere seu pretium, seu gratiam. Hoc ita nimis inter se multi dicere mirabundi. Et Deus etiam ipse præsens aderat suorum conatibus; cum testarentur nonnulli, eorum se attactu, vel impositis manibus, vel aquæ lustralis aspersione, indubitatam mortem dispulisse. Hæc propter, atque alia id genus, quocunque pedem ferrent, Ciues illos faustis acclamationibus prosequi, & nomen indere paternæ venerationis. At Patres tanto moderatores, cum subiret identidem noua laborum facies, siue à morbis, siue ab edendi penuriâ, magis ac magis operi tum instare. Vnum illud orabant Deum, vt, si quidem sibi moriendum esset, vltimi morerentur, quo cælo plures inferrent. Neque irritæ prorsus extitere preces. Cum enim ingrauefscens indies morbi vis, concepisset quam maximas posset vires, & obfaturata videri mortalium funeribus, nedum non fatigata videri iam mors potuisset, è quatuor illis Sacerdotibus, qui vrbum obibant, duo rerum vsu, æstate, robore præstantes, lue pestiferâ comprehensi, animam exhalarunt, vt inter vtrumque vix biduum interesset. At vulgus veroque funere elato, orbitatis iustum luctu, lacrymis, con-

clamationibus , doloremque suum testari , tanto certamine animarum , ut pene fidem excedat . Orare proinde duos , qui superarant Patres , Catholicí , ne se ipsi amplius proijcerent , sed parcerent vitiæ , à qua multorum incolmitas penderet & vita . Duorum qui obirent nomina prodita non sunt , sed eo ductis indicio , quod pestilentia gliscente , quæ orta Augusto est , bidui interuallo vterque extinctus est , ex Necrologio nostro Romano facilis eorum coniectura est ; in eo enim hisce distincti notis soli signantur

P. Jacobus Goslickius , Polonus , qui die duodetricesimo Septembribus occubuit ; natus annos duodequadraginta , quinque duntaxat in Societate versatus ; &

P. Jacobus Gregoryj , domo Vilnensis , eoque nomine passim appellatus , qui die tricesimo eiusdem Septembribus è vita cessit , sex & triginta numerans ætatis , sedecim verò annos in Societate exactos .

A N N V S M. D. XC.

H I S P A N I A .

*Montella desideratus unus Anonymus.*

Montellæ , quod est oppidum in Hispania Boetica non maximum , communis morbi vis , quæ anno præteriti seculi nonagesimo peruersit vniuersam Boeticam , è Nostris ferè nemini pepercit . Ea domesticis omnibus , qui per valetudinem poterant , exercenda charitatis occasio fuit . Nam Franciscanorum familie , cùm ad unum omnes laborarent , nullo subsidio , non postulant , sed ne suspicanti quidem octo de Nostris præstò affuerunt , qui interdiu , noctuque ministrarunt ægrotis , donec conualeserent . Magnum eo officio captum laborem docuit morbus , qui cùm omnes afflixisset , vnum sustulit ; cuius nomen nobis proditum nequaquam est .

† † †

## P O L O N I A.

Mors P. Stanislai Vvarszavvici.

**C**racouiam Regni Poloniae principem urbem annus hic à nonagesimo primus, pestilentia infamis deuexauit; splendidumque Societatis lumen ad diem tertium Octobris, sed morte nequaquam ingloriā, extinxit. Is fuit

P. Stanislaus Vvarszavvicius; qui cùm Senatoriā nobilitate, que prima in eo Regno est; item ingenio, doctrinā, opibus, autoritate floreret; toti Regno, & litteris Græcis, Latinisque; & obitis etiam ad Turcam legationibus; & apud Regem gratiā; apud quem scribendis epistolis prefuerat, Regiz, vt vocant, Cancellariæ Præses; tum Sacerdotijs, Gnesuensis Ecclesiæ, quæ primas eius Regni obtinet, iam tum Scholasticus; Episcopatu quoque, quem Sigismundus Augustus Rex deferebat, repudiato, notus; præterea Ecclesiastes habetur illustris, & probatissimæ vite; seculo res suas habere iussio; eam vnam ob rem, anno 1567. in Urbem accessit; vt selpsum, & aliquot è sua familia; quos ad idem consilium ipse, & vocis, & morum suorum inuitamentis adduxerat; Societati donaret. His antequam domum admitteretur, visum est, vt rem Pontifici Maximo significaret. Respondit Sanctissimus Pater: quanquam cuperet viros tales ad regendam Ecclesiam prouehi; tamen laudare se illum, quod ad vitæ genus longè tutius; & perfectæ adipiscendæ virtuti aptius, vocantem sequeretur Deum: eò maximè, quod Societas nullam in rem; nisi in Ecclesiæ Sanctæ subsidium, & salutem animarum ex instituto incumberet. Inde cum suis inter tyrones admissus; magnisque uominibus, Claudio, & Rodulpho Aquaniuis, B Stanislao Costkæ, Francisco Turiano, Fabio de Fabijs, Francisco Léonio, Ludouico Carbinello, ætatis suæ anno circiter quadragesimo permistus; Christiana humilitate, parendi alacritate, sui despiciētiā, omniumque studio virtutum, uti decebat virum qui tam claris esset orsus initijs; non incitamento solùm cunctis; sed etiam admirationi fuit. Eâ nocte, quâ B. Stanislaus ad S. Andreæ recessit è vita, degenti ad Professorum Domum Vvarszavvicio, qui statuerat primâ luce Stanislaum inuisere; visus est semisomni aliis frater, qui monuit frustra iturum, vt viset et grotantem; iam esse Stanislaum in-

czlo , denunciauitque horam , quâ vinculis corporis exsolutus euolârat . Commotus cā denunciatione Vvarszavvicius , altèque retinens impressam cogitationi ; vbi primo diluculo surrexit , quibusdam domi visionis seriem retulit ; trepidèque se dedit in viam . Cumque vitâ functum Stanislaum reperisset ; cognitâ obitus horâ , quod sibi prædictum fuerat , plenis admirationis ibi quoque narravit ; & nullâ interiectâ morâ , primus omnium Beati adolescentis vitam litteris consignauit .

Anno 1570. reuersus in Poloniam , varijs in muneribus ita se semper tractauit ; vt egregiam virtutis æquè atque prudentiæ laudem haberet . Primus ipse Vilnensi regendo Collegio præfetus est ; rexitque octo annos ; simulque in S. Ioannis curia conciones mirâ sacrae facundiaæ famâ habuit . Parùm libenter tum eius quidem vsum templi concedebat ei Præpositus Petrus Ruitius ; nedum vt illud ipse Societati absolutè concederet : & ad nouum condendum , nec situs coëmpetus reperiebatur idoneus ; & Episcopus , is qui socios accessierat , incipiebat desperare impensis se suffectorum . Hæc reputans . simulque illud Vvarszavvicius , quâm nihil ad excitandam populi , alendamque pietatem , solidè posset sine templo effici ; ad Diuinum consilium , & auxilium studiosè configuit : impenseque oranti succurrit , si peteretur à Rege ipsum S. Ioannis templum ; omnino impetratum iri . Quòque rem animo magis agitabat , eò certiore spem capiebat . Probauit consilium Episcopus ; probauit quoque Rex ipse , præter opinionem multorum : confirmauit Pontifex : confirmauit & Deus . Nam Ruitius , qui nullâ conditione , quoad viueret , consensurum se demonstrârat ; paucis post perlatum à Rege beneficium diebus est mortuus . Ita Vvarszavvicij precatione , atque in Deum fiduciâ templum Societati Vilnæ comparatum est , maximum atque pulcherrimum , obstantibns nequidquam Hæreticis ; qui indignari , furere , & seditionem moliri coeperunt . Verùm mira Dei benignitas facillimè cuncta pacauit . Vvarszavvicium Polonicè dicentem ternâ minimâ , & quaterna millia auditorum celebrabant : respondebatque & labori , & celebritati ex æquo fructus . Item cùm lues urbem inuasisset , Sociorum plerisque in tutum locum ab Epilculo seuocatis ; vndeclim in vrbe manserunt ; inter quos Vvarszavvicius magno & præsentium exemplo , & absentium , sed eo quidem ille tempore , sublato pestilentia Sacerdote altero , seruatus est .

Anno , qui hunc infecutus est (is fuit alter à septuagesimo) Sigismundo Rege demortuo , ad substituendum gentis more , nouum Regem ,

Regem , indictis comitijs , Cardinalis Commendonus Pontificis Legatus plurimum interesse arbitrabatur , si Vvarszavvicium , pro celebritate , virtuteque viri penes se in ijs comitijs habuisset . Verum ipse clare demonstrans negotia istiusmodi ab Societatis ratione aliena ; neque se apud Lithuanos , neque apud Polonos , gratiam initium ; quin potius suspicionum , sermonumque causas , vel utrisque , vel alterutris , præbiturum ; in Collegij sui religiosâ custodiâ mansit : Tanta , tamque libera , vel apud summos , hominis integritas erat . Et latius indies eius virtus inclarescebat ; & nomen . Habuit totâ eius anni Quadragesimâ de Poenitentia Sacramento conciones magnoperè salutares . Consecuta inde meliora multorum consilia . Per multâ à multis etiam sexagenarijs ab initio etatis reuocate Confessiones , tanto concursu ; vt ad Confessiones leuioris negotij , Sacerdotes extrarij adiutores assumerentur . Complures etiam eius autoritate , curisque Ecclesix restituti tum sunt ; atque in ijs nobilium multi ; & Vlricus quoque Hosius , Cardinalis Hosij germanus frater ; quod iamdiu bonus Cardinalis optarat , cunctisque opibus , sed cassâ labore , tentarat . Vvarszavvicius eum , paulò antè quam proficisciatur è vita , ad cognitionem veritatis , detestationem erroris , & Catholicam Exhomologesim perduxit . Idem beneficio pari , in eodem vitæ cardine , Capitanœ Bistricensi & Lauatsciensi , Regio Signorum Praefecto adfuit . Ultra annos viginti non modò Sacramentis , sed & omni Catholicorum , nihilominus quam Hæreticorum , conuentu miser abstinuerat . Iam iam expiraturus omnium iudicio putabatur ; cum reconciliatus Ecclesix , & peccatorum absolutione donatus à Vvarszavvicio , singulari Deo beneficio , lucis prorogationem in dies quindecim visus est impetrasse . Quo spatio , magna religione , magnoque peccatorum dolore , exacto ; de muny mysterijs omnibus permunitus emigravit . Sed rei Catholicæ momentum longè maius , reuocatus ad eam Ioannes Chotkeuicius Archimarschalculus Generalis magni Ducatus Lithuaniae , Capitanus Samogitiae , idemque Liuoniæ Administrator fuit . Is Vvarszavvicio iam olim puer Vvittembergæ , dum pariter Philippo Melanchtoni , famoso & hæresum , & litterarum Magistro , dant operam , familiari ter visus erat . Itaque aduocato ad se dubitationes de religione suas , in coronâ Principum aliquot , & Doctorum , proposuit . Eumque per horas continuas aliquot disputantem , & singula prolatis Doctorum veterum testimonij confirmantem , mirâ cum attentione , & alacritate audiuit . Inde illo per honorificè dimisso ; voluminibus

Patrum,

Patrum, vnde prolatæ testimonia fuerant, apud se retentis, ijs locis  
mirè vexauit præpositum Caluinisticæ turbæ Ministrum; qui captus  
vndique & irrecitus, iaciendis in Iesuitas conuicijs, queritabat effu-  
gium. Ex illo sepius agere cum Vvarszavvicio Ioannes; ac demum  
coram Cardinali Commendono hæreses execratus; interroganti Pa-  
latinu[m] Vilneni, qui Hereticus erat, cur à fide defecisset; negauit  
se defecisse; quod eam in fidem, cùm salutaribus esset aquis initia-  
tus, Sacramento dixisset. Ceterū qualem se Vvarszavvicius eo  
tempore præberet, testimonio est elogium P. Stanislai Rödraczouij,  
qui in Urbein hæc scripsit. *Audini P. Vvarszavvicium concionantem  
ad populum; & exhortantem fratres; agentem cum Proceribus Deus bo-  
ne! quam beatam puto Societatem, cui tantum virum in his partibus de-  
dit! Quam beatam Poloniam, que nunc eo fruatur viro! Deus sit bene-  
dittus, & Beataissima Maria.*

Atque haec ille quidem Vilnæ Rector egit. Subinde Lublinen-  
se Collegium octonus item annos moderatus est: & senos in Missio-  
ne Suecia Nostris apud Reginam Catharinam degentibus præfuit:  
quo tempore, sapienter, atque feliciter in Catholicâ piâque Regij  
Principis, eius qui postea Poloniae Rex, Sigismundi nomine tertius  
fuit; educatione operam collocauit.

Diuini honoris, & salutis hominum studio ingenti fuit: neque  
per conciones eis modò; sed conscriptis etiam libris diligentissimè  
consuluit. Tantâ Diuinitatis contemplandæ assiduitate; vt in eam  
videretur semper esse defixus: tantâ sui despiciendi curâ; vt se post  
omnes putaret, postque omnes putari vellet. Antonium Posseuinum  
adegit in Sueciâ; rursusque in Poloniâ Ioannem Paulum Campan-  
num Prouincialem, sibi spiritualia vt Exercitia prætarent; & eius  
vtriusque monita, perinde quasi tiro, ad futura perfectionis com-  
pendia scripto consignabat. Romam ab sua Prouincia Procurator  
allegatus, vbi rebus confessis, Cracouiam rediit, socijs ob iuem-  
diuersè dissipatis, illud ex Superioribus impensè orauit, sibi vt in vrbe  
ad proximorum opem resistendi potestas esset. Sed breui, peste con-  
cepit; deuictoque diurnâ dimicatione Dæmone sollicitante de fide, 3.  
Octobris placide conquieuit. Anno post eum quintodecimo spectabilem  
festit P. Petro Scargæ viro multis laudibus claro; monuitque vt ex  
febri, quâ conflictabatur, non vnum, quod faciebat, annum, sed decem  
ipso[s] Deum deposceret: & is paulò post restitutus, nouem in annos  
ex illo peruixit.

## ITALIA. CAPVT I.

*Cataæ tres absumpsi.*

**C**ataæ in extremâ Italîa, pugnâdum hoc anno cum famæ, cumque morte in populum grassante fuit. Enitendum ut locupletiores è ciuibus certos pauperes in suam curam alendos susciperent; vt alijs donaretur panis è publico, emendicandum ostiatim pro ijs, qui retinebantur id carcere; neque tempus erat tergiuersandi, neque agendi segniter; omnibus ferè extremâ necessitate conflictatis: eaque ipsa efficiebantur id temporis, dum gemitu decumbentium, atque morientium euncta perstreperent; vt vbique vel in mortuos, vel moribundos incideres. Seu Cæli intemperies, seu morbi contagio, breuissimi spatio temporis absumpsi capitum ad duo millia: Numerus in non maxima ciuitate sanè permagnus. Atque omnibus metu percussis, nulli omnino audebant, ne ipsi quidem Parochi, ad ægros accedere, seu muniendos Sacramenta, seu in morte iuuandos. Ex quo Dei beneficio totus labor, id est, tota meriti seges, in Societatem incubuit; vt clauso nonnunquam Collegio Nostri omnes, numero sedecim, nec certo ad quietem necessariam sumpto spatio, noctes totas, totosque dies impenderent ad varia auxilia animorum, in priuatis domibus, in publicis custodijs; inter pericula non dubia & contagionis, & mortis. Vtque id constaret apertius, tres occubuerunt. Primus Calendis Iunij.

P. Leonardus S. Angelii, Collegij Rector. Tum qui Rectori succedit, ad diem nonum eiusdem Iunij

P. Franciscus Moranus: eodemque ipso nono die

Fabius Politus.

## POLONIA. CAPVT II.

*Lublini tres emortui.*

**P**estis hoc eodem anno multis Poloniæ locis exercuit Nostrorum veram in Deum spem; charitatem in proximos. Vbique summa sedulitate consultum decumbentibus, infectis, moribundis, in priuatis ægorum tectis; in publicis hospitijs; in ipsis compitis; in cœme-

cœmeterijs . Lublini tres magnum à Dto consecuti beneficium , vt animam suam ponerent pro amicis suis . Eorum neque nomina , neque diem obitus , quæ Scriptor obtinuit , vspiam reperi .

*A N N V S M. D. X C I I · I.*

*P O L O N I A .*

*Rursum tres Lublini desiderati .*

**L**ublino funestus & hic annus euoluti seculi post nonagesimum tertius pestilentia fuit ; quæ tamen illustravit virtutem , industriamque nostrorum . Tres ex his , qui domi relicti fuerant , recentibus alijs , ad subleuandam lue laborantem Ciuitatem , morbi contagione absumpti sunt . Primus ad diem sextum decimum Augusti

*Ioannes Vuissiemierski . Alter ad diem duodecimum*

*Georgius Karg . Postremus ad diem tertium Septembris*

*P. Martinus Borovvski , patria Masouita , cuius eximiam charitatem gratâ omnes commemoratione prosecuti sunt .*

*A N N V S M. D. X C V L*

*L V S I T A N I A . C A P V T L*

*Vnus Brigantia mortuus .*

**B**rigantia in Lusitanâ cum hoc anno quinto nonagesimo superiores seculi Cethargus ingrauescens , contagioque vulgata , totam penè urbem ægritudine occupasset , breuique tempore multos mortales extingueret : adhæc , non minor annonæ difficultas , quam morbi grauitas foret , fame per aliquot menses dominante , prompta fuit in iuaniis proximis nostrorum opera , quorum saluti ut prospiceretur , suum ipsi periculum neglexerunt . Nam eo toto tempore , cum alijs multis inediâ , morbove laborantibus opitulati sunt , tum verò trecentos circites pauperes quotidiano vietu ad Collegij ianuam sustentarunt . Sed videlicet Diuina prouidentia , ad utilitatem indigentium , inter tot aliorum funera , & gliscentem in dies morbi vim , Nostros seruauit incolumes ; ut licet aliquos sœua contagio perstrinxerit : non nisi vnum tamen extinxerit ad diem Idus Iulias : is fuit

*Emma-*

*Emmanuel Valascus*, qui tertium iam annum à suo in Societatem tirocinio, in culine ministerijs, Adiutor Temporalis, operam ponebat. Vixit, obijtque illâ animi demissione, ac mansuetudine, quæ & optimis religionis rudimentis, & illo charitatis pleno ministerio dignæ fuere.

## BELGIVM. CAPVT II.

*Vnus Duaci; alter Caleti, sublati.*

**P**Estilentia vexauit hoc item anno Duacum in Belgio; vbi dum ægrotantibus omnem operam, quæ corporum saluti, quæ animorum consulendo, addicit, eâdem lue infœctus, & ad diem quartum Octobris extinctus est.

*P. Ludouicus Lesquier*, gente Belga, domo Athenensis, religiosa quadam vir, & singulari pietate, disciplinæ sumam obseruatione, omnisque officij exactâ curâ. Tantâ verò etiam patientiâ iuxta, & charitate, ut ad Confessiones excipiendas, quavis horâ, opportunè, importunè vocatus accurreret. In summâ, ijs omnibus bonis artibus ornatus, quas in homine Societatis, quatuor vota professo desiderare posse; quibus omnium sibi facile benevolentiam, atque amorem coniunxit.

Post captum ab Hispanis Caletum, vrbe Galliae maritimam, contra Angliam, eò missi sunt, oratu Praefecti, duo Patres ex ijs, qui versabantur in Castris Regijs, vnsque frater; quorum vti pergratus, ita fuit admodum opportunus aduentus. Nimirum vrbe totâ grassabatur id temporis saua lues, cum molestissimâ dysenteriâ, morbi que alij, quibus absumentur quotidie multi. Nostrî consueta statim expedire officia: ægris iuuandis, moribundis, integris ad omnes Christiani hominis partes hortandis, quotidianam operam insumere. Ita dum sibi nullâ re parcunt, frater laborum socius, & adiutor.

*Remigius Croisius*, Belga, Luxemburgensis, quo maximè tempore ipsius indigebant auxilio, lue correptus, paucis diebus, per multam exercitatus patientian, cùm manè obitum se eo die horâ post meridiem secundâ prædixisset, die nonâ Nouembbris defunctus est, primo ac tricesimo vite, sexto initâ Societatis anno.

**GERMANIA. CAPVT I.**

*Duo Vienne extincti.*

**F**nestum hunc annum experti sunt Nostri Viennenses, septem ex eorum Collegio sublatis pestilentia Austriam vastante. In ijs primus fuit: ad diem duodeuicesimum Februarij

P. Michaël Reithamer, domo Carinthus, ad spiritualia munia Coadiutor, vir miro animi candore, & integritate, atque eâ re toti ciuitati vehementer carus: tantoqueoperè captiuorum, & inopum iuuandorum studiosus; vt eorum bene magnum numerum, conquifitis eleemosynis, plerisque vltro collatis, sustentaret. Laborum tantâ, tamque indefessâ patientiâ, vt nunquam neque grauitate operis frangeretur, neque villo contagionis periculo à prestantâ mortalibus ope retardaretur. Grassabantur ineunte hoc anno contagiosæ quædam febres: ac dum ægrotis iuuandis, de more, præstò est, contractâ lue, nostro, ciuitatisque luctu extinctus est, anno ætatis suæ quadragesimo, quām venit ad Societatem vndeuicesimo, Alter occubuit Augusto ineunte

P. Petrus Phrearins, Coloniensis, qui dum in ergastulis captiuorum saluti, nulli parcens labori, nullo loco deest, ex contagione correptus pestiferâ lue, triduo abiuit è vitâ, ætate florentissimâ, & operâ maximè frugiferâ; trigesimum enim tertium, felici moriendo omne, agebat annum, decimumtertium in Societate; Philosophiâ, Mathematicâ, & Quæstionibus de iure conscientiæ iam tum explicatis, nec parum idoneus ad concionandum. Ante Idus Augustas cum occubuisse sic conijcio; quia ante crescentem in vrbe pestilentiam, scholasque clausas, quæ sub Idus occlusæ sunt, mors eius, aliorumque tanquam antegressa narratur. Iacobus tamen Stratus in suo Menologio M. S. refert ad diem alterum Nouembbris.

**C A P V T I I.**

*Vnus Friburgi; tres Fulda confetti.*

**F**riburgi Heluetiorum grassata quoque pestis, duos corripuit, alterum sustulit, ad diem quartumdecimum Septembris, & ex opere

opere charitatis in morbos collato, munitum sacris Ecclesie mysterijs ad beatorum domicilium transmisit. Is fuit

*Thomas Huster, Belga, oriundus è Zelandia, ad domestica ministeria formatus Coadiutor, qui vnde triginta annos in Societate, probando obedientia, & charitatis exemplo transegerat, & nunc prompta voluntate se addiderat socium Sacerdoti nostro, qui ad iuvandam urbem pestilentiam vexatam in periculum se demisit, cumque illo vetus Collegij domicilium segregatus à ceteris, hebdomadas aliquot incoluit.*

Fulda ministeria nostra, felicemque eorum cursum nonnihil huc etiam appulsa pestilentia intercidit. Scholæ primùm in arcem vicinam translatae; socij varias in oras excursionum nomine dimissi. Sacerdos unus cum socio Adiutor morbidorum auxilio è Collegio emissus, qui eam prouinciam adeò libenti suscepit animo, ut cum vis morbi remittere coepisset, ægrè se renocari ad Collegium ferret; malueritque eo in munere versari, quamdiu vel unus reliquus esset, qui suo auxilio indigeret. Ita tandem perstigit in suscepito, donec uno atque altero elato socio, ipse dum etiam sanguine afflatus lue extrema passus est. Ita omnino tres ibi, sacra capita, cecidere. Primus ad diem tertium Octobris

*Thomas Dusbergius, Coloniensis, Temporalis Adiutor, duos & quinquaginta natus annos, tricenos in Societate versatus. Successit illi primùm periculo in ministerio, tum verò etiam glorio in triumpho ad diem septimum & vicesimum eiusdem Octobris*

*Ioannes Nicolaus, gente Lotharingus, annum agens itidem ipse quinquagesimum. Vix dici potest quantà animi demissione, quanto feroce hanc obedientia materiam Ioannes, æquè ac Thomas, excepit; quantà dein pietate mortem in eo summae charitatis officio executus sit. Aiebat se cupere quidem, si Deo sic cordi foret, ijs in laboribus diutiis etiamnum verlari; at suo si ducatur arbitrio, latilius è vita emigrare, vt quotidianarum occasions noxarum vel morte præciderentur. Sic hi duo felices de statione abiēre. Ad extremum verò cessante iam vi morbi, Sacerdos ipse*

*P. Franciscus Fabritius, Belga, Louaniensis, formatus spirituialis Adiutor, duorum prægressorum funera suo ipse funere ad diem duodecimum Decembbris cumulauit, natus annos sex supra quadraginta, cum nulli unquam labori, quaquam horâ vocaretur, ægrotorum causâ, pepercisset; vt etiam inter dira tabe corruptorum cadavera Confessiones minimè cunctaretur excipere.*

*Sanctanderij quaterni mortui.*

**S**anctanderium, seu, Sancti Emerij portus, oppidulum est Hispanie ad Oceanum in Cantabriâ, vbi recenter à fundatione Collegij peste laboratum est. Ea nauigis è quodam inuecta Gallie portu, latè perusit, funestauitque Hispaniam infinitâ strage mortalium, & terrarum salinbrium sollicitâ custodiâ. Vt hic ea primùm cognita est, Medicus, & ij qui quâ in corpore quâ in anima opem asserre morientibus poterant, etuerò debebant, suæ potiis saluti fugâ consulueré, quâm publicæ. Quocirca necesse fuit, vt nostri Sacerdotes laborantibus præstò essent, & infectorum corpora, animosque curarent. Quæ Nostrorum diurna, nocturnaque sollicitudo auni vnius cursum impleuit; hoc enim pestis spatium finit. Duo sunt valetudinaria Nostrorum diligentia contagiosis instituta; quæ siti cum medicamentis Medici, & ad humanda cadauera velippiones accersiti. Viceni, tricenique quotidie, siueiente vi pestis, occidebant; & cùm dira lues ab ipso viisque inde principio Nostros affecisset, tamen in labore, summâ morbi tabifici dissimulatione, perstabant. Demum duo Patres, totidemque fratres pio miserationis in opere interierunt; quorum primus ad diem septimumdecimum Aprilis obiit.

Petrus Aluarez, ex oppido Torre de Aluarci, annos natus tres supra quadraginta, alterouicesimo Societatis. Secundus succedit, ignotum quo die

Petrus Orrius, domo Saguntinus, annorum quatuor & quadraginta, tredecim in Societate; vterque Societate dignissimus. Dein ad diem quintumdecimum Maij secutus est

P. Franciscus Conobius, oriundus Methymna Campi, homo simplex & rectius, quem animi candor vehementer ornabat. Is in hac peste tam sese virum prebuit, vt vocatus ad contagiosi hominis Confessionem, amico ut sibi caueret monenti responderit; operam se suam minimè denegaturum, tametsi mortiferam sibi eam esse Confessionem minimè dubitaret. Reuersus ex hoc officio verè pio in morbum incidit ex ægri congressu contractum, quo laxitus è vita decessit. Postremus occidit die quinto Iunij

P. Alfonsus Parraces, Segobiensis, qui annos plus triginta in Societate vixerat, in eaque quatuor ediderat votorum professionem, seque germanum eius filium dictis æquè ac fastis semper ostenderat.

BEL-

## B E L G I V M .   C A P V T I V .

*Andomari P. Nicolau Buri defunctus.*

**A**Vdomari grassata, ut cum maximè, pestilentia est. Iuuandis morbidis, iisque Sacramentis, & pijs firmandis monitis datus P. Nicolau Buri, domo Bethuniensis, strenuâ, & dignâ Societatis operâ. Is antequam abiret ex Collegio, à Sociorum consuetudine fœugandus, generalem Confessionem instituit, vota coram socijs instaurauit, erratorum suorum veniam supplex cum lacrymis poscitur, corum pro se preces flagicauit. Mox in arenam progressus, omnibus præstò tuit. Volumen esset, singula, quæ illi contigerunt recensere. Sed pauca, vt quodque obuiam fuit, referre, ex vñ fore arbitratus sum. In fœneratoriâ mensâ, usurarijsque rationibus operam pro Magistro dabat quispiam. Hunc pestilentia graui simè laborantem, iam morti proximum esse Pater audierat. Adit hominem, periculi imminentis admonet: dum tempus est, resipiscat; ipsum iam iam partis bonis omnibus, & vitâ spoliatum iri; præuerter illis se sponte abdicare, quæ mox est relieturus etiam inuitus, ob ea que in mortem lapsurus sempiternam. Durus homini sermo durioribus auribus excipitur. Cum monitis nil proficeretur, minæ, terroresque inferni multâ severitate proponuntur: mortem præsentem esse; efflatâ, quæ iam agrè retineretur, animâ, momento ipsum in horrendas æterni Iudicis manus deuenturum, solum, inopem, nudum, nullo adiutore, defensore nullo, nullo deprecatore, omni spe prouersus, præsidioque destitutum: neque integrum esse inde remeare, aut quæ facta nolit, irrita facere; nullum esse locum pœnitentiaz, neque culpx cognitionem amplius prodeste; sed dirissime desperationis plena omnia. Non absuit conatus Divina lux. Homo diuturnâ iniusti lucri consuetudine in suâ antè obduratus avaritiâ, præsentis mortis necessitate perculsus, tandem fortunarum omnium iniustâ possessione cessit, Sacramentisq; cum Deo reconciliatus, Diuinâ fretus miseratione, spci plenus è vitâ emigravit. Eadem arte paulò post adortus est Pater & ipsum mancipem fœneratorem, eadem in necessitate constitutum; & Diuinâ adiutus ope, omnium iniuite quæsitorum abdicatione cum Deo reconciliauit.

Multis alijs ægrotis, & in summâ egestate constitutis, non animis solum, sed corporibus etiam iuuandis, opem tulit. Ægrotas duas abiectissimo in loco, omni ope destitutas, indagando reperit,

acer-

acerbâ lue, & inediâ consumptas. Miseræ ad eius aspectum resumpto spiritu, multis cum lacrymis, quasi de cælo missum intuentur. Eas ipse eo, qui in re præsenti paribilis fuit, cibo recreauit, & pijs monitis, sacrâque Confessione expiauit; operamque dedit, idoneâ curatione ne destituerentur. Aliâ in domo matrem cum quatuor liberis pestiferis ulceribus affectos, atque omni leuamine destitutos inuenit. Prima cura fuit animorum, singulorum Confessione exceptâ: mox ad corpora curanda se conuertit: cibos illis suâ manu apparat, præbetque; post etiam ulcera detergit; medicamenta, quorum non erat ignarus, adhibet. Ita desertam familiam, quantum dabant tempora, refocillauit.

Alio tempore, eadem in re, & alterius animæ, & alterius tum animæ tum corpori subuenit. Egrota mulier conductâ habitabat in domo. Morbus pestilentie suspicionem fecit. Eius iussu, cuius erat domus, foras projectur misera sub dio, cælo pluuiio; & voluebatur in luto. Fortè Pater cum digno comitatu Sacram ferens ægrotis Eucharistiam, illac transiit. Tum miserandæ rei motus aspectu, positâ decenter sacrâ pyxide; suis manibus, fratre socio adiuuante, sublatam è luto reportat sub tectum. Erat dominus domus homo militaris, iracundo ingenio, ac præferoci, & per id tempus superuenit, atque in miseram ægrotam, Patremque furenter irascitur, omnique verborum acerbitate iubet illam exportari confessim; cunctanti arrepto ferro mortem minitatur. Pater fiducie plenus, nudat veste ceruicem, paratusque magno animo ictum præstolatur potius quam impium facinus admittat. Hic homini irato faces ardentiis admotæ; neque contumelijs in homines, neque impijs in Deum vocibus, sacrilegisque execrationibus temperare. Ea omnia Pater placido animo exceptit, & rem sanè periculosam, sed Diuino crediderim impulsu, ausis est. Ut olim S. Bernardus aduersus Duceum, Aquitanum, sacrosanctum Christi profert corpus, Agnoscere inter manus meas, inquit, Conditorem tuum, eundemque Redemptorem, & Iudicem supplex pronus venerare, tuque impietatis, & in miseram hospitam crudelitatis ab hoc veniam precare. Ad aspectum venerandæ Eucharistiae procubuere supplices, qui aderant: ipse miles pauore subito percussus abiicit se humili, tremensque, & à Deo, & à circumfusâ multitudine, sui furoris, magnâ animi demissione, veniam petit; totusque alium in virum mutatus, & miseræ hospitæ molestus esse desist, & nostrum Sacerdotem ingenti complexus est amore; atque ex eo tempore Sacrosanctum Eucharistiæ

stix Sacramentum mirâ pietate prosequi coepit.

Alteri ægræ mulieri sacra Pater hostiam ex ore iam sumptam eripuit, quod metus esset, eam ne stomacho nauseante reiçeret. Seruauit eam in diem posterum, ac cum in sacrificio integer ac sui potens, sine stomacho absumpsis. Multas hoc eodem ipso tempore lites vel composuit, vel diremit. Multos inter se rixantes interpositâ, quam gestabat, prægrandi Cruce, compescuit. Curabat animos spiritualibus auxilijs: curabat corpora cibis & pharmacis precatiō corrogatis. His, alijsque id genus frugiferis quotidie laboribus septem transegit menses; quibus transactis pestiferâ & ipse lue sublatuſ est. Vir magnæ in primis charitatis, & mansuetudinis: Obedientiæ verò laude, & sui contemptione, atque innocentia morum planè insignis. Semel & iterum sub mortem animum vniuersâ Confessione expiavit. Demum ad diem vigesimum sextum Maij ex his tenebris in lucem illam sempiternam excessit, incredibili ciuitatis luetu, quem iustis illi nostro in templo publicè persolutis multitudo contestata est. Corpus ad S. Dionysij in cœmeterio humatum est; vnde posterioribus annis ossa exarata nostram in ædem translata. Porrò cùm eo sublato nondum pestilentia deserbuisset, multis eam prouinciam magnâ contentione flagitantibus, successor illi datus est, qui studio Diuinæ rei promouendæ illi par, facultate dicendi etiam maiore præditus erat; cuius non ij modò qui in virbe cladebantur, sed etiam qui in vicis ægroti habitabant, fructum operæ senserunt. Tactus est & ipse, & socius laboris illi datus, pestilenti carbone; sed tuerque Diuinâ ope periculum evasit.

## C A P V T      V.

*Dnaci duo subtratti.*

**D**Vacensem quoque familiam hoc eodem anno funestauit pestilenta, duobus capitibus deminutam. Prior fuit, qui ad diem decimum Septembris occubuit

P. Engelbertus de Lastre, Cameracensis, annos natus quinquaginta, uno supra triginta in Societate versatus; vir in tractandis hominum animis apprimè industrius; & erga ægrotos charitatis indefessa; quæ res homini luem pestiferam, & ex illâ gloriam conciliauit. Alter ad diem quartum & yicesimum Septembris extinctus est

**Iudas Poalinus**, Duacensis, Coadiutor Temporalis, miræ simplicitatis & charitatis homo; qui cùm vltro suam operam ad morbidum curandum sacerdotem detulisset, contracto ex contagione morbo, ad aeterna & ipse præmia vocatus est, annos natus quatuor & triginta, tredecim exactis in Societate.

**ANNVS M. D. X C V I I.**

**BELGIVM. CAPVT I.**

*Duo Insulis extinti.*

**T**Res è Nostris hoc anno 1598. Insulis contagiosa lues absumperit; P. Quintinum Dennetieros, annos natum 60. ex quibus quatuor & viginti in Societate decurrit; virum cùm alijs rebus religiosum, tum sui ipsius demissione clarum, pauperumque ac rudium catechesi iuuandorum studio ad finem usque laudabili: quâ etiam in occupatione versantem mors & quassisse, & inuenisse videtur. Huic operam in Infirmary munere dum nauat

**Jacobus Preost**, domo Niuellensis, Coadiutor Temporalis, officio sartor, ipse quoque afflatus, & sublatus est Calendis Martij, Prohibitionis anno altero nondum expleto, tricesimo suæ aetatis, spe & virtute probatus. Huic adiunctus fuit

**Guilbertus da Columbier**, seu, Columbinus, Turquinio oriundus, Temporalis & ipse Adiutor, & munere Ianitor, mentis puritate, & mortuum suavitate ab suo nomine nequaquam alienâ. Prima eius commendatio in promptæ perfectæque Obedientiæ obseruatione versatur; nescias an priùs nutum Superioris conspexerit, an tetrâ lue laborantibus opitulaturus adsuerit. Tactum venenato contagio vis febris ardoris sic hominem versabat in diuersa, vt, ni quiesceret, agitatio nimia exitium ei esset allatura. Rogauit Rector, vt acquiescens Medico nonnihil se contineret. Ea vox usque adeò hominem inquietum defixit, vt omni violentiâ liberum crederes. Identidem has voces: *O Iesu, O Maria, O Pater Ignatis, O Pater Xaueri*, ingeminans, cùm unum de Collegio nominalisset, qui erratorum admissorum veniam in triclinio suo nomine postularet, feliciter emigravit die quintâ & vigintâ Martij.

## HISPANIA.

## CAPVT II.

O<sup>t</sup>io diuersis locis abstracti .

**I**llata superiore anno pestis è Gallia Santanderium , per varia Hispanie loca proserpsit , & Nostros aliquot varijs in locis nauantes afflatis corripuit , & sustulit .

Compostellæ primùm fames contagioni viam aperuit ; quā ingravescente Nostri mendicabulis , quibus inedia passim exitio erat , panis , carnisque subsidio succurrerunt ; eorumque simul auditu confessio ; id quod ijs etiam præstatum est , quos civium charitas vnum in locum collegerat . Post pestis initium nihil Nostri fuere tardiores . Auditini sunt & qui in Collegium contacti veniebant ; & qui foris peste grassante , Collegij fores pulsare non poterant . Denique contagio manauit ad Nostros , nullum periculum , animarum causā , fugientes ; & in proximorum salute procuranda vitam profudere duo Sacerdotes

P. Franciscus Montoya , Conchensis , annos natus duodecim quadragesima , & sedecim versatus in Societate , administrandæ Pœnitentiaz dexterimus , & superiore de leco ad virtutem hortator eximus .

P. Ludouicus Gutterrins , Legionensis , annorum sex & triginta , in Societate viginti , Concionator egregius , & humaniorum literatum benè peritus ; quodque præstantius est , morum suavitate misericordie carus .

Montortem Gallæciæ oppidum , eadem scuissima & infestissima cum perdidisset , Nostri quoque ad vnum omnes , Patres ac fratres , vnico , qui possessionem retineret , incolumi , perierunt . Mors tamen inuidenda magis , quam miseranda suit , præmissis summae charitatis officiis . Obiit ipse Collegij Rector

P. Ioannes Sa ; cuius & Romæ , & in hac Provincia satis erat spectata religio ; vir apprimè modestus , & tractandorum peritus artifex animorum . Nouitijs quondam præfuerat , quos & vitâ & doctrinâ mirabiliter instituebat . Patria erat Beneventanus . Reatorem secutus est

P. Ioannes Cobus ; domo Giennensis ; vir retè humilis , & mixtæ patientiæ : nam quidquid erat domi ponderosum , libentissimè subibat . Instabat & architectis , & operarijs in sumptuosa mole Collegij ; suâque ipse manu , operis vrgendi causâ multa faciebat . Sed pestis atrox Collegium opportuno administro priuauit . Duo insuper necessarij fratres adempti sunt

*Michaël Hallius*, patriâ Ocoënsis, annorum quatuor supra quadraginta, actis in Societate vicenis binis.

*Ioannes Ribilla*.

Naualcarneri, Toletanæ Prouinciæ oppido, eadem grassante pestiferâ contagione, magna tum laborandi, tum percipiendi fructus oblata occasio est. Sæuiente enim lue, indiesque crescente, ita creuit Nostrorum animus, ut nullum, quamvis apertissimum, periculum, magnâ cum populi admiratione, tum existimatione Societatis noui adierint; quo in discrimine ad mercedem capiendam vocati sunt

*Eugenius Palominus*, Noblesensis, anno altero tricesimo ætatis, septimo Societatis, ad diem Maij sextumdecimum; &  
.  
*Ioannes Inceda*, ad diem pridie Calendas Iunias.

## GALLIA. CAPVT III.

*Camberij P. Renatus Coterellus sublatus.*

**C**Amberij, quæ princeps Allobrogum vrbs est, hoc anno pestis iterum scholas dissoluit. Nostrî verò pro Societatis charitate, & grise animis, & corporibus procurandis non defuerunt. Inter hæc tamen cùm incendium istud Ciuitatem indies vehementius peruaderet, à nostris etiam ædibus non abstinuit; ac primum Collegij Ministeri P. Benedictum Gerbaeum; deinde Æditum, cui nomen etiam Benedicto, surripuit, & vtrosque biduo absumpsit. Iis dum magro studio, & incensâ charitate ministrat

*P. Renatus Coterellus*, patriâ Andegauensis, annos quinque & quinquaginta natus, sex & triginta emeritis in Societate stipendijs, suscepto summâ voluntate, & alacritate ad obedientie nutum eo periculo; intactus ille quidem, atque integer perstigit tantisper, dum illis domi præstò fuit: at in suburbano tuguriolo, dum luem quadrangulari secessu eluit; & ardentius interim aliorum peste contactorum casulas obit, moribundosque solatur, & erigit, eadem quoque ipse pernicie occupatus est, & paucis diebus extinctus, ad diem trigesimum Augusti. Vir sanè tam glorioso exitu dignus; qui militâ simplicitate, humilitate, charitate, ipsos vigintiquinque annos, in erudiendo infimæ classis elementario puerorum gregem, indefesso, constantique labore ponere, iucundum sibi duxit & gloriosum.

LVSITA-

## LVSITANIA. CAPVT IV.

*Vnus Vlyssipone abreptus.*

**L**Vsitaniam omnem hoc, & in sequente anno pestilentia longè, late-  
que funestauit; sed Vlyssipone præ alijs vrbibus edidit stragem  
multò grauissimam. Septembri huius anni exeunte mercatores ex-  
terni nauim appulerunt; quam fama est Gallæcia oram, & portus te-  
nuisse, quo tempore ea Prouincia pestis incendio deflagrabat. In-  
curiâ forte Magistratum, vel auaritiâ institorum, raptæ in terram  
merces, spiritu incluso crumpente, proximos affarunt. Isti cùm  
secum ignari detulissent, eos quibuscum agebant, quodam pestifero  
contactu percusserunt. His initij clancularijs incessit, donec Oa-  
bri mense aperta contagio se prodidit. Tum demum rati Magistra-  
tus maturanda esse præsidia, quibus tanti vim mali arcerent, fre-  
quentes conueniunt ad Domus nostræ Præpositum significant aperte  
sine Societatis ope vrbe amplissimam, nullam esse; orant ut spe-  
ctatis antehac semper charitatis officijs opitulentur: pecuniam ad  
Ieuandos inopes abundè paratam esse, aliam deinceps temporis con-  
fore. Delectam iam esse opportunam fædem (salutis ædem appellant) orare ut eam Ciuitatis iuuandæ partem capeant, edque mittan-  
tur, quorum esset prospicere hominum saluti, qui ab vrbe taeti pe-  
stientiâ eò deferrentur. Egit P. Præpositus gratias, quod erga So-  
cietatem id esset amplissimi iudicium Senatus. Ad opem animis fe-  
rendam, quod nostri instituti esset, Patres minimè defuturos; ad  
ædem salutis ituros, qui opus essent; designandoisque cùm oportea-  
ret, qui per vrbis regiones irent, ægros inspicerent, eorum confes-  
siones exciperent; reliqua que ex instituti nostri ratione possent,  
debitâ sedulitate præstarent. Sed pecuniam destinatam accipere,  
tractare, largiendo diuidere, imò & cibum, ac medicamenta ex al-  
bo ciuitatis curare, id & alienum à nobis esse, & potioribus auxi-  
lijs, hoc est animi, impedimento fore; ad hæc etiam & inuidiæ ob-  
noxiam esse, & opportunam calumniaz. Non displicuit responsum  
Magistribus, & illa pecuniæ contemptio auxit virtutis existimatio-  
nen. Incredibile dictu est quanto certatim studio sibi quisque So-  
ciorum eam prouinciam deposceret; ut vel Conimbricâ nonnulli ac-  
currere, si per Superiora licuisset, ad periculi societatem stude-  
rent. Quoniam verò multarum Vlyssipo nationum sedes est, ne  
proprium carum vlla subsidium desideraret, delecti quoque earum

linguarum Patres sunt , qui præstò illis essent . Quæ autem à Nostris fuerint tantis temporibus allata calamitosis subsidia , quæ præstata pecciferis opera si vel obiter velim attingere , nedum explicare iustâ narratione , integri nec sanè exigu voluminis opus esset . Cui fuerit animus poterit eius aliquod vestigium ex Annuis repeteret , vnde rei magnitudinem valeat estimare . Ceterum conflagrante ciuitate paucos è Nostris , pro periculi , rerumque gestarum gravitate , incendium illud extinxit . Vnus hoc anno per Decembrem occubuit , reliquis in alterum annum tantisper reliquit

P. Laurentius Ortega , gente Belga , quem virum Nostrum existimat numerari posse cum ijs , qui primi fidem docuerunt orbem terrarum , veram sobolem , atque germanum Societatis . Morbum contraxit à suis Belgis , quorum erat iussus animos curare . Utissimum illi genti fuisse constat . Festis diebus cogebat omnes , & pietatis Christianæ non elementa modò , sed cetera explicabat . Belgas , Gallos , Germanos audiebat , & plurimos perfidæ notâ maculatos ad fidem reuocauit .

A N N Y S M. D. X C I X.

## LVSITANIA. CAPVT I.

Vlyssipone præterea extinti sex .

**A**D hunc etiam , vt iam dixi , pertinuit annum pestilentia , quæ Vlyssiponem , atque vniuersam affixit Lusitaniam : & secundum Laureatium Ortegam , qui extremo anno superiore sublatus est , successere hoc anno , incertum quo tempore , tametsi eum Iacobus Stratius suo in Menologio M.S. ad diem 5. Nouembris referat in eum mensem .

Emmanuel Laurentius , Vlyssiponensis , Coadiutor Temporalis formatus , anno uno quinquagenario maior , ætis in Societate quindenis . Comitabatur Patres , qui concursabant urbem , ijsdemque magno animo ministrabat ; obedientiæ , bonique nominis laude insignis . Tertius occubuit , sed hoc anno secundus

P. Ioannes Olingo , patriâ Hibernus , annos sex & quinquaginta natus , sexdecim in Societate versatus , quem sanctissime semper vivisse animaduersum . Externarum gentium homines , qui venentes perfidæ obbiberant , fidei , Ecclesiæque complures restituit . Seminarium

nariunt iuuentutis Hiberiæ, cuius instituendi pars magna extiterat  
quaquà viâ poterat, magno studio iuuabat, docendo frequens, &  
corporibus consulendo procurator assiduus. Post hunc

*Melchior Diaz*, Villapicensis, annorum tricenum quinum, &  
duodenum in Societate, Februario mense decessit, cuius à pietate &  
charitate non exigua commendatio est. Quintus occubuit ad diem  
vndecimum Februarij.

*P. Calixtus à Mora*, Lusitanus generis, sed in Bahiâ Brasiliæ na-  
tus, eductus, & in Societatem cooptatus, vnde paulò ante coortam  
pestilentiam venerat Vlyssiponem; vir tractabili ingenio, & perfa-  
cili ad ea omnia, qua Moderatoribus viderentur, suscipienda. Vbi  
verò pestis inuasit, ipse Collegij Rectorem adiit, obtinuitque sibi, vt  
liceret urbem peragrare, quoque lue percusso inueniret, audire  
confitentes. Itaque matutinus cum fratre socio sacrificabat; inde  
ad laborantes carpebat viam, & assiduus ijs opem præstabat ma-  
xime, quos præ ceteris depositos, destitutosque reperiebat. Ita vir  
optimus discurrendo, excitando egros, ad benè moriendum ani-  
mando, inopiq' consulendo, nihil omisit, vnde in albo esse debeat  
eorum, qui eam prouinciam magno sui cum desiderio, tum præco-  
nio tenuerunt. Sextum moriendi locum mense Martio ad eius diem  
sextum habuit.

*Didacus Diaz*, Lusitanus, Temporalis Adiutor, qui grauissi-  
mis doloribus ex ipsa natis pestilentia interiit. Cum valebat, Su-  
periorem rogauit, vellet, iuberetque, vt ijs ipse adesset, quos tetra-  
lues perculisset. Concessum, vt *P. Ioanni Olingo*, & *Emmanueli*  
*Laurentio* mederetur. Non dubium, quin eos consecutus, huiusc  
beneficentiz præmium acceperit; præscriptim cum obedieado is fuerit,  
vt Societatis germanam se prolem semper præstiterit.

Iam verò tametsi vis illa pestilentia mense Julio remitteret, &  
yrbis acerba deformatio desineret animos, oculoisque intuentium of-  
fendere, luxque oborta sanitatis spem erigeret omnium; ne tamen sine  
corollario tam atrox inimica abiret, Augusto mense postremum pere-  
acutâ febri percussum interfecit; is fuit

*Sebastianus Gonçalvez*, Temporalis Adiutor, qui à peste liberatus,  
vagantibus adhuc per urbem Patribus ad reliquias mali conuellendas,  
se comitem præstitus, eoque in opere pleno discriminis, atque aleq' mor-  
tem concinuit. Frater fuit longè optimus, & Domus eius Professi perue-  
tus incola, boni exempli, leni ingenio, quem nemo viderit commotio-  
rem domi sorisue cuiquam ynquam respondisse.

## C A P V T . I . I .

*Conimbrica quoque dira pestis.*

**C**Onimbricam pestis haud multò minus, quām Vlyssiponem, vnde vnius hominis importunitate allata est, hoc eodem anno funeravit. Ille sui muneris autoritate, quod iuris dicendi quandam haberet potestatem, Vlyssipone véniens, inuitis Conimbricensibus inuenitus in urbem est: & suam attulit scintillam, quæ somite correpto, grande misericordia incendium. Hæc Ianuario coepit sunt. At in eunte Februario, cùm inualesceret magis magisque contagio, fuga fecit urbis soliditudinem; quā quisque potuit, evaserunt. Tres ex Nostris in villam Collegio propiorem ab usque Ianuarij principio secesserunt, inde opem laturi ijs, qui ab urbe tacti lue in salutis ædem vehebantur. Erant illa castra (sic locum appellabant) lamentantium plena, referta malorum omnium, quæ homines reformidant. At ille noster triumvirus ita decertauit, ut vix credi posset tria corpora tantum laboris sustinere potuisse: & duo erant ætate grandiores, quibus si quies daretur, nemo non diceret benè collocatam. Omnes tres incolumes ad Quadragesimæ ferè exitum viixerunt: quæ gesserint molestissimis temporibus, quoniam quidem infinita sunt, ita perstringam, ut ex paucis quāmplurima, ex quotidianis ea, quæ grauiora euenerē haud ægrè possint estimari. Princeps operis fuit

P. Georgius Tanora, Lusitanus, ex oppido S. Georgij de Pesquera, biennio antè creatus Coadiutor Spiritualis, cuius virtutes maximæ compendio per summa capita duntaxat à nobis attingendæ sunt, quando superioris æui negligentiâ singillatim eius præclarissima facinora ad iustum conficiendam historiam adhuc proditæ nequam sunt. Hic est ille nimirum, qui insigni charitate iacentes in publico, inediâque confessos in hospitia tollebat; hic qui miseratus nuditatem, corpora vestiebat; hic qui ob squalorem tetra repurgabat; hic qui capillum pauperibus rondebat; qui artus deformatos ulceribus tractabat; hic qui pulcherrimo facinore Restorem Conimbricensis Academiz docuit aliquando (ita iste aiebat) Christiana officia exercere. sic ea res acta est. Redibat fore domum acclui fatigatus itinere Georgius, cùm ad Academiz porticum gementis pueri lamentabilem vocem audiuit. Iacebat in aperto, ferè nudus, specie quām citissimè morituri. Pater accedit; propius assidet, compellat,

pellat, consolatur, rogat ecquid animum expiare confitendo velit. Ea re peracta, sordidum, algentem, inediā, morboque fatiscentem ingeniosā charitate complectitur. Calidam è proximo petit, vestem quærit; ipse posito ex humeris pallio lauat, induit, cibo recreat, in hospitium deferre parat. Ea mirari populus, laudare, quædam etiam polliceri. Excivit fremitus ipse multitudo Rectorē Academæ agentem in proximo, despexit è superiore fenestrâ quid ageretur; & allelus exemplo, suam aliquam esse voluit eius pulcherrimi operis partem; testo recepit inopem, & cibis aluit, professus hisce documentis exercenda Christianæ pietatis sedidicisse rationem. Sed hæc Georgio quotidiana fuere; qui domi, foris, in Collegio, unus ex humeris pallium non deponebat, expiaturus numerum ingentem omnium ordinum, qui ad eum confitendi gratiâ properabant. Et nox illi non vacabat; surgebat quæcumque horâ, & per noctabat; ibat ad eos, qui varijs casibus moriebantur; vultu quodam ad speciem ingenuo, dato à naturâ, ut domesticos, & externos hilararet. Hæc ille cum egisset assidue, tamen hoc certum est, eum ultimis vitæ temporibus ardentius in eas actiones impulsus, è quibus non posset alia morienti, laus concedi, atque ea quâ magna charitas sui amatoribus procurat; ut eum profectò debeamus agnoscere unum fuisse ex optimis commilitonibus, quos aliquâ memorâ Societas eduxit. Vnum quodpiam eius excelsæ virtutis, atque animi rudimentum inde usque ab tirocinio præbitum, ad admirationem referre consilium est: quod quidem factum est maiore Nouitij obedientis virtute, quam imperantis Magistri prudentiâ. Considerat ceteros inter nouitios, qui haud pauciores octogenis id temporis erant, ad respirandum, de more, ab æstu diurnarum functionum. Submissus ab Magistro Novitiorum minimus natu tironum, ingentem illi colaphum, qui totâ eâ aulâ personuit, imprudenti infregit. Horror uniuersos, & insolentis facti admiratio incessit. At

Georgius ipse perinde, quasi truncus aliquis ictus foret, sic immobilis præstítit,  
& sui potens; maioremque eius  
constantia, quam experi-  
menti nouitas habuit  
admirationem.

† † †

## Gesta in peste à P. Georgio Tauora.

**S**ed quæ furente pestilentia P. Georgius egit, etiam attingenda sunt, quando ea modum quoque peruvlgatum excedunt. Sunt qui recordentur audiuisse de ipso, priusquam Lusitaniam hæc lues inuaderet, optare se, quod sine Dei offensione, & Regni calamitate fieret; pestem aliquam teterimam, in qua se ipse pro salute hominum deuoueret. Igitur obortâ pestilentia se contulit ad Rectorem, non deprecaturus ille quidem, ut sibi ad id bellum licaret proficisci; sed suo quasi iure eam fortitus prouincia, extremitum allöcuturus, adeò elato animo & confidente, ut ipse Rector obstupuisse sese fateretur. Abiit è Collegio cum socijs optimè animatis, non dissimili alacritate lœtis; & opportuno tempore, tamquam miles exercitatus è statione procedens, neminem co igne afflatum sine confessione relinquebat. Crescebat indies mali vis, & parem ipse diligentiam opponebat; neque vinci se patiebatur, et si vnius hominis impar viribus onus videbatur. Et quanquam satis laboris erat, in ijs alleuanis, qui ex vrbe foras in oliueta pellebantur; tamen ut sciret multos intra moenia decumbere, morique, quos Sacerdos nemo contentes audiret; quia ægri ipsi verebantur, ne, si eum accerserent, detexerit, mox in salutis ædem raperentur, in hanc sententiam litteras ad Rectorem dedit.

Intellexi in urbe plurimos esse, qui interire malunt, quām prode-re agritudinem: his non est, apud quem onera conscientia deponant. Si Antifiti, & Magistratibns videbitur, ego in urbem ire possem. Incēdam preferens. vexillum illo ipso more, quo vespillonis sandapila mortuos effrunt. Ita & urbani agri, & eiecli in exilium mihi cura futuri sunt; utrisque animum, & voluntatem non arbitror defuturam. Eadem in epistola hæc deinde subiungit. Nuper aliquos in hanc arenam deportatis, euocatus ab ipso prandio quām celerrimè. In tugurio puerum, & mulierem inueni. Hanc, quod metus esset citissimè morituram, statim audiendam putavi. Puerum viribus fractum, cùm mouere se minime possit, susstuli in humeros. I ascor appulsum sensisse me natura reluctantis. Sed stat sententia nihil corum admittere, qua hoc officium, in quo versor, quoquo posint medo retardare. Testem hunc propositi Deum esse volui; ille animum ad optandum; ille ministrat vires ad agendum; neque ab incipio recocabor, et si repentinio impetu pestilentia me subito intelli-

*pelligam moriturum.* Ex his non est difficile cognoscere, quām promptus esset in animis hominum medendis; at parem adferebat operam in leuandis corporibus.

Pauperes, quos ab urbe depellebant, complexus, ut poterat, alebat. Frigore & inediā multi periēre; longē pluribus perituris, nisi opem ille attulisset. Cum verò tempus anni leuum esset, & illa multitudo recto careret, ipse tuguria ijs exstrui curauit; iuitque pedes ad cædendam materiam tria millia passuum, & delatam componebat, suis manibus vallos ficebat, sepiendoque virgulta tenebat. At cum pestis hos iam quoque inopes inuasisset, ne non confusi examinarentur, persuasit, ut antequam infesta pernicies eos adotiretur, se ritè expiarent. Dolebat contuens illos vultus inediā haustos, illa corpora sine sanguine & colore, languentem maximè pueritiam humano præsidio orbata. Obtinuit ut è suo vietu partem liceret detrahere, detracturus omnem, si licuisset. Cum pergebat ad sacrum faciendum, circumstabat euntem grec exsanguis puerorum, quibus dabat & quis portionibus dividendo demenū. Facto sacro visebat & gros, qui Confessione egebant; operâ & voce vnumquemque leuabat. Hæc, atque alia talia prædicabilem adeò effecerunt, ut tanquam de communi parente viuensi de eo loquerentur; & harum odor virtutum ciuitatem mirificè recrebat. Religiosus alterius Ordinis ab nostro, qui iisdem in rebus operam strenuam nauabat, dicebat eum virum Societatis ornamentum esse, viderique dignum, cui viuenti statua publico Nostrorum consilio decerneretur.

Tertio iam mense Coimbrica desflagrabat, cum illum tandem cuiusdam moribundi, quem assidebat, venenata aspiratio infecit. Aduolauit in Collegium acerbis rumor, qui oinnes ita commouit, ut se su quodam moestiore doluerint. Occurrebat non solum Patrem omnibus carissimum periclitari; sed eo moriente, extingui lumen, quod Conimbricensium Ignatium vocabant populares, ut gloria esset Conimbrice, quod Patre simili potiretur, & quem Vlysponi opponeret, glorianti se Ignatium Martinum habuisse. Declararunt omnes studia in eum sua, cum frequentes à Deo, à Magna Matre, à Diuis Calitibus ante aras precarentur, ut cum seruarent; & P. Rector nullum neque diuinum, neque humanum remedium distulit, quo sospitari posset. Tenuit dies quinque & gritudo, tantâ patientie laude, aliarumque virtutum, quantam quis à sanctissimo quoque posset sperare. Illum denique viribus non robustum,

sæuissimo morbo haustum, laboribusque confessum absumpfit, die quinta Aprilis, natum annos quatuor & quadraginta, quorum septem & viginti meruerat in Societate. Eum cum sandapilarij efferrant ad proximum Sacellum, ciulatu ea castra, & gemitu omnes in ea relegati compleuerunt.

Commouit ea mors Collegium vehementer, & secura trepidatio, non ea, quâ consternati animi fugam capessere meditantur, sed quâ excitati, ruere in ipsum periculum contendunt. Accensi Patres, fratresque certatim ad varia officia se obtulerunt, quidam ad eos curandos, quos pestis vulnerârat, alij & escas ijsdem, medicinalisque deferrent; alij ut eum locum occuparent, quem Tauora moriens reliquisset. Tanta ea fuit contentio, ut celeritate, cursuque putarent impetrandum, si primi Rectorem postulando circumsternerent. Non defuit; qui syngraphâ expugnare voluntatem severius adoriretur: ille, quisquis est, ita tendebat: *Tibi Patri Rectori locum Dei occupansi offero meipsum, Tauora defuncti prouinciam habiturus. Agnosco me Deo debitorem, quod ab Orco sapientis retraxeris, in quem ego me vecors deieci; & cum piacula quoque ex scriptio retulisset: Ea propter, inquit, de me, Pater, quidquid iudicaris, decerne liberaliter; felicitati tribuam, si Obedientia mandante ea expiauero sepulcrum aliquod sordibus infame consecutus, quo nequeo meliore sepeliri: sicut erit propter Deum obsequendo interisse.*

## C A P V T      I V .

### Duo alij Conimbrice mortui.

**I**NTERA duo illi, qui Tauoram comitabantur, adhuc intacti, licet fractis penè viribus, animo tamen ad omnia perferenda anhiente, operam ijs nauabant, qui per illa oliueta decumbebant, quique pertinebant ad salutis ædem.

Sed vrbs ipsa funeribus abundabat; & Nostris atrocior ea iam conditio apparebat, quod nemo esset, qui ægrotis assideret, cosque confitentes audiret. Deplorabat hanc ciuitatis orbitatem quidam Pater illâ ipsâ horâ in ista cogitatione defixus, dolebatque ex Societate non esse, qui illa in acie versaretur; cum vocatus à Rectori, de ipso eodem audiuit; quæ paulò antè cogitârat. Visum eam illi dandam prouinciam, quæ in salutem multorum, & Societatis existimationem redundaret: yideret modò; quem sibi dari socium vellet.

Cum

Cum gratias egisset, quod vlerò res opata deferretur; de socio respondit, se neminem Petro Francisco male. Cui cum denunciatum fuit, exilijs gaudio, Rectorique professus est, nihil in vita sibi potuisse iucundius evenire. Ergo tunicati ambo, & pileati nigrâ telâ, quæ oblita lomento, & compressa, aërem non retinet, à Collegio exiēre. Egressi omnia loca vrbis perlustrarunt, & voce, quæ audiri posset, adesse se denunciavere, si qui suâ operâ vtive-ling, seu dies, seu nocte malint, vocare ne cunctarentur. Civitas in communis lucu hoc gaudij, solatijque habuit, & versa in Societatis laudes, multa commemorabat. Lustrabant urbem assidue, & hos in publico, illos in septis, alios è fenestris confitentes. Pater audiebat, ad quas erat scalis ascendendum. At quando huius non erat industria locus, frontes signo Crucis armati, subibant ædes, quamuis id lethale haberetur. At dum Pater in ægris audiendis tempus poneret, socius ardenter singulos, plures, vniuersos, qui coibant, admonebat officij, cauerent studiosè peccata, quæ bellum cum Deo inexpiabile concirent. Concurtabat urbem, & discebat quibus locis & vicis ægri iacerent. Patrem orahat idem, ut mox quemcunq[ue] peste tactum ad cohendum hottaretur; neque enim sat esse tutum, in diem alterum differri animi medicinam. Et fuere plurimi, qui sui errore iudicij sine Confessione perijssent, vslrâ temporis exclusi, ni fratri importunitati saluberrimæ concessissent. Longum esset, singularia documenta referre: mihi summa laboris capita indicasse sat est.

Ceterum cum nec nostrorum vires tot laboribus pares vide-rentur, nec ijsdem pestis parcere decreuisset, modò hunc, modò illum atrociter quatfecit; & Patrem grauter primùm adorta, Deo magis volente, quam medicamentis à Collegio submissis, repulsa est. Feriâ secundâ ante Christi Ascendentis solemne festum agrotauri; pridie eiusdem diei conualuit, & cum socio illi ipso soleunni die abiit in templum scrutoris ad sacrum faciendum. In eo cùm esset, is quem dixi socium esse

Petrus Franciscus Bracharen sis, tanquam maligno aliquo sidero correptus in solum ruit. Ad se cùm rediisset, & non inani coniectura putasset eum sibi diem fore supremum, quo sacrâ Eucharistiâ potiretur, eam tanquam è vita decessurus accepit. Inde cùm ægerrimè domum reuertisset, vt paratiorem ad moriendum se præberet, totius vitæ labes confiteri perrexit; & Pater testis lacrymarum eius, exposuit, quantum virtutis in eo fratre, toto vitæ curriculo ad extre-

mum enituisset. Itaque tabe confectus euolauit ad cælum eo ipso solemini die, qui in diem vigesimum Maij eo anno concurrit, ætatis anno vno & quinquagesimo, postquam in Societate septem & viginti pernixerat, formatus iam pridem Temporalis Adiutor.

Iam Maius abierat funestus, & Iunius mensis nihil clementius afferebat. Duo illi, quos P. Georgio Tauora dixi fuisse superstites, adhuc in villâ morabantur. Alter eorum erat

*Iudouinus Antonius, Lusitanus, Loruanensis, honestis ille quidem & nobilibus ortus parentibus, sed qui voluerit Coadiutorum Temporalium in ordine, studio humilitatis, vestari. In ea per longam aetatem ita se omni officio tractauit, vt inter clarissimos nostri Ordinis viros collocari mereatur. Diutissime folidus in culina, in laniana cruentus, cum ipse boues, arietesque mactaret; fumo fuligineque niger, cum panem coqueret; medicamenta redolens, cum infirmis mederetur. Sic per omnia genera laborum exercitatus, nihil adeò abiectum fuit, quod ille non libens, & alacer praestit, nihil adeò asperum, quod non fortiter pertulit, quidquid viro obedienti longa potuit vita proponere. Sed eum quinque menes extremi Deo clarum obtulerunt. Eâ enim in æde, quam vocabulo salutis honestarunt, admiranda charitatis argumenta prodidit. Quos propinqui sui viuos non audebant attingere, non efferre, sepelireque demortuos, ipse brachijs complexus attollebat; in his medendis curam, diligentiamque ponebat; cibum in os inferre; ex suo viatu, quod venia Superioris liceret, deductum egentibus porrigeret. Quidquid dabatur otij, horto colendo tribuere, vt esset olus, quo egentes, quoque ægros recrearet. Hæc quanquam hominem quemvis lacertosum defatigare poterant, illi tamen non eripuere labrandi voluntatem. Patri socio, cum in ægritudinem ille cecidisset, ita auxiliatus est, vt nihil omitteret, quod vir excellenti praeditus charitate, & diligentiâ cupidè præstare posset. Nam & ante morbum, redeuntem è statu illis, fractum conspectu morientium, lassum confitendi labore quam grauissimo, immersum stupore quadam ex tabe tam latè peruagante, erigebat consolando, brachijs iacentem attollebat, respuentem cibum ad cœnam prouocabat. Quibus officijs quemvis patrem filio ægrotanti seruientem longè superrabat. Et ambo colloquijs suauissimis mutuo se consolari nitebantur. Quanquam illa colloquia, in illa solitudine, habita inter funera & comploratum, in lacrymas abibant; præsertim cum utriusque ad eas sua esset animi mollitudo. Ille frater ad Patrem hæc:*

*Netu,*

*Ne tu, inquit, mi Pater, vereare in tanto malo orbitatem. Si volente Deo, in hac præclara occasione moriendo, te pestilenta tentarit, intellige à me vino te non deferendum fore. Et manabant dicenti lachrimæ, quæ os illud irrigabant suâ charitate & probitate venerandum. Excipiebat Pater spondentem: Quid non faciam, Carissime; si tua me agritudine Deus inconsolabili dolore afflixerit? Assidebo, seruam, ministrabo. Nihil à tuo latere me diuellet, nisi ipsa mors, qua carissima capita disungit. Hæc duo senes inter se iactabant; quorum vitæ insidiata pestis, cum alterum non abstulisset, alterum aggressa breuiter consecit. Nam post quintum mensem actum in sancto exilio, pridiè eius diei, qui Christi Seruatoris Corpori consecratus est, tentari morbo Ludouicus coepit, & scissâ venâ plurimum sanguinis effudit. Ita affectus, ita æger, pietatis amicissimus, ad illius diei celebritatem allectus, dedit operam, ut sibi Patrique latus esset. Fronde festâ conquisitâ, domum laceram, & vento peruiam adornauit; conuestiuit altare situm ad fenestram. Ipse linteatus Patri Sacrum facienti ministravit: Sacram Eucharistiam accepit; suis lacrymis exciuit multitudinem, quæ ab oliueto interesse solebat; fleuitque largiter contuendo. Sequentes dies eodem modo egit: Sacrum audire, pasci cœlesti cibo, animum confirmare. Sed cum magis atque magis augesceret mali vis, in cælum tandem euolauit unde uigesimo die Iulij, cum ætatis annum sexagesimum sextum, in Societate verò quadragesimum sextum consecisset, propositi semper, & primævæ suæ vocationis obseruans. Extulere fetetrum vespillones. Pater linteatus cum face & Cruce prosecutus; quique per illa oliueta vagabantur; propè P. Georginm Tauoram, pientissimè omnes precibus & lacrymis, & cantu funebri parentarunt.*

## C A P V T . V.

*Angra moriensus P. Franciscus Fernandez.*

**C**uitas Angra in Insula Tertia, Lusitanici iuris, quanquam Oceani vastitate interpositâ procul à Lusitania sciuncta, commune Regni supplicium ipsa etiam experta est. Phasculo vecta nauigauit occulta pestis, & septem menses debacchata, septem millia capitum interfecit. Urbis in tanta calamitate iuuandæ prouinciam petijt, & consecutus est

*P. Franciscus Fernandez, Trancosensis, cuius probitatem non Angren-*

Angrenses modo cognoscebant, sed alix Insulæ non raro expertæ prædicabant. Erat illius accola Collegii diuturnus vndecimo iam anno, domi & foris idem exemplo vitæ integræ, & omnibus officijs religiosæ charitatis. Ergo cùm se deuouisset, oninia peregit tam ardenter, ut domesticis exemplo esset, exteris stupori. Die, nocteque ægris assidendo neminem præteribat, confitentes audiebat omnes, & quamplurimos, quos emori fame cernebat, conquisitis remedijs leuabat. Nam & fames hanc Intulam, cetera copiosam, & tritici feracissimam, ut alias Regni vrbes, vnâ cum pestilentia fatigauit: & aduersus vtrumque malum ardor ille, & concitatio animi, que in Patre insederat, totis viribus decertabat. Hæc agentem mirabilì constantiâ, atque hominum laude, pestis inuasit; breuique laboribus fractum corpus delevit, Augusto mense, annos natum tres & quadraginta, tredecim in Societate. Secum non modò detulit ornamenta virtutum; sed etiam lacrymas Angrensum, uno ore deplorantium, pauperum parentem cum peste & fame dimicantem interiisse. Voluit Collegium celare mortuum, ne populares nimis commouerentur. Sed erupit fama tamen; & mox è fastigio templi maximi æra campana sono lugubri concrepuerunt, interiisseque Patrem, contra eius temporis morem, vulgarunt, cùm esset interdiuum, ne cuiusquam in funere pulsarentur. Funus magnâ frequentiâ celebratum, quod sauiente pestilentia rarum est; nec lacrymis caruit amicorum; & passim Angrenses aiebant, neminem eâ totâ in Insula mori potuisse, cui iustiore dolore ab se iusta soluerentur. Et verò hunc sensum expressum lacrymis magnâ ratione virum illuminuisse compertum est: ea fuit illi charitas; is in hominibus tractandis amor & benevolentia.

## HISPANIA. / CAPVT VI.

*Aliquot Numantia, Salmantica, Villagartia.*

**H**Ispaniam hoc anno prope modum vniuersam dira lues peruagata est; sed nullam æquè Provinciam affixit, atque Castellana; in qua cùm sese prodigè in proximorum opem socij effunderent, admirandis prorsus operarijs exhausta, & propè attrita est. Eorum præclarè gesta cùm nequierim assequi, referre singillatim non possum; imò vix nuda nomina, tanquam luceras è naufragio tabulas, colligere potui. Valebit tamen ad aliorum incitamentum vel ipsa tantum

torum virorum fortitudo tanto numero recentita. Igitur quos vitam prodegisse, ut pestē affectis seruirēnt, cōp̄etio; iij sunt, quos deinceps describam. Numantice Calendis Ianuarijs

*Franciscus Velascus*, patria Torrecilla, vno & septuagesimo octatis anno, tertio & vigesimo ab suscep̄ta Societate.

Salmanticæ ad diem quartum & vigesimum Februarij

*P. Martinus Araoz*, patria Onnatensis, sex & triginta annos natus, actis in Societate tribus & viginti. Tum ad diem septimum vicefimum eiusdem Februarij

*P. Ioannes Ximenez*, patria Prexemensis, vir egregiā planè virtute, & cūm esset à natura austriore ingenio, mirabilem à Deo tractandorum animorum vim, facultatemque acceperat, quā plurimos Salmanticæ viginti, quos ibi demoratus est, annis ad religiosæ vita studium impulit. Multos corrogatis auxilijs alebat adolescentes inopes in studijs litterarum, ad virtutis & sapientiæ sobolem. Nulla illi vñquā confuetudo, nullus sermo, nisi de Deo, vel qui ad Dei gloriam pertineret. Magnum cuiusque ordinis hominum numerum spiritualibus consilijs procurabat; quo maior cius deinde sublati desideratio fuit. Missus ad conueniarum pauperum, quos magno numero suis sedibus fames expulerat, inopiam leuandam, nocte ab longa morbidi homini audienda confessione domum regrediens, nihil cunctatus, nullā cibi, nullā quietis parte postulata, confessim eō se contulit; ibi squalore, atque illuie morbidorum corporum afflatus, illā suā charitate morbum sibi, mortemque conciuit, annos natus vnum & quinquaginta, vicenis quinis actis in Societate, in eaque vota quatuor solemnia iam antē professus. Successit ad diem Martij quartumdecimum

*Franciscus de Herrera*, Scholasticus, domo Abulensis, duodecimo vitæ, octavo Societatis stipendio; quem vñā cum P. Martino Araozio intentum charitatis operibus, intolerandus fœtor ex affectorum corporibus infecit, & breui consumpsit. Ad octauum verò Iunij diem

*P. Franciscus de Zamora*, Beneuentanus, operarius nobilis, & pauperum tutor insignis, anno vitæ tertio & quinquagesimo, inita Societatis tertio vicesimo recessit è vita: Duo præterea diebus incertis, quorum etiam in Annis ipsa nomina silentio praterita sunt, nimiriū

*Alvaras Rojas*, Tincensis, annorum quinque supra quadraginta, & duodecimtiginti in Societate; &

*P. Ignat-*

P. Ignatius de Torres.

Villagarsis vero capite minor, sed pro loci modo longè maior clades extitit, absumptus quinque; & incerto quidem Iunij die cecidere.

P. Ludouicus de Bustillo, Taurensis, anno vitæ unde quadragesimo, Societatis duodecimo: &

Didacus Alvarez, Caminensis, anno vitæ quinto post quadragesimum, altero vicesimo Societatis. Ad diem vero tertium & vigesimum eiusdem Iunij

Ioannes Baptista Montalans. Die autem octauo Augusti,

P. Antonius de Verastigui, Arevalensis, emeritis vitæ tricenis, Societatis quindenis stipendijs. Ac demum incerto tempore

Petrus Guitran.

## C A P V T      V I I .

Legione item, & Lucronij plusculi.

**L**egione Rector ipse Collegij primus in acie stetit, & pro pestiferis cum peste pugnauit, quem cateri secuti, ita se tabidis tradiderunt, ut eâ re P. Provinciali ab utroque Senatu auctæ sint gratia. Duo Patres, & sex fratres in pugna cecidere; nempe Calend. Iulij

Gregorius Flores; & die quartodecimo eiusdem Iulij

Franciscus de Mendoza, Palentianus, Scholasticus, annorum trium in Societate, vicenûm amplius vniuersim. Secundum hunc ad diem primum vicesimum Iulij

Antonius Rodriguez, Verinensis, itidem ipse Scholasticus, totidemque in Societate annorum, sed vniuersim vicenûm duntaxat. Excepit hunc proximè die septuagesimo item Iulij

P. Petrus Alvarez, Matachanensis, duos & quinquaginta natus annos, tres & viginti versatus in Societate. Post hunc Augusto mente, incerto die, tres obièrunt

P. Franciscus de Salazar, Complutensis, annorum quadraginta, actis in Societate duobus supra viginti, & tria solemniter in ea vota professus: &

Gabriel Nauarrus, Ocaniensis, Scolasticus, vnde uiginti annorum, & trium in Societate.

Alphonsus Martinez, Cantalapetranus, annorum triginta duo-

duorum, & sex in Societate. Demum ignoto tempore

Petrus Morenus, Numantinus, annorum triginta, in Societate  
quatuor.

Lucronij quoque funestus hic annus fuit, grauissimæ pestis exti-  
tio, quæ trimestri spatio quinque hominum millia necauit. Nostri  
sui memores instituti, calamitatem pro viribus relevare conati, &  
Confessionibus passim audiendis nauauerunt industrias, & ipso Col-  
legij Præside duce collectas egenis eleemosynas diuiserunt. Fuitque  
peropportuna Nostrorum opera, quandoquidem alios non habuit  
vulos Civitas, per quos depromptam publico ex ærario misericordiam  
largiretur. Hæc dum ex dignitate Societatis curant, Patres  
fratresque aura pestilens plusculos suffocauit. Primi subière fortu-  
nam Iulio mense

P. Didacus Gomez; &

Didacus de Arellano, Lucroniensis, annorum vnde sexaginta, &  
quadraginta in Societate. At Augusto mense, die incerto

P. Bartholomeus Serranus Madridiensis, qui Rectoris tum vices  
exercebat, anno ætatis septimo tricesimo, uno & vicesimo Societatis.

P. Hieronymus Suarez, Salmanticâ oriundus, stipendiiorum om-  
nino septem & quinquaginta, duodetriginta in Societate.

P. Ioannes de Molina, Canariensis, tricenos vitæ, duodenos So-  
cietatis annos numerans.

Alfonsus de Aguilar, Taurensis, annorum viginti sex, & qua-  
tuor in Societate.

Ioannes Garcia, Naiarensis, quinquagenos binos natus annos,  
vnum supra tricenos in Societate.

Gabriel de Torres, Becerrilensis, annorum triginta quinque, in  
Societate quatuordecim.

Petrus Carrerus, Ruanalensis, annorum septem & quinqua-  
ginta, trium & triginta in Societate. Demum incerto tempore

P. Andreas Martinez, Cainocensis, altero sexagesimo vitæ, uno  
& quadragesimo Societatis anno, inter quatuor solemnia vota pro-  
fessos in ea numeratus.

## C A P V T V I I .

Oueti etiam complures consumpti.

**O**veti, atque in totâ Asturiâ calamitas fuit post hominum me-  
moriā grauissima: mortuorum strages tanta, ut in vniuersâ è

Q Prouin-

Pro uincia pars tantum tertia mortalium relictæ sit, Parocho vix uno superstitæ. Sola Societas & valentibus iuxta, & affectis Sacramenta ministravit. Furente pestilentia ex decem fratribus obière septem, Societatis accommodati muneribus, & religione præstantes. Eâ iam remittente tres Patres ad vitam meliorem transièrunt. Primus et si claudus, & ætate prouectus, ita se velociter incitabat, ut nemo in eo pedes, aut ætatem requireret: cum diem totum laborasset, & secundum vicinâ nocte recipere consueisset, lassitudinem ipse tamen præse nullam ferebat. Alter & iuuenis, & minimè debilis, ad remedium tantæ misericordiæ, & alas, & nouas induisse vires videbatur. Erat orationi deditus, deque Diuinis rebus mirificè loquebatur: eo dicente ardebat auditor, & quoquo voluisset ille, facillimus flectebatur. Tertius vita annos septuaginta complerat, in optimis operarijs numeratus. Rara in eo modestia, mundique contemptio; amoris in Deum, inque proximos ardor ingens; & quia per ætatem ad externos ægrè iam se moliri poterat, domi ferè in sanctæ contemplationis otio diem ducebat; inflammabat, incitabatque domesticos, qui se mirificè congressu eius recreari, atque inardescere fatebantur. Denique hominis virtuti dedit Collegium, ut corpus ligneo conclusum loculo, iuxta altare humaretur. Hæc tacitis eorum nominibus referunt Annua nostræ Provinciæ Castellanaæ. Ego quos eruere potui ex nostro Defunctorum Catalogo, sine ordine deinceps repræsento; solum coniecturâ ducor ampliorem illam laudem, quæ primo ex tribus tribuitur in Annuis pertinere ad P. Alphonsum Polancum, quem Ludouicus Valdiuia in suis Elogijs M.S. ab insigni virtute commendat, eumque ait cum decem alijs, tanquam ceterorum ducem & caput pio in opere cecidisse. Consensit etiam eiusdem ætas aliquanto prouectior, ut mox dicam. Alterius encomium, in P. Andream de Porta cadere videtur, & postremi in P. Franciscum Caluum, cui ætatis magnitudo respondet. Sunt ergo, quos inueni recensitos partim hoc anno in Necrologio, partim in litteris ad me datis ab Ludouico Valdiuia; primus, qui ad diem duodecimum Iulij signatur obiisse.

*Ioannes de Villasante*, Espinosæ oriundus, annorum septem supra quadraginta; quatuor & viginti in Societate. Tum postridie ad diem Iulij tertiumdecimum

*P. Alphonsus Polancus*, domo Burgensis, annorum vndequinquaginta, atque vndetriginta in Societate. Tum tempore incerto

*P. Andreas de Porta*, Requienensis, stipendiiorum quinduum

nūm in Societate , tricenūm quinūm in vita .

*P. Franciscus Caluus*, Cauezone natus , quatuor supra septuaginta natus , sex & triginta in Societate versatus annos .

*P. Melchior Martinez*, cuius , præter nomen , nihil reperio .

*Ioannes Gomez* , Casturensis , Scholasticus , annorum trium & vinti , & trium in Societate .

*Victor Perez* , ortus Pedrosā , anno ætatis quarto quinquagesimo ; Societatis octauouicesimo .

*Ferdinandus Alvarez* , Villanouanus , anno altero quadragesimo vitæ , nono Societatis .

*Ioannes de Campo* , Trasimieranus , anno duodequadragesimo vitæ , duodecimo Societatis . Denique ad diem sextumdecimum Octobris

*Franciscus Maldonatus* , ex oppido Riosuo ortus , annorum quinquaginta sex , in Societate vigintiquinque .

## C A P V T I X.

*Segobia* , *Vallisoleti* , *Methymna* , *nonem desiderati* .

**S**egobie vrbi , frequentia , pestisque sequitia , Nostris sui ostendendi copiosam dedere materiam . Ergo ab ipso cladis initio multi Sacerdotes infectorum Confessiones eadem illâ coeperunt alacritate audire , quâ morbo non contagioso decumbentes adire , audireque solerent : neque eos pestis nomen exterruit . Sed quamvis tabidis quibusque , tum animi , tum corporis subsidia libenter afferent , permanente tamen contagione , refertaque vrbe permagnâ languentibus , commodior inita ratio est , parœcijs destributis . Nam vrbis Episcopus suâ cunque Religiosorum familie regione attributâ , perfecit ut omnibus vbiique subueniretur . Nostris illa obtigit consultò parœcia , quæ ceteras omnes incolarum numero longè superabat , quippe quæ teatâ bis mille contineret . Hanc prouinciam luridorum animos , corporaque curandi Nostrî Patres libenter suscepérunt , & erogatis passim eleemosynis rem ex animi sententiâ gesserunt , quatuor omnino menses continuos , spectante laudanteque vniuersâ Segobiâ . Occupuere quatuor ex Nostris , quos & labor defatigavit immensus , & tracta pestis extinxit . Tres Presbyteri erant sanctitatis eximiæ opinione insignes , & unus laicus virtute nequaquam inferior . Il fuere , ut ex nostro Necrologio , atque aliunde coniicio ,

quos subdo . Primus qui obiit pridiè Calendas Augusti :

*P. Ioannes Fernandez*, domo Vadillensis, emeritis vitæ trinqua-

taquinque , in Societate sexdecim stipendijs . Alter Cal. Augusti

*P. Alexius Garcia*, Abulensis, altero quadragesimo ætatis , uno

& viceclimo Societatis anno . Tertius ignoto die Septembbris

*Ioannes de Matienzo*, ab natali loco Matienzo vocabulum sorti-

tus , annorum quatuor & quinquaginta , in Societate verò octo & vi-

ginti . Quartus de Octobri mense , die item ignoto

*P. Ioannes Aegidius* .

Vallisoleatum duo illa grauissima mala , fames & pestis , item ut  
ceteras yrbes Castellæ , vehementer affecere ; sed Nostrorum charita-  
te tolerabilia fuere . Nam ad alterius leuationem eleemosynam cor-  
rogauere , & viginti mendicos vna Professorum Domus alendos suscep-  
pit . Pestis , alterâ plagâ , integros quinque menses urbem affixit ;  
quo tempore Societatis ministeria Nostri haud secus obiere , ac alijs  
in morbis , qui contagiosi non sunt . Iam verò cùm publica Limodo-  
chia Senatus instituisset ad contagionis remedium ; & pestilentium  
numeris mille quadringenta capita conficeret ; ex omnibus delecti  
Religiosis Ordinibus eò suam quique operam contulère ; quatuor  
fratres huic operi Societas , optimos rerum similium ministros , li-  
benter addixit : qui cùm suam cunctis operam yaldè probassent , tres-  
que pestem passi essent , unus tandem excessit è vitâ . E Collegio ve-  
rò alterum eadem illa pestis deuorauit , in eodem contagionis ho-  
spitio versantem , quod eum Obedientia miserat , cùm se libenter ipse  
obtulisset . His tertium adiungit Sacerdotem Ludouicus Valdiua ,  
& singulorum nomina sic repræsentat ; ut primus obierit die Octauo  
Augusti

*P. Melchior Falcon* , patriâ Toletanus , qui dimidiam quatuor  
& triginta annorum ætatem in Societate confecerat . Alter eodem  
illo octauo Augusti die

*Didacus Ortiz* , patriâ Treuinio , annorum duodequadraginta , &  
duodeuiginti in Societate . Tertius ignaro die

*Ioannes de Balmaseda* , ex oppido Victoria , septem ac trinqua-

natus annos , sed quatuor duntaxat in Societate commoratus .

Methymnæ à Campo duos refert absumptos , inter decertandum  
cum peste Ludouicus Valdiua , silentibus alioquin Annuis de morbo  
populari , quamvis eorum nominatim meminerint ; quos ob viri sum-  
mam autoritatem , ego mihi eos minime prætereundos silentio esse du-  
xi . Prior ad diem octauum & vigesimum Augusti decepit

Ludouci-

*Ludovicus Soranus*, natus Victorizæ, adolescens de sterus ab omnibus ob morum candorem, & raram naturæ lenitatem, annos non plus viginti natus, ante quatuor in Societatem adlectus, & iam Logicæ descendæ addicetus. Alter die nono vicesimo Septembbris abiit

*P. Christophorus Carus*, Confessionum perennis auditor, & virtutum maximarum laude præcellens.

## C A P V T X.

*Burgis extincti sex.*

**B**urgis, quæ Castellæ princeps vrbs est, vt primùm se pestis ostendit, omnes Nostri de Ciuitatis remedio cogitare cœperunt, certi nequaquam excedere, vt proximis laborantibus auxilio essent, steteruntque promissi sanè quam egregiè. Senatus vrbis contagioni curandæ nosocomium publicum statuit; sed eius nos curâliberos esse voluit, eâ Religiosis alijs demandatâ. Igitur partes ex nostræ fuere, ciuitatis non solum emporia, sed cellas etiam, & angiportus circuire; curatumque diligenter est, ne quisquam attacetus, expers Confessionis, Communionis, Extremæ Vnctionis excederet. Cum autem pestilentiae rabies desæviret, mirabilis visa fuit nostrorum Sacerdotum sanitas, qui neque labori parcerent, neque pericula declinarent. Attamen remittente iam peste, die nonâ Septembbris, vir prorsus egregius

*P. Christophorus de Ribera*, ex oppido Villar de Aguilén oriundus, annorum trium & sexaginta, & in Societate triginta, glande i&us pestifera, quinto quam agrotauerat, absumptus est die. fuerat ille proximè Provinciæ Praeses, seque & pijs commentationibus, & generali Confessione paulò antè munierat. Pestem ille quidem, si voluisse egredi, poterat cuitare; sed adduci non potuit, vt eâ ex vrbe emigraret, in quâ iam positâ Provincialis personâ, operarium se præbere voluisse; præserim cum eidem esset etiam peraceptus: quippe qui iam olim industriae suæ neruos eidem iuuandæ intenderat. Triduo post extictus est

*Franciscus Montalvus*, cui patria fuit Cerecedilla; munus Æditi; ætas, anni septuaginta quinque; spatiu[m] Religiosæ militiæ, anni undequadragesima; sed haud segnius, neque remissius laborabat, quam si iuuenis esset. His annumerantur ab Ludouico Valdiuia, sed tacito obitus eorum die

Petrus Rodriguez, oriundus ex oppido Aguilar, annorum duorum & triginta, & septem in Societate.

Marcus de Vergara, Oñate natus ante annos tricenos, Societatem ante sexdecim ingressus. Præterea

P. Carolus Anglus; &

Ioannes de Villafante; qui aliasne ab eo, quem Oueti mortuum recensui, an idem sit, non habeo exploratum. Atque hæc quidem tanta strages, omnis vnius Provinciæ Castellanæ est. Nunc ad reliquam Hispaniam, quæ huius exitij haud immunis fuit, gradum faciamus.

## C A P V T X I.

### Hispali tres consumpti.

**H**Ispali communis pestilentia vis ita longè lateque peruagata est, vt ciuitatem magnâ ex parte perpetuis ferè funeribus exhauserit. Quo tempore tanto ardentiore studio à nostris laboratum est, quanto præclarior illis se se offerebat occasio. Quamdiu enim lues urbem occupatam tenuit, iij ægros externos, nullo discrimine à domesticis habuere: quodque nostrorum ea facilitas, & necessitatis communis leuanda desiderium notius omnibus esset, atque perspectius, id cum nostrâ in æde, tum in templo maximo pro concione vulgatum est. Primum ergo tam illustri, & glorioſo muneri oblati sunt Sacerdotes duo, vterque ardore & magnitudine animi, ac singulari virtute viri quorum insignis opera, tum animis, tum ægrotantium impensa corporibus, diligenter eò usque perducta est, vt in eximio charitatis opere extremum vitæ diem conficerent. Eorum præclarum, ac singulare pietatis exemplum ita in hac ciuitate præluxit, ita probatum est, vt vulgo maximis quibusque augustæ virtutis nominibus pleno ore appellarentur. Ceterum eandem illis laudem domi præripuit

Laurentius Rodriguez, Coadiutor Temporalis, & eo in gradu iam formatus, triginta circiter annorum, quorum undecim egerat in Societate. Is enim, cum lues se nostram quoque penetrasset in domum, dum eà laborantibus quibusdam inferuit, codem morbo absumentus est, Maio exente, vel ineunte Iunio. Duorum vero Patrum, quos dixi fuisse expositos, prior occidit die quartæ vicefino lunij

*P. Martinus Guerra*, ex oppido Cabeca de Vaca, ad quadragesimum octauum annum ætatis, Societatis vero tertium. Is cum duas horas, & eo amplius, humi prostratus, in ægroto quodam consolando posuisset, cuius ita iacebat animus, ut aliquam sibi ab eo adhiberi consolationem quam enixè contenderet, sese, ni faceret, certò damnatum iri; cui tantæ necessitati quoquo suo periculo subueniendum existimauit, peractâ Confessione, homineque composito, pestilentia yulnus accepit; eò latus, quod miserum illum, ut Diuinâ fretus gratiâ sperabat, Deo peperisset. Eum vis morbi intra quatriduum, sed alacrem, luctumque, summa animi pace consumpsit. Alter triduo post die septimo vicesimo Iunij decessit.

*P. Petrus Ecixano*, ex oppido Rambla, Cordubensis Dioecesis, quinquaginta octo annos natus, quorum viginti octo in Societatem vixerat, in audiendis Confessionibus assiduus, orationisque apprimè studiosus, in ordinem Coadiutorum Spiritualium relatus. Octauus illum dies infirmitatis non minore lætitia, quam spiritus tranquillitate, confecit. Idem annis etiam præteritis, quibus hanc eandem urbem pestilentia contagio affixit summo animi ardore, & incredibili proximorum studio, diligentem operam excipiendo ægrotorum Confessionibus impenderat; & voti religione se obstrinxit postulandæ facultatis adeundi Confessionum causâ, quamcunque Prouinciaz partem pestis incesseret.

### C A P V T   X I I .

*Vnus Talabricæ ; unus item Ocanie desiderari.*

**T**Alabricæ, oppido Toletanæ Prouinciaz, serpente pestiferâ lucis, ciuesque non mediocriter vexante, nostrorum numerus, qui quaternarius duntaxat erat, uno est immunitus, incunte peste sublat: is, nisi me coniectura fallit, fuit

*P. Didacus Alphonsus*, quem ibi solum hoc anno, ad diem scilicet vnum & vicesimum Iunij, Necrologium nostrum Romanum obiisse consignat.

At Ocaniensibus, vt vniuersâ illâ Dioecesi Toletanâ nihil ferè pestis intactum reliquit, sua obtigit laboris pars; in qualicet omnes Nostrî pro virili labore arint, tamen ad diem postridie Cal. Augusti

*P. Gomesius Carillio*, Tinaiensis, annorum trium, & sexaginta, & ynius supra quadraginta in Societate, qui pro eximio charitatis

tatis ardore plurimos adiuuit, eodem morbo sublatus, tanti laboris mercedem est assecutus.

## C A P V T X I I I .

*Complati mortuus Ludonicus Ruiz.*

**C**mpluti anno ineunte morbus inualuit, qui obscuris initijis in apertam demum pestem evasit, quâ hominum quatuor ferè milia sublata sunt. Non potuit ostentatæ occasione Societas non secessare, præsertim cùm soli Parochi tanta multitudini ægrotorum subueniendo non essent. Sex partitis vicis, & vicibus per domos singulas ægros perquirebant; & quod ferè soli, & quod tam diligenter hoc in negotio versarentur, oppidani factum mitificè commendabant. Erat enim miserrimus vrbis status: nam à viris coniuges, fratres à fratribus, à parentibus filij pestis metu destituebantur. Et quamuis æstu ardente morbus indies magis ingrauesceret, sedulitate nostrorum tamen effectum est, vt omnes Sacramentis muniti discesserint. In eâ nocte octo de nostris sublati sunt, qui miserandam morbi pestilentis vim, & difficillimas curationes incredibili patientiâ usque ad piissimam mortem pertulerunt. In quibus curandis fratum animus, diligentia, charitas domi enituunt. Nam cùm pestifera contagio irrepsisset in Nostros, alterque alteri suppetias irent, nonnquam ægrotos mente, lectoque decidentes, complexu, vt erat opus, restituebant, vt non sine magno periculo, ita non sine valido amoris ardore. Primus eorum qui pestem contagione traxit, atque eâ confecitus, ad diem quintum Iulij decessit, fuit

*Ludonicus Ruiz*, cuius, quia celebritatem adeptus est, prolixior aliquanto futura narratio, ceteros interea nonnihil differre compellit. Is igitur in pago Chiluches, haud procul Guadalaiara, parentibus agricolis ad diem postridie Calendas Iulias, qui Deiparæ cognatam Elizabetham visitanti dicatus est, anno 1542. in lucem venit. Res quidem illi domi abundè fuit; sed pater frequenti, pro alijs facta sponsione fortunas suas adeò affixit, vt eo de viuis sublato, mater per inopiam cogeretur, vnâ cum Ludouico septem liberorum minimo, aliena imperia experiundo vitam in seruitio tolerare. Doctori Cuestæ, qui Legionensis dein Episcopus fuit, in administrandâ familiâ primùm seruiuit. Is indole putti delectatus, septuagenis aureis numis in annos singulos auctum iussit inchoata litterarum studia

studia prosequi. Ita factum tantisper, dum Cuesta priuatus fuit. At eo suam illam ad Ecclesiam eusepto, mater in famulatu Ducis Guadalaiarense matronæ principis, Ludouicus in Ducis mariti ephebis fuit, & apud illum gratiosus in primis, quod herilibus filijs puerulis scitè ad illorum genium colluderet: quo lepore captus mirificè Dux, breui temporis spatio frequentibus eum donatijs, ad millemnum aureorum pretium, muneratus est. Anno & sesqui per has pueriles occupationes laplo, cùm ei suus patruus aliqua Sacerdotia transcripsisset, & quinquagenos aureos annui redditus Dux ipse adiecisset, bonâ ciuidem gratiâ Complutum ad sua prosequenda studia se retulit. Illic diu validè ad capessendam Societatem impulsus à Deo, Matre id etiam multis votis sollicitante, eam & ipse flagitauit sibi, & ab ea semper repulsam tulit, quod moribus nondum satis compositis, in omnem facile levitatem passim distraheretur. Vnum atque alterum eius edam petulantiarum specimen; nam recensere omnia vt prolixum foret, ita superuacaneum esse arbitratus sum.

Nocte quadam prætendit funem transuersæ viæ, vno circiter palmo sublimem ab humo: tum rixâ non procul eis funem simulatâ, conciuit ad eam dirimendam, capiendoisque rixantes, vrbanos excubitores, qui vicos trans funem, vt mos est, obibant. Illi cursu in funem delati, hærente vestigio, alter super alterum corruentes, sibi noxae, spectantibus fuere ludibri. Nocte aliâ vnum è suis contubernalibus ad bonam frugem insolentissimâ ludificatione traduxit. Induxerat ille clam ceteris, vno consciente Ludouico, mulierculam in suum conclave. Hos ille arte suâ ludicatos igne ad lectulum usque serpente ita inuoluit, ita timore ac pudore perfudit (nam particulatim singula narrare pudet, eoque non lubet) vt amicus ille mox in S. Francisci se Ordinem abdiderit, Deo gratulans, quod sceleri se simul, & flaminis eripuissest; illa Compluto profugiens nusquam se postea dederit in conspectum.

## C A P V T X I V .

*Vocatio Ludouici Ruiz ad Societatem.*

**H**æc, atque alia talia designantem in alios Ludouicum haud sanè minoribus inuoluit, euoluitque periculis benigna Numinis prouidentia, vt eò tandem animum, quo vocabatur, aduerteret. Ex cubabat in vico aliquando nocturnus, & nescio quibus foribus pro-

deambulabat, cùm apparitorum turbam eminus conspicatus ut eorum importunitatem deuicit, dat se in pedes. In fuga prolapsus, corporis incubitu sclopum manuariuin, quam pistolam appellant, laxata rota displosit. Et ipse quidem evanit innoxius; sed periculi magnitudinem crebris perfoßum glandulis pallium patefecit. Alias in annis traieetu procuinbente iumento, diu medijs in vndis detenus ille quidem est; sed demum sospes, iuuante Deo, equo dimisso eluctatus est. Iterum excussus à mulo hæsit in loris implicito pede, maleque raptatus est, & grauiter fauciatus. Demum supremus, cui tandem cessit, impulsus, sic fuit. Exceperat hospitio quosdam familiares suos; animus fuit, illis cucumeres apponere: postulauit eos ab olitoria semina; à qua repulsam passus, dissimulatā in præsens indignatione, nocte proximā vindictæ studio, stirpitus omnes illi cucumeres euellit; atque inde concedit cum socio, dormiturus, ut fit æstare, in aream. Post paulum somni, socium propter se iacentem vocat; silentem ciet, trahit, denique edidisse animam comperit. Quid illi tunc animi tam tristi, tam subito casu? Principio hæc re attonitus, atque impos sui. Mox simulatque ad animum redit, inter fugæ, mansionisque consilium anceps, constituit postremo, ne semet ipse reum necis agere, si se subduceret, videretur, ibi secus ipsum cadaver resistere. Igitur à Magistratu deprehensus datur in carcere. Ille constans animi, Medicos acciri, & Chirurgos iubet; pertentari corpus exanime diligenter vndiquer, ecquod violentæ mortis agnoscant indicium. Nullum villa cùm ex parte appareret, dissecto cadavere, iecur tabidum, & cor purulento contactum apostemate deprehensem, satis edocuit quā tandem origine mors subita exstisset. Ita Ludouicus cædis suspicione sitaul, simul noxā exemptus est.

Tandem ergò tot incitatus ad sequendum Deum admonitis, rem aggredi seriò, & flagitare ardentiùs Societatem instituit. Inuitabatur ille quidem ad alias quasdam Religiosorum familias: sed vel ea propter sibi nequaquam eas esse subeundas dictitabat, quod familiaris ibi secum, iucundiusque ageretur, quām æquum esse censeret. Interim ab Societate constanter ob eam virtè, morumque licentiam repudiabatur. Commodum P. Hieronymus Natalis Commissarius Generalis Complutum menie Nouembri anni 1561. aduenit. Eum continuò Ludouicus adire, atque in hanc appellare sententiam: Ego Societatem, Reuerende Pater, expetesso iam dudum; sed ob morum meorum dissolutionem modum à Patribus adhuc repulsus sum.

Obte-

Obedekor te , Pater , atque istam imploro autoritatem tuam , vt mihi copiam Societatis astatutum faxis : & hic nunc ita tibi edico , atque obnuncio , ni me compotem ante crastinæ diei horam octauam teceris , hinc me in alium religiosum cœcum rectâ iturum , quod me tamen neque vocari sentio , & multis me criminibus implicitum iri sum certus ; sed eorum abs te iri rationes repetitum confido . Hæc vbi dixit , abscessit , & eam uocem egit insomnem , valde sollicitus , ne Societate exclusus , cogeretur vel inuitus , ad faciendam dictis suis fidem , alium illum Ordinem capessere . Postridie , comperto iuuenem in sententia perstare , certum propositi , ita ab Commissario admissus est , vt suum prius in pagum profectus , amicis ac necessarijs suis omnibus valediceret . Conditio haudquaquam grauis visa . Domum se confert illicet ; amicos vniuersos conuocat : tum eam in sententiam ad eos verba facit , vt consilium sibi esse diceret sequi militiam , secunda atque aduersa , quibus in virum euadat , experiri . Dehortantibus illis , proficitur , dissimulato per verborum ambiguitatem vero consilio suo , sese ab instituto , ne si Sanctus quidem Franciscus imperarit , recessurum . Ita rebus apud suos compositis , Complutum reuolat perceleriter , & secum in Domum Probationis quidquid ad manum erat , yestem omnem , argentum , aurum , factum , infatum , quod ab Infantadi Duce cum accepisse memoriaui , confert . Agebant etatis annum tunc ille vigesimum .

## C A P V T X V.

*Ludonici Ruiz prior in Societate etas.*

**P**ostridiè Ludouicus , quām in domum admissus est , Murciam pedes mendicato iubetur iter compluseculorum dierum ingredi . Socius additur ætate , & corporis mole impeditus , cuius ipsi & pallium , & impedimenta humeris subeuda sint . Ibat autem ad virtutis seu perclitationem , seu confirmationem ; cultu & formâ tali Calcei erant ex holoserico villolo coccineo , supernè triplici secturâ , eius uiri more hiantes , textili auro sericoque per limbum circumdata : tibialia è serico cocceo crurum tenus , acu texta ; subligaria ex concolore holomallo , segmentata aureo filamento : thorax è tramosericô item ostrino , duili auro illusus : super cum tunicula è nigro damasceno triplici anterius incisurâ , nodis aureis , gemmeisque commissa : epomis manicata è nigro holoserico , & , more gentis , cucullata , nodis similibus ,

antè, retròque distincta : petasus è serico cum spira, & bulla aurea, cristaque plumea : cingulum è nigro holomallo, cum deauratis fibulis, & pugiunculo . Sic instructus, passim, vt vulgus hominum est, pro ridiculo esse, & apud aliquos etiam furti suspicione labore.

Murciam simul vt attigit, ad quatuor & quadraginta dies arcto in cubiculo, cui sese lumen altam per fenestram infunderet, conclusus, spiritualibus Exercitijs excultus est, ad acrimoniam ingenij coercendam : quo tempore non semel ille pristinæ libertatis obiectionem magnum adiijt vocationis periculum, nisi Diuina gratia viætrix adfuissest. Subinde post menstruam culinæ obsequijs nauatam operam, iussus est mediastini habitu culinæ Episcopi ministerium suum offerre ; ubi multa per epheborum, & reliqui famulitij petulantiam probra sustinuit, colaphos accepit. Ipse interim lebetes & ferramenta detergere, humum verrere, omnia promptè præstare ; & post diurnam operam somnum duro super assere carpere . His ad probationem obsequijs octiduo perfunctus, ubi grauius hominem incessit nupera dimissæ libertatis recordatio, & de libertate filiorum Dei tantum non diecit, domum ad leuationem molestiæ reuocatus est. Ibi Patrum consilia, & fusæ ad Deum ab socijs omnibus preces, ac deignum auditum in coenatione caput alterum libri primi de Imitatione Christi, animum eius serenarunt, adeoque firmarunt in posterum, ut ne ad intermissa quidem litterarum studia referre se vellet ; & Sacerdotij conditionem à Præpositis Generalibus Iacobo Lainio, & Francisco Borgia oblatam constanter remiserit, Coadiutoris Temporalis statu delecto .

Euoluto tirocinij biennio, & votis editis, procurandæ rei familiari destinatus est; fuitque tam idonea ad id muneric indoles, vt egregiè magno fuerit Societati compendio . Prima commendatio, & Iuculentum dexteritatis eius rudimentum Granatae fuit, cùm ad tuendum Murciani Collegij fundationem aduersus eius impugnatores, vix tertium & vicecum egressus ætatis annum ed missus est. Igitur vt coram Senatu Regio primum stetit, Nullusne in Ordine vestro, inquit Præses, qui tantæ causæ manum admoueret, inuentus est, cui ætas & usus autoritati foret ? Cui Ludouicus, Hinc enimuerò, ait, Domine, reetè conieceris, quām parum Societas pensi ducat fortunæ bona, quibus vindicandis neque caput impendat, neu corpus ; sed imos duntaxat pedes ; & eos ipsos tam parum validos ac firmos, quām tute coram vides . Ceterum euentu constitit, quām idoneus rei gerendæ foret, causâ contra homines & gratiâ pollentes & censu, diremi-

dirempta pio nobis. Ex illo Procuratoris officium gestit perpetuo Ludouicus; & sacris diebus, quos haberet è negotijs feriatis, vicatim pueris, rudibusque Catechesim explicabat.

Quinquennio Murciæ transacto, cùm visitandi ex officio eius Collegij causâ è diuertisset P. Gonzalus Gonzalez Præpositus Prouincialis, egregiè scilicet ille Ludouici virtutem exercuit. De-liberatum erat fratribus Coadiutoribus galeros, abdicatis quadra-tis pileis, imponere. Illum igitur Prouincialis ipse primum omnium petasatum in publico medium per urbem circumduxit. Eundem ius-sit alio die designatam ab se fenestram cœco in muro priùs perfode-re, quād ad prandendum accederet. Eo peracto opere, iussit tur-fus impransum myrtleam in horto domestico benè longam sepem ton-dere. Subinde vetitum etiam tum edere misit in villam vñā distantem leucā, cuiusdam obtenu negotijs sed illò iam ei prandium dissimulanter præmiserat. Atque ita scilicet probatum, versatum que, biduo triduo recreavit in suburbano. Alias toga exutum, opertum galericulo, pectine, forfice, ac bacillo instructum, per celeberrimas vrbis vias misit ad nolocomium. Ille promptissimè paruit; & turbam puerorum iens, rediensque, exsibilantium velut amentem, & luto cum, lapidibusque potentium pondere traxit. Alia id genus studio breuitatis omissa pertransi.

## C A P V T   X V I .

*Ludonici Ruiz atas in Societate posterior.*

**A**nno septimo & sexagesimo superioris seculi, Moderatorum missu cum Bartholomæo de Torres sapientissimo iuxta & reli-giosissimo Antistite in Canarias Insulas transmisit, & imbuendæ Chri-stianis clementis pueritæ præclaram sanè præstitit operam. Confe-ctio ibi triennio, remenso Oceano rediit in Hispaniam, & in patrio vico dignum sua charitate præstitit mulieri diu, multumque affictæ officium. Deperierat illa Franciscum Ludouici nostri patrem, vxore compositâ, ad legitimas nuptias; qui cùm domum duxisset alteram, eam statuit ipsa de medio tollere, quò Francisco potiatur. Dissimu-lato consilio, dat Francisco medicatas fucus, benevolentia pignus, quas domum, scelcis insciens, vxori ferat. Eas imprudentis ipse cùm degustasset, non multò post incepit sensim tumefiei, & animam ægrè ducere, ac de num longâ sexdecim mensium morte confectus est, ignara

ignarâ origine . Triginta iam anni à patrato scelere fluxerant, neque vlli fuerat ausa mortalium suum facinus mulier indicare . Via Ludouici tum illac transeuntis opportunitate , rem illi fidenter , vt gesta fuerat, omnem aperit ; obsecrat atque obtestatur, vt veniam sibi paternæ necis, atque impunitatem & ipse det , & à matre & fratribus imperret . Præstítit utrumque Ludouicus liberaliter; autore cædis cœlato , & femina condonatione tandem acceptâ hilaris non multò post fato functa est .

Quod reliquum vitæ Ludouico fuit, id omne sic exegit, vt tueris Collegijs , & eorum fortunis ab iniurijs vindicandis patronum lessim & propugnatorem præberet, neque vñquam, quod mirere, causâ cecidit, tametsi lite plus tercentenâ postulatus sit . Multiplex inde natum discrimen, in itineribus quæ fure suscipienda, fluminum, latronum, aduersariorum quibuscum erat disceptatio, vitæ eius insidianum ; expertus etiam, quâ minimè decuisset in re, acerbas calumnias, dum benè de omnibus mereri studet . Verum & vitæ ipsius seruandæ , & patefaciendæ innocentia semper Diuina Numinis prouidentia, nec citra miraculi opinionem interdum, præstò fuit . Iuvat aliquid illiusmodi in exemplum proferre . Venerat aliquando litis suæ causâ in vicum quempiam, vbi sacrorum Antistes, is erat Archipresbyter, puella virginis pudicitiam, per parentum inopiam, sollicitabat . Id vbi Ludouicus subsensit, illicò vicenos corrogatos aureos, quibus illa sceleris opportunitati subducta nuptui tradetur, ad parentes confert, illisque, si demigrare velint aliò, suam opem spondet . Illi acceptâ conditione Madritum abiére ; Ludouicus Naualcarnerum, oppidum haud longulè distans concessit . Inde per litteras identidem illi promissam opem implorare, quas cum scribente viro, vxor suâ manu subscriberet, ex Rectoris in manus delata, ob muliebrem scriptiōnem, & nescio quid locutionis obscuræ, Ludouicum in alicuius haud prorsus innoxia familiaritatis suspicionem, accersiuere . Quæ sita indicijs mulier, & clam interrogata, nosset ne, & vnde, nostrum Ludouicum ; Verò, ait illa, & optimè quidem ; & euolutâ cognitionis origine, longam de laudibus eius ingressa est orationem ; illum, quaqua transiret, suæ signare vestigia charitatis ; multos illum vel vñico suo in vico è flagitiola vita licentia eruisse ; conciliasse gratiam inter complures ; consueisse publicè quotidie elementa Christianæ légis explicare ; addidisse templo fores, ne iumenta per noctem in eo, & pecudes, vt siebat, stabularentur ; ibi curasse lampadem, quæ coram Venerabili Eucharistia iugi lumine col-  
luce-

Iucaret; curasse ex argento ciborium, pro ligneo trunko, quo prius ea condì soluerat; multa eiusdem generis, & semet ipso, & suo digna Or-  
dine passum cum laude gessisse. Sic omnis iniqua suspicio detersa est,  
& sua virtuti laus, ac Ludouico stetit.

Vnus quispiam è Coadiutoribus nostris, liberioris in alios, quām  
deceat probo, censuræ, ab inepta muliercula parū pudicæ consue-  
tudinis temerè insimulatus, vt à se criminis opinionem auerteret, ea  
signa, queis illa descriperat autorem flagitiij, vecors in Ludouicum  
detorsit, eique imposuit inuidiam malefacti. Rector ijs examinatis,  
ad quos rei conscientia pertinebat, vtrumque criminis omnis exper-  
tem comperit, eaque rem omnem silentio obscurauit. Ceterum  
Ludouicus cum aliquando fratrem fortè præter se euntem conspic-  
tus, eum olim infelici morte extra Societatem iri consecutum vatici-  
natus ille tum quidem est. Nec longa mora fuit, cùm illo setne à  
Societate, iterumque digressus, spatiandi studio cum sodalibus ali-  
quot in agrum exiens; dum naturæ gratiâ paulisper à ceteris seor-  
sim subsistit, repente extinguitur; deprehensus atro, deformique  
vultu, & exertâ per ceruicem linguâ, procacitatis suæ dedisse sup-  
plicium.

Granatensi in via à duobus latronibus in silua exceptus, animo  
tam præsente, ac sui compos fuit, vt non sit veritus efferos illos ho-  
mines, & plerumque prædæ studio crudeles, blandâ allocutione  
tentare, prolatoque æris sui sacculo missionem petere; mox & cibi  
quidpiam ab illis leuandæ suæ inediæ postulare. Vitis effarari face-  
tâ cā constantiâ eorum alter, & ad cius necem tentare ferrum; sed  
alterius intercessione, quod virum videri non malum diceret, qui  
suo lepidus periculo illuderet, & incertæ mortis securus vesceretur,  
missus sine noxa factus est. Hunc postea suæ salutis autorem Granatæ  
repertum in foro, verentemque ne sui Magistratibus indicium faceret,  
animo iussit à se quidem esse securus: sed ei tantâ sermonis & facundiæ  
vi turpititudinem eius sui instituti persuasit, vt cum ad Confessionem, &  
ad vitam subinde Religiosam perpulerit.

Pintæ comperit puellam, probè secum olim eductam, honesto  
genere, & formâ liberali, vulgasse corporis in lustro. Miseratus æta-  
tis & consilii inopiam, sciscitur ex ea, ecquid se norit, Ludouicum  
Ruiz? Illa noti nominis auditione perculta, subito in lacrymas ani-  
mum laxat, & pollicentem salutis, atque existimationis præsidium,  
ganeâ dimissâ, leta ad nobilem matronam subsequitur, ubi suppe-  
ditatis à Ludouico que ad vitam essent, tantisper fuit, dum repe-  
titâ

titâ ex puellæ parentibus dotali pecunia , in Sanctimonialium Monasterium volentem , libentemque recondidit ; vbi tantâ sanctimoniaz opinione ad finem vsque peruxit , vt haud semel designata fuerit vniuersi præfecta , moderatrixque Cœnobij .

Elicuerat Religiosus quispiam prauis artibus paterna è domo virginem , eamque sui Ordinis habitu ementito ad impunitatem sceleris circumducebat . Eos cùm in diuersorio Ludouicus habuisse obuios , nec consilij difficultate deterritus , nec insolentiâ suscepit diffisus , hominem aggreditur , & accusatâ facinoris improbitate , spondet ad resipiscendi remedium , si velit , opem ; sin autem abnuat , persecuturum se illum ad poenas vsque promeritas . Eâ necessitate miserabilis ille ad officium compulsus est ; tum verò Ludouicus hortari puellam , vt sibi consulat , domumque reuertatur ad suos ; opem fese daturum , ne de existimatione periclitetur . Igitur eam amicis , necessarijsque ita restituit , vt nulquam longius eam abiisse , quâm , vt erat aliâs solita , ad aliorum familiarium ades , recierint . Plurima eiusdem generis alia idcirco prætereo , quia ad eius virtutem , Diuinæque gloriæ studium cum integritate summa coniunctum ob oculos , animumque ponendum , hæc ad specimen in medium prolatâ , satis arbitror superque valitura ; præsertim cùm cuique prouum ac proclive sit reputare cum animo suo , quanta illum oportuerit , in tanta rerum gerendarum mole ac varietate , tolerare domi forisque perpessu aspera , quæ nemo quisquam facile magnæ virtutis ac firmitudinis expers , tam varia , tam diuturna superarit :

Vitam adeò laudabiliter per omne officium actam Ludouicus honestissimâ morte conclusit . Etenim Compluti , vbi pijs actionibus fessam etatem comparabat ad mortem , cùm anno post millesimum undesexcentesimo æstu concepta pestilitas inualuisset , Patribus qui contactis Sacraenta praberent , vlrò suam operam detulit , aspernator magis periculi , quâm ignarus . Eo in opere postea quâm haud exiguos die nocteque labores toleravit , luem ipse etiam contactu hausit : cuius in curatione acerbissimos cruciatus , qui fuerunt ferendi , tantâ sustinuit animi firmitate , vt suo corpori ne parcerent , sed frustatim , membratimque , vbi foret opus , conciderent , ipse flagitaret , quo dolores nimis suos exaugeret . Ad extreum Sacramentis acceptis , mortis in Societate obeundæ fructu latus , prænunciato quatuor alijs fratribus eodam exitu , decepsit , actis in Societate annis duodequadragesinta , & vicepis amplius vniuersim .

## C A P V T . X V I I .

Septem alijs Compluti.

**L**vdonicum Ruiz haud longo interuallo proximè secutus est Compluti, die vigesimo Iulij Ferdinandus de la Flor, Coadiutor itidem Temporalis, qui cum eo in Collegio curandis ægris, pharmacisque miscendis operam dabat, artis vtriusque abundè sciens, qui cum præ charitate, quâ ardebat, suum periculum postputaret, Nostris domi, quos pestis afflîrat, egregiè opitulatus, pulchri laboris in morte honesta præmium, eodem malo sublatuſ, injenit. Illi successere ad diem tertium, & vigesimum Iulij

Petrus Lozano, &amp;

Didacus Garces, vterque seruilibus officijs domi Adiutor, de quibus nihil præterea comperi. Post istos die octauo vicesimo Iulij obiit

P. Julianus de Arze, cui Roda, Conchensis Diœcesis oppidum, natalis fuit. In Societatem anno 1586. cooptatus, vitam in ea per omne virtutis officium cum laude duxit; quamvis esset imbecilla valetudo, magnâ tamen contentione ægris auxiliatus est. Cum pestis incubuit, vixdum à quartana liber, opportunitatem eam ratus minimè negligendam, prius suam Moderatoribus operam pro peste contactis addixit. Eo in opere, ne quid languide videretur, remisse agere, dum unum ipse alterumque audiret infirmum, socium, querendorum ægrotorum aliorum causâ in viciniam dimittebat, quod opportuniū omnibus sine cunctatione seruiret. Mox multo absoļuto penso domum rediens, veritus ne sibi fortè grauis ille labor adimeretur, socio mandabat, ne quantum esset defudatum, Superiori, nisi fortè sciscitanti, nunciaret. Itus demum lethali carbone, post acerbos dolores incredibili tolerantiâ latos, abiit ad latam immortalitatem. Eodem die duodetrigesimo Iulij abiit ad superos

Marcus Benaccolus, patriâ Siculus, Coadiutor Temporalis de quo, quid addam præterea, non habeo. Secutus est proximè ad diem Iulij trigesimum

P. Alphonsus Gomez, ex oppido Baraias in Diœcesi Toletana: qui cum Toleti degeret, vicinoque in oppido quopiam Parochus lue fuisset extintus, eius ipse munus obiturum se, ni per Obedientiam staret, recepit. Sed consultius Præposito Prouinciali risum-

si quod operæ in alienis ab illo ponendum esset, id in Nostris adiuuandis conferret. Igitur ibi se tam strenuè, ardenterque tractauit, ut post multum impensum laborem, religioni sibi fore diceret, neque se pane Societatis ausurum vesci, si quantum posset ea in re minimè contenderet, & conniteretur. Postremus occubuit eodem illo die trigesimo Iulij

*Ioannes Martinez*, qui tirocinio nondum confessò, perceleriter cucurrit ad metam.

## ITALIA: CAPVT XVIII.

*Taurini decem emortui.*

**T**AURINI annus hic, atque superior sanè luctuosus, quo pestifera-  
lues totâ vrbe vulgauit morbos, mortesque; vt illustrauit No-  
strorum hominum studium in curanda salute proximorum, ita ijs  
auxit luctum, eorum imminuto numero. Nam cùm priore anno,  
quo peste comprehensa ciuitas cadaueribus vbique funestari coepit,  
Sacerdotes duo in nosocomijs, ac sub pellibus in tugurijs, strenuam  
operam ægrotis confessione, ac solatio iuuandis impendissent, alio-  
rumque charitas enituissent in reliqua ciuitate: Hoc anno posterio-  
re, illo præsertim tempore, quo pestilentia, qua hyeme remiserat,  
incanduit cum seruore anni, populumque mors acerbius inuasit; ita  
conspicta fuit Nostrorum pietas, vt omnium in se oculos conuer-  
erit, conciliârît animos etiam infensorum. Obuenerat pro Nostris  
quarta ciuitatis pars spiritualibus officijs iuuanda: sed res ed postmo-  
dum reciderunt, vt Sacerdotibus omnibus vel morte sublati, vel  
fugâ dilapsi, Nostris etiam magnam partem, ne vitam frustra proijice-  
rent, vrbe exire iussis, tota ciuitas vni Vicarlo Archiepiscopi, &  
P. Rectori nostro, & præter eos non facilè alij cuique relîcta fuerit.  
Non solum ergo Nostris vel à contagione arcendis, vel morbo cor-  
reptis curandis: sed alijs omnibus ægrotis inuisendis, eorumque con-  
fessionibus audiendis, eidem Patri laborâdum fuit; ac laboratum est, vt  
non caruerit admiratione, versanti inter ægros, ac propè inter cada-  
uera nihil mali adhæsse.

Ceterum vt de luctu nostro ne penitus omittam dicere, quamuis  
mali expers P. Rector extiterit, qui tamen haustâ peste vitam finie-  
runt è Nostris, decem omnino fuerunt, Sacerdotes tres; quartus  
Rheticæ Professor designatus; reliqui Coadiutores; quorum om-  
nium

nium ut rara probitas in vita ; ita & in ultimo eius actu eximia patientia . Porrò quoniam mihi quidem nondum satis certò exploratoque constat eos omnes luem , mortemque in charitatis obsequio contraxisse , nolo quoquā eos meā fide inter has victimas recenseri : sed ne memoria eorum obliuione deleatur , si ad hunc fortasse numerum pertineant , nomina eorum ab Annuarum Scriptore prater Sacerdotes , omissa , sed è Menologio M. S. Iacobi Stratij ad vnde tricesimum Iulij diem prompta , suis singula diebus adscribam , & de Patribus ea describam , quæ referuntur in Annuis . Igitur primus occubuit ad diem septimum Iulij .

*Ambrosius Marianus* , Coadiutor Temporalis . Alter ab illo ad diem vnde tricesimum Iulij

*Christophorus Mairanus* , ipse item Temporalis Adiutor . Tertius ad diem sextum vicesimum Iulij

*P. Ioannes Baptista Rainonis* , alter eorum scilicet , quos in nosocomijs ac tentorijs versatos superiore anno diximus ; quam ille sibi prouinciam à P. Provinciali vltro depoposcerat , viginti octo annos Deo seruierat seruitutem in Societate quā religiosissimam . Eius mirum obsequendi studium commendabatur à Superioribus , quorum nutibus ita præstò esse consueuerat , vt eos etiam anteuferret , nedum imperium detrectaret . Charitatem porrò , ac zelum salutis animorum experti sunt quicunque ad deponendam peccatorum sarcinam configiebant in templum nostrum , è quo nunquam ille pedem efferebat , nisi aliò mitteretur : vt nimis pœnitentes paratum semper Confessarium haberent . Illum die vnde tricesimo Iulij subsecutus est

*P. Jacobus Paiva* , vnius & septuaginta annorum , quorum quadraginta in Societate vixerat magnâ opinione sanctitatis , & eius doctrinæ quæ continet quæstiones de officijs humanæ vitæ . Vir fuit ille quidem simplicitatis antiquæ , sed prudentiæ singularis , vt potest maximam partem vitæ tribuerat excipiendis Confessionibus , in Domo potissimum Lauretana . De eo multa narrabantur à socijs eximiarum virtutum exempla , sed vt è rebus minutis conjectura fiat animiverè religiosi , ac sanctæ paupertatis amantis ; eas horas , quas ab oratione ac studio , vel à Confessionibus vacuas habebat , in colligendis frustulis panni duorum vel trium digitorum , quæ à sarcinatore inter quisquilias & scruta projiciebantur , iisque componendis & consuendis ponebat , quoad formaret vel cingulum , vel puluillum , vel tapetem , vel tale quippiam , quo Nostris in rebus domesticis vte-

rentur; neque indignum cāxitate, ac grauitate reputabat otium negotio vel leuissimo fugere, nec frustra operam fallere. Huius eiusdem Iulij mensis sed ignorato die obiit

*Andreas Bassa*, Coadiutor Temporalis. At die quinto Augusti

*Franciscus Vicus*, & hic Temporalis Adiutor. Die verò Augusti vndecimo

*P. Michael Maria Dentis*, vir non multorum quidem annorum religionis, quam natu grandis ingressus est, sed multarum virtutum, & de Collegio benemeritus, cui magnam suorum bonorum partem viuens fuerat elargitus. Die tertiodecimo Augusti decesserunt

*Paulus Aurelius Alamannus*, Scholasticus; &

*Gaspar Vicecomes*, Temporalis Adiutor. Die 20

*Iosephus Paulinus*, item Coadiutor.

## BELGIVM. CAPVT XIX.

*Insulis unus sublatus.*

**I**n Insulis vrbe Flandorum, cùm P. Adrianum Brunum contagiosa lues corripiisset, lubens decumbenti adfuit

*Cosmus Aegidius*, qui infirmum, mortuumque, obsequio iuxta, vitâque perfunctus, ad præmia secutus est, tertio ab inita Religione anno, ad diem decimum Augusti.

## BOHEMIA. CAPVT XX.

*Praga duo extinti.*

**P**ragæ, quæ prima Bohemæ vrbs, grassata pestis, ibique duo mediâ morte vitam immortalem adepti sunt. Alter ad diem octauum Septembbris

*P. Stanislans Vuociesconius*, natione Polonus, qui ob animi constantiam, & insignem charitatem peste laborantibus destinatus, & in eorum ministerio extinctus est, annos natus trigintaquinque, quorum septem & decem in Societate meruerat. Alter ad diem sextum Octobris

*Lucas Roll*, patriâ Almantanus, Coadiutor Temporalis, qui cùm P. Stanislai ægrotantis minister, & emortui pollinctor extitisset, lue ab illo

illo contractâ, brevi eundem fecutus est, anno ætatis altero quinquagesimo, ab inita Societate vicesimo.

A N N V S M. D C.

## H I S P A N I A . C A P V T I.

*Tres mortui Granatae.*

**G**ranatae seuissima pestis, quæ ad vniuersam fermè Boeticam pertinuit, urbis totius foecem inuasit, quâ cùm nosocomium repletum esset, nec reperiretur, qui saluti eius spirituali, corporali que consuleret, P. Rector aliquos è Societate Sacerdotes ad hoc munus subeundum destinandos iputauit. Nec defuere multi, qui periculosa eam aleam multis precibus adire contenderent; sed inter omnes trium potissimum pia viatrix euasit pertinacia, qui ardenti spiritus feruore succensi, ad P. Rectoris pedes cum lacrymis conuoluti, suos humeros ei molestæ, periculoseque prouincie sustinendæ obtulerunt. Neque minus feliciter eorum contentioni, pioque feruori respondit euentus. Ita siquidem se in nosocomio moderando, & Confessionibus ægrorum excipiendis gessere, vt Ciuitas vniuersa, eiusque Antistes in primis, quamplurimas Societati gratias censuerint esse referendas. Duos è tribus vis morbi perculit; sed alter duntaxat è vita decessit: quorum in locum alij sufficiunt duo, qui ambo contagione percussi obièrere. Adèò verò se grata, ob hoc officium Ciuitas Societati exhibuit, vt illud in publicos rerum gestarum annales iusserit ad sempiternam posteritatis memoriam referri. Horum ego trium nomina, quando in Annuis expressa non sunt, ex Necrologio Romano, haud ineptâ, ni fallor, coniecturâ describo, ut primus nimirum fuerit, incerto die sublatus

P. Petrus de Molina, patriâ Motrilenlis, annos sex & quinquaginta natus, exactis in Societate duodeuiginti stipendijs. Alter ad diem sextumdecimum Augusti extinctus

P. Marcus Antonius, ex oppido Durango, ætatis undetricesimo, & sexto Societatis anno. Tertius demum ad duodeuicesimum Augusti diem

P. Franciscus de Cuellar, Granatensis, altero tricesimo vite, tertiodecimo Societatis anno.

## POLONIA. CAPVT II.

*Cracovia mortuus P. Vvenceslaus Samotulienensis.*

**C**racovia, Regni Poloniæ sedes contagionis malo menses complures iactata fuit. Subuentum autem infectis per Nostros est, cùm destinatis ægrorum solatio, ac subsidio. Sacerdotibus aliquot, nullis laboribus parcitum est, dum eoruim animis, corporibusque tanta in necessitate consulitur. Vnus etiam ex illis, qui Superioris obtinebat locum, quæ labore, quæ contagione prostratus, succubuit, & Decembri mense ad diem quartum viçesimum morti cessit. Is fuit

P. Vvenceslaus Samotulienensis, vir laborum apprimè patiens, mirà mansuetudine, flagrantiâque spiritus : sed tantâ in primis religione ac pietate, ut eius egregium vel extremo in spiritu socijs exemplum præbuerit. Conuocatis enim ad se ijs omnibus, qui domi tum erant, fugientem iam propè animam cogens in vocem Diuinæ gratiæ plurimū gratulatus est, quod suam istam in Societatem se vocasset, atque ad eum diem in ea se continuisset; tum veniam suorum erratorum precatus ab omnibus, seque ipsorum votis, supplicijsque supremum commendans, animam paulò post latus, atque hilaris edidit, annorum complurium, quos in Societate vixerat, fructum capturus.

## ITALIA. CAPVT III.

*Neapoli extincti tres Patres.*

**A**ccidit hic annus Nolanz vrbi, propter ingens exitium, memorabilis. Nam ex radicibus Cicalæ montis proximi tanta in subiectam planitiem facta est aquarum eruptio, ut periculum esset, ne præcipiti vndarum lapsu proruta vrbs abiret in profluentem. Iam enim non modò circumiectos agros latè inundauerant aquæ, sed etiam tecta vrbis illabi cœperant, sicut ima paumentorum altè stagnarent. Ciues ne conuulsis ædibus delaberentur, fluctus primùm in diuertia deduictos auertunt ab vrbe, tum longius deriuatos in vicinum flumen immittunt per medios agros ingenti opere interfossos : torreus qui se voluebat, viam nactus, alueum implebat altum, ad quinque pedes, latum ad novem. Ducebatur è duodecim (vt aiunt) puteis, qui ad ima montis rudi opere defossi erant, tantum  
vt ad

ut ad campos irrigandos usui forent: ex his præter morem, modumque exuberantes aquæ coeperunt erumpere usque ad quintum mensem. Diu circa urbem longè, lateque ad duo passuum millia stagna, & lacunæ cerni. Superiecto nonnullis locis ad octo pedum altitudinem & quore lintribus transmitti: qui rem viderant, enarrabant, que non modò aurium, sed oculorum etiam fidem superarent. Initio illud erat in metu, quod postea accidit, ne post infinitum terræ madorem atque proluviem, cali grauitas consequeretur, saluti corporum noxia. Est enim in veteribus monumentis, idipsum eodem loco superioribus seculis accidere solitum nonagesimo quoque anno. Præterea terrebat animos vetus inscriptio cuiusdam lapidis, quâ testatum erat de quadam insigni clade, ac pestilentia, quæ olim simile diluvium consecuta, ad octo millia Ciuium absumpsiisset: adscriptum quoque erat elogium, quo maiores posteritatem admonebant, his verbis. Cùm vernum diluvium in agris tuis, Nolane, videris, mors mora, vita fuga erit. His rebus in summam sollicitudinem adducti ciues, cladem urbis extimelcere; omnes ad templum nostrum accurrere; hic ad aram cateruatum affusi, afflictique ad terram, cum ingenti comploratione Numinis opem petiere lamentabili ciulatu. Huc virgines passo capillo, nudisque pedibus longam supplicij pompamducere, pueri longo ordine procedentes pavimentum templi lambere, à primo ingressu ad summam aram perpetuo lingua tractu: viri nobiles è nostro Sodalitio saccis induiti, & ante aram in genua proni, nudatos humeros flagro cædere, concinente interim choro quinquagesimum Psalmum. Atque hæc initia fuere futurorum malorum. Non ita multò post, cælo indies magis ingrauescente, morbi lues, quæ timebatur, concepta corporibus, tota vrbe vulgatur. Mox se in vicinos pagos effudit: quo cùm multi propter malum confugissent, eos consecuta pestis miserabiliter occupavit: quanquam hi non tanto curandæ valetudinis incommodo laborabant, quanto illi, quos in vrbe morabantur inopia. Hi nempe omnibus auxilijs destituti, passim & vi morbi, & curationis difficultate moriebantur. Nostrí ad eos auxilio iuuandos, ab vrbe Neapolí bini per vices submittebantur, qui contempto mortis periculo, alacres ad certamen cum pestilentia subeundum accurrebant. Ex ijs non pauci contagio affecti, grauissimè laborarunt. Tres etiam Patres, non minùs xstate, quam existimatione graues, relati Neapolim, ibi diem suum, insigni mortis genere, & ad exemplum memorabili consecrare. Ii fuere, si recte coniicio, primus vigesimo tertio Augusti defunctus

P. Fabritius Piccolus ; alter ad diem quartumdecimum Septembris sublatus

P. Augustinus Albitus , Domo Caietanus postremus die septimum-vicesimo Octobris

P. Lucas Stadius , patriâ Auerianus .

A N N V S M. D C. I.

### H I S P A N I A . C A P V T . I.

*Hispali moritur P. Antonius Cordeſes.*

**A**Cerbior Hispalum hoc anno pestis, quām superioribus annis afixit, cui ne Societas necessitati decesset, omnibus se promiscue ad opem exhibuit: vocati Patres, inuocatique ægros inuisores, conquirere, assidere, expiare; etiam in templo sui copiam omnibus, sine delectu, sine discriminē, ad Sacramentorum administrationem præbere. Inter eos, qui suam indifferenter operam aduentantibus commodauere, prima commendatio debetur viro, non magis ætate, quām sanctimonix nomine celebrato, qui eo in ministerio pestilentiā per contagionem correptus, ad diem sextumdecimum Martij excessit. Is fuit

P. Antonius Cordeſes, cuius de præclarè factis, aliquanto amplius dicendum est. Natus is est in Olet, oppido Gerundensis Diœcesis in Catalaunia; agebatque Barcinone Notarium, cùm ibi ab Antonio Araozio S. P. N. Ignatij propinquo per annum prioris seculi quintum & quadragesimum, septimo vicesimo sua ætatis in Societatem adlectus est. In ea Philosophicas disciplinas & Theologicas percelleriter ille quidem, sed tantâ præstantiâ didicit, vt eas postea cum laude professus, & vtriusque facultatis Doctor legitima suffragatione creatus sit. Ad prima Societatis vniuersitatem comitia, quibus anno 1558. Iacobus Lainius renunciatus est Præpositus Generalis, accessit Antonius ab Aragonica Provincia, non ille quidem cum iure suffragij, allegatus, sed vt publica negotia Procurator ageret eo in conuentu, qui eidem Provinciæ ab Lainio Præpositus ipse Provincialis haud multò post Franciscum Stradam, & Baptistam Barmam tertius anno 1560. creatus est. Id munus priusquam initret, hoc eodem ipso anno, Gandia, vbi Collegio Rector tum prærat, habuit suæ charitatis experiundæ, commonstrandæque locum peropportunum. Inuasit eam vibem, vti complures alias citerioris

Hispæ-

Hispanix, lues saeuissima. Igitur ipse socijs non necessarijs ad tutiora dimisis, restitit ad pestilentium curam cum paucis: cumque nullum ipse periculum defugeret, omnibus adesset interritus, sublati lue locis omnibus, quos vnum ipse medicamentis fouit, dum vita fuit; emortuos idem ipse funeradit; superstes tamen omnibus ad alia plura certamina seruatus est. Porrò nefas sit omittere vnum, alterumque illustre fortissimae charitatis exemplum, quod edidit eo loco Antonius. Comperit solâ in domo puellam infautem, quæ vtroque parente peste orbata, ad ipsius suæ matris vbera spirans adhuc semimorta iacebat. Eam è sinu matris extraetiam complexu tenens domo extulit, & obuiæ forte mulieri Annae Moralez, quæ suum ipsa tum quoque lactabat infantem, hanc ipsam commendat, quam gereret, suis vberibus educandam. Illa nihil in se moræ esse, nihil formidinis ostentare, nisi coningis sui ratione moueatur, tam recenter à contagioso matris lacte eâ infante depulsa. At ego tibi, ait Antonius, certò recipio, neque tibi, neque tuorum cuiquam istiuspuellæ consuetudinem, contrectationemque dum nutricabere, noxæ fore. Sic illa facta fidentior, vberibus admouit infantulam, & nutricauit cum sua, atque ex Antonij promisso ei fuere omnia, incolmia. Catharinæ Texedæ probissimæ feminæ, Ioannis Texedæ Franciscani, cui Beati iam titulus decretus est, germanæ sorori autor fuit, ut nosocomij præfectoram, vbi pestilentium cura gerebatur, admitteret, incolunitatem illi suâ fide depactus. Admisit, præfuit, & charitatis officio, secura periculi, perfuncta est.

His ipse malis defunctus, simulatque Prouinciam administrandam suscepit, Barcinonem ex officio lustrans, & rursus ibi cum pestilentia luctatus est, & nouum edidit Christianæ sapientiæ documentum. Atque istud quidem anno 1501. gestum, eximiam habuit & rei nouitate, & fructu commendationem. Itaque prodijt ipse Prouincialis in publicum, & teneram ætatem, quod ad eam diem nemo fieri Barcinone viderat, instituere fidei rudimentis cœpit. Quam ad rem cum puerorum agmina ingentia concurrerent, natu simul grandiorum, ac nobilium etiam haud parua conueniebat manus; scilicet ut Prouincialem inter pueros Christi causâ repuerascentem nouo exemplo, laudabilique spectarent. Atque haec ille cum è re Christiana tractaret optimè in publico; tum verò domi socios etiam instituebat priuatim ad omne virtutis officium pulcherimè. Alterum præstitit anno 1564. cum Barcinone pestilentia rursus cœpisset apparere, quanquam ea postmodum haud qua-

quam processit , Hieronymum tamen Morillium eximiâ virtute fratrem Collegio eripuit , cui mysteria suprema Prouincialis Cordesius suâ ipse manu adhibuit .

## C A P V T   I I.

*Magistratus. P. Ansonij, & virtutes.*

**S**Ex annos Aragoniæ Prouinciam Cordesos obtinuit, eoque in munere Romanum anno 1565. ad subrogandum defuncto Iacobo Lainio Præpositum Generalem accessit ; iterumque anno 1573. rursum triennio Prouincialis cum B. Francisco Borgiae suffectus est Euerardus Mercurianus . Tolitanam subinde Prouinciam annos sex moderatus est ; & ab ea , iam tum Magistratu defunctus anno 1581. Prouinciæ suffragio , ad designandum Generalem Claudiū Aquauiam rursum ad Vrbem venit, fuitque eo in conuentu præcipue spectata eiusdem prudentia , & grauissimæ , quæ tum fortè iudiciderat , expediendæ quæstioni cum aliarum nationum delegatis Patribus peculiariter destinata . Ad hæc Conimbricensis Collegij superintendentis nomine , & ex interuallo Romanæ Pœnitentiariz gubernacula tenuit , & perdiuturnas Hispalensis Professorum Domus Præpositorus fuit ; vbi demum priuato in otio , hoc est , nullo publico in munere , sed alioqui negotiosissimæ charitatis in opere semper districus , occupatusque degebatur optimus senex , quando mors eum glorioſa , natum annos tres & octoginta , Cælestibus addidit , tantâ in vulgus existimatione sanctitatis , vt nullus mali exitiabilis metus arcere potuerit multitudinem , quin ad venerationem , imiuxta , summiq[ue] , partem aliquam corporis eius , vestiumque diriperent .

Neque ea sane virtutis eius opinio ex vano fuit : multis enim laudibus excellenter eminuit ; & in primis constans virorum grauium sensus fuit , eum primævam Baptismi gratiam nullo vñquam criminis perdidisse . Totis ille quidem annis sexdecim prauarum cogitationum molestiam , difficultatemque perpessus ; sed eo in igne purior eius spectata semper integritas est ; vt procacem etiam aliquando feminam , ad quam fuerat velut ægram obtentu Confessionis accitus , egregij facti insolentiâ , primùm ad horrorem , tum vero etiam ad suæ detestationem lasciuie commouerit . Nimirum ut ab ea sollicitati coepit ad flagitium , ipse dissimulato consilio , postula-  
toque

toque leuandæ naturæ spatio, illud vbi datum est, vultum egestâ proluuic delibutum præstolanti obtulit, coque spectaculo vehemen-  
ter absterruit. Ipse verò ab omni ea mentis vexatione liberatus  
est, pia feminæ, vt rebatur, oratu, quæ suas illi preces apud Deum  
moriens, quidquid demum obtinere libuisse, spoenderat, quippe  
qui secundum eius obitum perpetuæ deinceps fru&um pacis &  
tranquillitatis expertus sit. Ceterum hoc illi sive ad indulgentiam,  
sive ad negligentiam nullo vnquam loco fuit; tantâ, tamque per-  
tinaci sensum usque custodiâ, vt muliebrem in formam non auderet  
obtutum defigere; cùmque ad sextum usque & sexagesimum ætatis  
annum modico propter stomachum vino sibi indulsisset, reliquo vitæ  
frigidâ semper sitim leuavit.

Singularis extitit eius in Deum pietas, atque religio; precan-  
di studium propè perpetuum, cui duas horas quotidie iam prius  
ipse impenderat, quam reliquis surgendi signum ederetur. In cu-  
biculo vel orare assidue, vel legere quidpiam; sciscitantibusque  
nonnullis, ecquid homo id ætatis, atque sapientiæ volueret identi-  
dem articulos S. Thomæ, respondebat orando Deo se semper in-  
tentum, inde carpere nonnunquam vel materiam commentandi,  
vel vicissitudinis aliquid ad leuationem. Ipsa ciui colloquia, fami-  
liaresque congressus, ardentem intus in animo flammam Diuini  
amoris indicabant. Beatissimam Virginem Dei Matrem peculiari  
cultu semper veneratus est; & ab ea magnis vicissim beneficijs auctus,  
ornatusque est. Ex ea Diuinitatis consuetudine, atque usu perpetuo,  
extitit eximia quædam rerum humanarum contemptio; acris sui, sua-  
rumque per motionum domitura, victrixque compressio; humilitas,  
atque modestia, lenitudo mentis, & imperturbata tranquillitas; vt  
vel ipse fatetur, totos se annos quadragiata, nullis temporibus,  
nullis rebus summa tranquillitate animi tanto fuisse spatio demo-  
rum, quanto Angelica Salutatio recitari. Nihil vnquam suis præ-  
cipere, nihil arguere cum stomacho; sed animi sedationem tantisper  
opperiri, ac tum graviter ille quidem, sed blande ac per amanter officio  
fungi; sic & suorum sibi voluntates conciliare, & eos quoq; voluisse, lubentes volentesque ducebat. Ea gratiâ, cùm æquè sol-  
licitus, atque moderatus esset, & vita exemplo, & suauitate impe-  
randi à suis obtineret omnia (nam & primus ipse mandat consurgere),  
primus ipse scopas verendo paumento corripere, primus obire  
omnia, quæ communiter pertinuissent ad socios vniuersos; videri-  
que cùm ageret omnia, nihil agere, quia tanquam ex officio ea-

præstaret) totos propemodum annos quadraginta in Magistratibus fuit; tum quòd eum & inferiores concuperent, & quòd eo Maiores ad tuendam cum suavitate disciplinam sanequām libenter uterentur. Nimirum cùm valeret prudentiā, & ad imperia iusta præiret, magnā gubernatione consilij, atque autoritatis rem publicam, priuatamque tractabat. Accedebat pondus ab eximia tractandorum animorum peritia, cùm esset discernendorum spirituum sagacissimus arbiter ac magister. Cruciatum corporis, supra quām ferè sit credibile, patientiā claruit. Duo generis eius documenta præclara, duntaxat memorabo. Cùm primū Hispalim anno vno & octogesimo prioris seculi ei Domui Præpositus venit, ipso in limine tibiam, corruente iumento, grauiter affixit; vnde perlóngus cubatus, difficilis medicatio, acerbi cruciatus. Ipse ita omnia perpeti, tanquam in alieno corpore luderetur; hilariā fronte, mente compositā, vt nescires, quidquamne doloris persentiret. Anno vnde sexcentesimo supra millesimum ab Arcosiana Duce Marchenam accitus, in via propè Maironam quarto milliario distantem Hispali, mulâ, quā vehebatur, in lapsu oppressus, crure tergeminâ fracturâ contrito, iacuit tantisper exanimis, dum socius ponè aduentans exciuit auxilia; tum in oppidum primū, postmodum latus Hispalim, diram illam curationem, ingentibus excruciatuſ doloribus, iacens perdiu immotus, vt necesse erat, sustinuit id ætatis & imbecillitatis homo, tam integer animi, tam sui potens, vt se visentes, domesticos, externosque, ne suo labore condolecerent, trigeret ipse verbis & solaretur.

In potestatibus apprimè misericors, & in calamitosos profusus fuit, consueratque temporibus pias elargitiones duplicare, certus eō liberalius iri suppeditatum à Deo, quòd indulgentior in inopes extitisset: idque quām ratum sit, & ipse comperit experiundo, & alios condocefecit exemplo. Hispali duodecim annis, quibus eum Magistratum gessit, ad octogena capita Nostrorum precariò aluit, eaque pro modestia, modoque religioso quāmliberaliter; sicut Domus coēmpto octonis aureorum nummūm millibus laxauit: idem spatiū vicenis quaternis millibus inædificauit. Ad hæc, coēmitrus, in coequo & fabricatis est, & tellurem exercuit non modico sumptu. Sacrarij supellecilem denūm millium circiter pretio auxit. Atque hæc omnia nullo censu, neque vestigali, sed vnā piorum hominum beneficentiā, in statu Numinis excitatā.

Deuxā ætate dum priuatus fuit, nihilo sibi, quām prius, ignoscētior

scientior esse ; nihil remissè agere , nihil otio aut quieti dare : multam Confessionibus operam nauare ; neque præclaros tantum homines , sed multò maximè , amantissimeque tenues , quique apud alios loco excludebantur , excipere ; quo siebat , vt affluentia cuiusque ordinis hominum , sçpè ab matutinæ orationis egressu ad alteram yisque mensam vno ductu consideret in opere . Post meridiem ægros inuisere , allocutione solari , confessos expiare ; breuiter omnes ad officium piâ aliquâ narratiunculâ cohortari . His artibus effectum est , vt esset amori domesticis , & ijdem iuxtaæque externis venerationi , vt cùm prodiret in publicum , manum eius , vestemque depoferent ad osculandum , & tanquam sanctimoniaz opinione noti hominis , quo ferè vocabulo passim compellabatur , benedictionem , precesque agitarent , rati se nullius , oraři repulsam à Deo laturos esse , dum eius suffragatione niteretur . Et contigit , vt Senatori cuiquam Hispalensi ex vigintiquatuoruiris , cui liberorum alter in vndis perierat , alter ex uxore nullos gignebat , moesto solatium additus receperit , illi ante annum ex filio procreatum nepotem iri , ad generis , familiæque tutelam : & uti recepit , sic effectum est .

Tot inter , ac tam varias , distractasque curas , ne non omni modo mortalium saluti consuleret , animum etiam , operis quasi secundarijs appulit ad scribendum ; prodijque typis in lucem elaboratus ab eo Catechismus . Aliquanto post etiam : Itinerarium perfectionis Christianæ , quod à quopiam Italicè ex Hispanico transcriptum alieno subditum nomini fuit , sed suo postmodum autori vindicatum . Plura , quæ lucem adhuc non videre : De tripli via spiritus ; De mortificatione ; De oratione ; De Sacramenis ; De præceptis Decalogi ; De luce anima , lucubravit . Atque hic demum vir tantus , dum suam intrepidus operam , tempore tam dubio atque ancipiiti , præbet omnibus , suimetipius , ne locors dicam prohibet charitas , at certè securus , ab conscientibus infectis luem combibit , quo gloriosum mortem , maturus æui , tres & octoginta natus annos , executus est .

## C A P V T I I I .

Xeresj extictus P. Antonius Sanchez cum Andrea de Vargas .

**X** Eresium , nobile in Boetica oppidum , popularis quoque lues hoc anno exercuit ; quæ quo maximè tempore gliscebat , duo se Nostris ,

Nostris digni Societatis spirituq; perspicuit morti deuduerunt pro ciuibus, atque in media contagionis pericula, sine cunctione conierunt; alter ut corporibus mederetur, alter ut mentibus. Eorum alacritas in aggrediendo, nauitas in opere perseguendo ingentem fecit omnibus admirationem; cum ceteris ferè, præter paucos; abuentibus, ipsi absentiis formidinibus, nullâ mercedis humanæ seu spe, seu illecebrâ, infatigabili charitate languentibus inservient. Sed cum eos non multò post eadē mali contagio involuit, atque extinxit, haud minorem in omnibus reliquit eorum desiderationem. Tanta erat omnium aduersus iplos charitas, ob sanctitatis existimationem. Prior interiit, is qui ægrotantibus aderat à Confessionibus, quindecim ferè post dies, quam nosocùm ingressi sunt, ad duodecimstum scilicet Ap̄ilis.

P. Antonius Sanchez, celus egregia virtutis, quoniam solito grandior fuit, altius aliquanto repetenda est. Natus is est obscuro in vico oppidi Esteponis eadem ipsa in Boetica, cui vulgo vocabulum est, Saltus equarum (Sierra de las yeguas). Philosophicis doctrinis Ossunensis in Academia perpetuus est; ibique Magisterij prærogatiuā decoratus. Societatem Hispali annos natus tricenos binos expetiit; & ab Præposito Provinciali Petro Bernal admissus, continuo Montellani peregrinabundis & tirociniam ibi positurus, tetendit. Ibi tantus eius ardor extitit, tanta per sui afflictionem, compressionemque cupiditatum ad virtutis laudem incitatio, ut miratus imperium informator titonum interrogauerit aliquid; ecquid ea tanta vehementia significaret, curie ita contendere: cui peraccommodate respondit ipse, iumentum diuersorio benè pastum egrediens, si pigretur; meritò solere fuste, & calcaribus adigi: se num' primum à seculo digredi, vbi lantè, indulgenterque se habuerit; nisi gradum ad perfectionem acceleret, poenâs meritissimò debiturum: Igitur ab ipso statim tirocinij exorsu aceratum, sine ullis inducijs, sibi suisque appetitionibus bellum indixit. Diritissime se, creberrimeque flagris tum publicè, tum priuatim excipiebat; vt eos se p' qui propè commorabantur, miseratio caperet hominis adeo in semet ipsum scuientis: & ne qua pars corporis plagarum esset immunis, aut vacua doloris, totum se vestibus s'penumero enudabat, & vnam ex altera parte corporis feriendo, vniuersum diris verberibus subigebat, auditusque est nonnunquam imbecillitatem suam, ne succumeret, connicijs increpare, sibique dicere: *Sassine, canis, tantisper, sassine.* Ciborum vilissima, eaque admodum parec capiebat, neque

que ynquam quidquam, per Aduentus & Quadragesimæ dies, ve-  
spri delibabat. Eius omnis potio, aqua pura; & rogatus ut pauxil-  
lum vini, vel ætati concederet ingrauescenti, Canem hunc emor-  
tuum, inquietabat, vix frigidâ potum cōrceo à lasciuia, nedum con-  
tingam, si propinem vinum. Somno permodicè vti, & plerumque  
vestitus incumbere, & sui vel dormientis vexandi varias excogitare  
rationes, Algorem s̄tumque & inclemētiam omnem aëris tole-  
ranter excipere, & videri etiam studiosè captare. Sēp̄ inter eluen-  
das in culina lances, brachia feruent aquæ immergere, sēp̄ eadem  
flammæ lucernariz admouere, mirantibusque alijs dicere, infernos  
ignes eo se rūdimentu explorare, discere formidare, sibique insul-  
tans: Vſtulare, aiebat, sus immunda, vſtulare. Omnidò nouas in-  
dies, atque adeò in horas excogitabat artes, queis sibi, suoque cor-  
pori incommodaret.

Linguæ continentissimus fuit, & sermonis parcus; ceterum  
in omnes blandus & assabilis, mitis lancteque lepidus & facetus,  
etiam tum, cùm ea tractaret, quæ formidinem conlueuerunt, hor-  
roremque animis infundere, de mortalium supremis, de sempiternis  
supplicijs, & quaquæ alia id genus, quæ per eam ipsius suavitatem,  
blandius in animos hominum per sensus festiuitate demulcere infaue-  
bant. In sc vnum austerus semper; de se uno sobrius, & moderat-  
us. Itaque accedebat eius orationi vis ab opinione duritia, atque  
ab hominis ipsa figurâ, orisque eius macie, per inedium, & reli-  
quam aliam severitatem conciliata, quæ tanta, tamque inusitata  
fuit, ve absumptis ferè carnis ossa nudis obducta pellibus exta-  
rent, & monogrammum posses sine iniuria dicere, vel spirantis mor-  
tui quoddam simulacrum.

Sui deprimenti incredibile dictu est, quam studiosus foret.  
Animum in omnem eius occasionem habebat semper intentum. Crea-  
bro necessariorum suorū maximè tenues quoque, honestioribus opu-  
lentioribusque omissis, in congressibus memorabat. Sēp̄ dicere opi-  
lionem olim sc in patria, caprarium, subulcum egisse; quæque eius tem-  
poris erant, cum voluptate referebat; ducebatque narrandi, huiuscemo-  
di ferè verbis, exordium; olim ego cùm vitam agitarem in pastoritia,  
cùm gregis custos essem, &c. conlueueratque familiaribus in colloquijs  
ex agro & rure sententias explicandas sue, similitudines & tralationes  
ducere. Ceterum adeò suorum nullo studio, nullo amore tenebatur, vt  
quamuis ab ijs vix horæ spatio distaret, exorari tamen non posset, ad  
eos visendos vt tautisper excurset.

Voluntariam eius inopiam loquèbantur vestis ipsa , lectus , suppellex , omnia . Ibat ex uno Collegio in aliud , si potestas fieret , semper pedes , siveque sarcinulâ grauis . Ita suum corpus duris insueverat , & animus exercendo ad maximè ardua obduruuerat , vt nullis neque morbis , neque doloribus ab instiuto dimoueri se sueret , neque oris hilaritatem contractione fuscari . Nullum in eo voluntatis vñquam vestigium à Moderatorum nutibus , nedum imperijs , alienas tamque erat ad eorum iussa flexilis , atque versatilis , vt eius alacritas in proverbio esset ; cùmque supplendis omnium vicibus perfugio superioribus esset , eisque sollicitis suā semper operā curam adimeret , Curidemius (sic vocabulo venia) vocabatur .

Divinitatis contemplationē mirificè tenebatur , & quām poterat ei plurimum temporis tribuebat : manè duas continentēs ducēbat horas , alteram ante socios , alteram cùm illis communem : vesperi iursus alteram arbitratu suo . Situs corporis erat , qui pietati seruiret , & loco ; nimis si afforet arbitri , erectus in genua , si solus esset , pronus toto corpore humi procumbere , quoad usque deficiens , suis demum posticis pedibus insideret , medio in cubiculo , nequa corporis acclinandi potestas , aut occasio foret : quo eodem humillimo situ semper Diuinum Officium recitabat . In missionibus , quas frequentes instituebat , cùm dies operi totos institisset , ne precationi decesset , longa somni spitia detrahebat ; eamque voluendis Sanctorum libris , ijs præsertim , qui voluntati ciendae , quām intelligentiæ formandæ opportuniōres essent , inflammabat . Deuotissimā pietate coluit Beatissimam Virginem , eiusque consuerat imagines floribus , & corollis redimire . Præcipua veneratio Sacrosanctæ Encharistiae , & Sanctæ Crucis fuit . Singulare quoque in Sanctos Angelos studium ; quorum præsidium aliquando , præsentiamque in periculis experiundo compererat : quale fuit , cùm noctuabundus cum socio , viarum incerti , per tenebras ita se medijs paludibus induerunt , vt ortā luce inexteribilis exitus appareret . Tum Deo ac Sanctis Angelis inuocatis ; allapsa vox , semel iterūque admonuit , procedere : ibi scilicet semita sicca comperta , quæ duceret errabundos in viam .

Ad proximorum salutem , mirum dictu est , quantā assiduitate , quām perpetue conatu , nunquam fractus , neque fatigatus benè de omnibus merendo , incubuit . Diem totum , quietis parcissimus , audiendarum Confessionum negotio dare , vix ad vescendi necessitatē breui otio capto . Omnia ille quidem indigentiae , seu corporis , seu animi ,

animi, sedulus opitulari; sed nescio quo pondere charitatis in tenuiorum auxilium proniore studio ferebatur. Paganas missiones voluptati ducere, easque primas dicere Societatis, & germanas esse delicias. In ijs concursare potissimum tabernas pauperum, & humiles ægrorum casas, quò prima ad eos subsidia pertinarent. Prima diei lux occupabat hominem pro foribus templi sedentem, dannemque ijs operam, quos in agro diurnus labor exercet ad victum. Dein templo aperto nauabat alijs ad usque meridiem; eodem redibat, curato perbreuiter corpore nec nisi peruerseri ab opere recedebat. Custodias bis quaque hebdomadā lustrabat, vinctis solandis, expiandis, ad officium hortandis: quibus egentibus & lignis, sèpè conuehebat, & aquam. Nulla dies illi sine hac linea, hoc est, sine aliqua mortalium ope, ducebatur; ne illa quidem, quâ Moderatorum coactu rus exire; recreandoque vacare corpori iubetur, negans ausurum se, quâ die nihil in miseros beneficij contulisset, eâ die ad prandium exporrectâ fronte considere. Fuit, vt furenti cuiquam Sacerdoti, qui catenis vinctus tenebatur in lecto, miseratus hominis illuuiem, vngues resecaret manuum, ac pedum, barbam repoliret & crines; cùm ab illo vicissim interea pugnis, & calcibus peteretur. Idem alteri morboſo, cuius omnes pector & grauis aspiratio procul ab eius habebat accessu, obsequium contulit, naturæ victor & nauæ.

Quadam in missione aliquando, post diurnum in templo exhaustum opus, trahebat se laetus ad diuerſorium. Per tenebras, tantâ suâ noxâ offendit in sparsos temerè in via lapides, vt impotens sui moliendi domum debuerit deportari. Dolorem exceptit algor actutum adeò vehemens, vt is ad ægrotationem diutinam pertinere crederetur. Sed ecce primâ luce postridie redire ad opus, considerare in templo, animi imperio, quâ corporis promptiore seruitio. Nam ingrauescente per laborem haud interruptum malo, cœpit paulò post atrum sanguinem exscreare cum tabo. Tum rogare atque obtestari socius, aliquid vt indulgeret imbecillitati suæ, & quietis paululum naturæ daret, neu vita velit temerè prodaꝝ reus agi. cui ille; Age, frater, inquit, non vides quâl alacres' ij proficiscantur ad deuouandas Deo animas suas, qui in Angliam confectis studijs se ferunt? Quidni pro fratribus, ipsi nostras quoque animas promptè, alacriterque ponamus?

Enimuero simus se tulit occasio, nihil eo libentius, paratusque fuit. Eo tempore degebat Antonius noster Montellus, quo tempore

pore seu pestilens ingenti strage Xerelium funestabat. Indicat eam necessitatem Rektor Montellanus Antonio, sed eius arbitrio, velit illuc ad ferendam opem, nec ne contendere; datâ optione. Haudquaque illi diu deliberandum fuit. Illicò togam superiorem excutere; indusum, Breuiarium, & ex suis aduersariis nonnullas, adhac cilicum, flagrumque corripere; nihil de petaso, de penula, de viatico cogitans, postridie manè se dare in viam, ad ostentatam, ut aiebat, occasionem pulcherrimam, quâ vicenū quinū anno- rum dannia, quos per desidiam, atque languorem in Societate corru- perat, breuis laboris, &c, si res ferret, etiam mortis compendio vel sarciret, vel castigaret. Sic ille nimurum de se, deque suis rebus demissè, contemptimque sentire; cùm esset reuera vitæ integerimæ, disciplinæ atque omnis officij obseruantissimus, denique religiosæ perfectionis ex nostro formatæ instituto præclarum exemplar. Xerelium ut attigit, ad nosocomium diuertit, ibique dum superfuit, ægris admirabili charitate Sacra menta porrexit, nihil de consueta precan- di contentione, nihil de severa corporis castigatione remittens. Sed glande pestiferâ celeriter iactus est, & maximorum affectus cru- ciati dolorum, quos ille summâ mentis æquitate tolerauit, perceptâ quotidie Diuinâ Eucharistiâ; donec ad iter immortalitatis supremis instructus mysterijs, felicem animam exhalauit quartâ feriâ Maioris hebdomadæ, natus annos vndesexaginta, quorum circiter duodetri- ginta in Societate traduxerat. Eius funus in æde nostra nobilitatis vniuersitatem frequentiâ celebratum est. Socius P. Antonio cùm itineris & laboris, tum etiam charitatis, & gloriæ extitit, ad diem duodetri- gesimum Aprilis emortuus.

*Andreas de Vargas, Cordubensis, Coadiutor Temporalis, an- nos sex & triginta, peractis decem in Societate cum laude virtutis; cuius ægrotantes desiderium ægrè tulere, ob singularem in omnes charitatem, cùm è vita prius, quam à latere laborantium mallet discedere.*

## C A P V T      I V .

*Corduba laicus frater unus sublatuſ.*

**C**Orduba quoque sensit hoc anno communem pestilentiae cla- dem, & quamvis postrema, non minus tamen, quam urbes ceteræ, grauem. Valetudinarij publici, rogatu Episcopi, & vtriusque Senatus, cura vniuersa vni de nostris fratribus, qui à doméstico labore

labore sunt, demandata est: quam ipse alacri: hilarique animo suscepit: quippe qui rerum difficultum esset, obedientiae causam, periculorumque appetens: administrabatque rei ex omnium sententiâ; simul agrotantibus erat & valentibus carus, ob singulare virtutis, quâ præstabat, exemplum: cùm ecce, quæ Dei voluntas fuit, quinto duntaxat exacto die, peste correptus absumitur, ad diem octauum Iulij, tanto cunctis sui desiderio doloreque relictis, quantum eius aduentus attulerat voluptatis. Nomen eius non ediderunt Annæ, sed ex Necrologio haud alias fuisse desumitur, quâm

*Lupus Diaz*, Rotensis, è Diœcesi Hispalensi, qui trientem, ætatis suæ, hoc est, annos duodecim in Societate meruerat, singulari vitæ per bonas artes traductæ commendatione. Nimirum tacitæ precationi apprimè deditus, ex ea virtutes admirabiles hausit, incensam charitatem; inuixtam patientiam; promptam ad exequenda obedientiae imperia voluntatem; eundem semper animum, eundemque vultum, atque alia vitæ religiosæ decora, & ornamenta. Chartulæ post eius mortem repertæ sunt, in quas, exemplo S. Ignatij, quidquid in animo diuinitus sentiebat, tanquam in ephe-meridem referebat. Curatum, celebratumque funus eius est ab Augustinianis, & Carmelitanis, qui vnâ erant, eo honore, quo si de sua cuiusque familia extitisset.

A N N V S M. D C. I I I.

P E R V V I A. C A P V T I.

*Iulide unus extinctus.*

**I**vlidense oppidum in mediterranea situm Peruua medios inter barbaros, à Nostris vice Parochorum excolitur. Nimirum, aspera cultio est, & animorum, quâm vestigialium libertate que stuo-fior. Ibi grassante hoc anno seculi huius tertio pestilentia, Sociorum charitas maximè enituit: adeò enim senuit, vt per omnes indigenarum familias, neque sexus, neque ætas periculo vacua esset. Nostrî verò in tanta morborum sauitia, cùm nec parenti filius, nec filio parens subuenirent, dies noctesque morbidis assidebant; eorum animis, corporibusque opportunam opeim ferentes. Quorum in auxilio dum toti sunt, codem morbi contagio laborarunt duo, quorum alteri valetudinem restituit Deus; alterum,

ad diem undecimum Iulij ad se euocauit . Is fuit  
*P. Michael Pastor*, gente Hispanus, sextum & trigesimum agens  
 ætatis annum, in Societate sextum & decimum, in ea Provincia  
 septimum commoratus . In Collegio Limensi simul Praefectus infe-  
 riorum scholarum, simul Nostrorum ad humaniores litteras Magister  
 fuit, magnâ vtrorumque, foris ac domi approbatione . Tandem  
 in Iulideum tres ab hinc annos missi, etsi lingua vernacula addiscen-  
 dæ labor, & Indorum consuetudo haud exigui fastidij forent; tamen  
 ut agere familiariter cum illis cœpit, nec insuaves eorum experiri  
 mores, fastidium cum voluptate commutauit . Tanto autem studio  
 ad linguam perdiscendam animum appulit, ut eam ad Confessiones,  
 concionesque exequendas breui tempore percalluerit . Parœciz  
 deinde frequentiori praefectus, ita strenue nauauit operam, vt vix  
 ab opere concionandi, aut historijs Sanctorum Indicè conscribendis  
 cessaret . Quâ diligentia sex præclaros codices, commodo posteri-  
 tatis conscriptos reliquit . Tam erat Indigenis carus, vt suas illi res,  
 veluti parenti, crederent, & pars populi potior sua illi peccata con-  
 fiteretur . Altero sui munericis ineunte anno, quadragenario ieiunio  
 mille iam se supra quingentas excepisse Confessiones scripsit, neque  
 dum suæ tamén adhuc parœciz operam dedisse . Hoc denique  
 anno, cùm frequenter morbidis affideret, & eorum valetudinem  
 omnibus charitatis officijs subleuaret, pestilentem morbum con-  
 traxit . Igitur generali Confessione, diuino Viatico, sacro Oleo  
 instructus, ad laborum suorum fructum in cælum demigravit .  
 Eius obitum tantus Indigenarum consecutus est clamor, vt cum  
 Jugubri campanarum sono certaret; dumque emortuo iusta, de  
 more, soluerentur, vix funebres cantorum voces, præ multitudi-  
 nis singultibus audirentur .

## TRANSILVANIA. CAPVT II.

*P. Stephanus Kabels in Sicilia mortuus.*

**S**icilia Transiluanæ, seu Daciæ pars est, & quasi discreta, distin-  
 gtaque Provincia, Catholicis, Hæreticisque, sed his multo  
 maiore numero, perinistè degentibus: Sacerdotes pro Parœciarum  
 numero pauci . Illuc è Nostris tres eo tempore missi sunt, cùm  
 Claudiopoli exturbati degerent in exilio; quibus sanè non defuit  
 ampla benè de proximis merendi occasio . Eoque auxilium oppor-  
 tunius

tunius fuit, quod grauius ibi tum, acerbiusque pestilentia sequiebat. Dum autem Nostris in salutem hominum toto animo intenti, nihil periculi reformidantes, infectos iuxta, & sanos sine discrimine visitant, solantur, operam consistentibus praebent, atque adeo mortuorum etiam corpora magno pietatis ardore sepeliunt; eadem luce cor ruptus, & erectus est 12. Aug.

P. Stephanus Kabel, loco nobili apud eosdem ipsos Transiluanos ortus, & Hungaricarum rerum apprimè sciens, cuius eo iactura grauior, & nobis incommoda, & populis ipsius iam charitatem expertis dolori fuit. Ceterum neque semet ipse charitatis officijs tum, cum se sensit afflatum, eripuit, neque concionari, aliae obire publicè munia destitit; donec inualescente morbo ad lectum affixus est; ubi tamen eam quoque, quam potuit, aduentantibus ad se, diligentiam, ad pridie usque mortis suæ, quæ in diem duodecimum Augusti, in pago Sárkegij, in ea Sedis Cikiensis parte, quæ Gyirgyo appellatur, ad animorum purgationem nauauit.

A N N V S . M . D C . I V .

### LVSITANIA. CAPVT L

Vnus Conimbrica amissus.

**C**Onimbricæ multorum hoc anno iactura facta est: unus egregium moriendo quæstum fecit, Septembri mense sublatus Cosmus Oliverius, è numero Coadiutorum, qui seruilibus officijs nauant industram. Is post annum in Societate duodecimum exactum, unum è Nostris infectum peste medicamentis fouit, & postquam anima ad immortales migrans naturæ cessit, sublatum humeris sepulturâ donauit; vitamque ipse suam etiam postea eidem contagioni obtulit, ut ægrotantibus suppetias ferret.

### BELGIVM. CAPVT II.

**B**rugis desiderans unus in his  
Brugis, quæ Flandriæ vrbs in primis frequens, & copiosa est, unus morbo, atque fessus, ad diem octauum Septembres sublatus est

Jacobus

**Iacobus Soiron**, Coadiutor Temporalis, qui religiosis triginta annorum ministerijs hoc ultimum addidit, difficillimo familiae conservandæ casu, Patrem ut contagione in Castris Ostendanis mortuum sepeliret. Gratum Deo viñum obsequium: paucis post diebus ipse Sociorum inter manus agens animam, cum celo maturus esset, simul impensa charitatis, simul obedientiæ promptissimæ præmium accepit.

## POLONIA. CAPVT III.

Vnus item Posnania desideratus.

**P**osnaniæ, quæ Poloniae Maioris vrbs est apprimè frequens, ac celebris, cum pestis hoc anno desæuaret, ceteris Sociorum diuersè in tuta dimissis, Patres aliqui, qui darent infectis operam, in Collegio restitere. Vnus illis ad victum, curamque corporum adiutor datus, quem pio laborantem in opere conceptum venis virus oppressit, & celo donauit, ad diem primum & vigesimum mensis Nouembris Is fuit

**Lucas Bochleniensis**, Coadiutor Temporalis, annos circiter quadraginta natus: cui cum digredientibus alijs decretam ei mansio nem Superior indicaret, nullo tenuentis animi signo conditionem accepit, abeuntium duntaxat Sociorum preces depactus, quibus opus sibi fore, conscientia per luem morte, censebat. In eo præter egregiam in alios charitatem, & suæ conditionis opera nauter, alacriterque administrata (coquum id temporis, & aliud præterea munus agitabat) singulare studium orationis eniuit.

A N N U S M. D C. V.

P O L O N I A.

Calissij quatuor erepti.

**C**Aliissensi ciuitati, in Polonia, & nostro ibi Collegio infastus hic annus, præ alijs, quæ præcesserunt, eusit. Pestilentia namque iues, quæ Iulio mense incessit, multæ Ciuitati capitæ absumpsis; nec Nostris, qui ad solatium; auxiliumque ciuitatis remanserant, pepercit. Quatuor enim exticti sunt, quotum ea laus omnium

omnium communis est, quod dum fuere superstites, nullus est pestiferis  
expers Sacramentorum, Confessionis, Sacrae Viatici est vita discessit.  
Porro primus obiit die vicesimo Septembris

*Gregorius Sedkovicz*, Coadiutor Temporalis, annos natus  
septem & triginta, atque undecim versatus in Societate. Is sua de-  
precatus errata, Deoque gratulatus per Ambrosianum hymnum:  
*Te Deum Laudamus*, quod eius indulgentia ederet animam in Socie-  
tate, obsoletam vestem indutus, in complexu venerande Crucis,  
quam dexterâ tenebat, sinistrâ ad aquæ lustralis vasculum extensâ,  
Divinis iam communitus mysterijs, & sensuum compos & lingua,  
lætus atque hilaris spiritum exhalauit. Secundum illum mortuus est  
die septuagesimo Septembris

*P. Fabianus Znenensis*, oriundus est Maiore Polonia, qui annos  
quatuordecim, ex quadraginta septem, quos vixit, tribuerat Societati.  
Tertius occubuit die septuagesimo Octobris.

*P. Iohannes Chapius*, Grodensis, est Masouia, annorum qua-  
tuor supra triginta, tredecim in Societate stipendiorum. Eius pri-  
ma commendatio fuit ab omni officio, atque est flagranti studio ani-  
marum. A morte ipsius inuentum est secundum ostium eius cu-  
biculi scriptum in gypso litteris Græcis in hanc sententiam: *Vige-  
sim Septembris habui somnum; S. Stanislaus (is ibi nostri tem-  
pli patronus est) per puerum suum iussit me paratum esse ad mo-  
riendum, quoniam tempus breve est: inde lacrymatus, dixi: Re-  
cordatus es mei, Domine. Experiret laudavi Deum, precatus  
que sum ut omen firmaret euentu.* Postremus decessit ad diem vige-  
sim Octobris.

*P. Adamus Iauorek*, itidem Masouita, natus tricenos quinos  
annos, sex & decem in Societate commoratus; religiosâ virtute vir, &  
ad iuuandos in missionibus inopes mirificè affectus.

A N N V S M. D C. VI.

G E R M A N I A . C A P V T I .

Vienna duo erepti.

*V*iennæ Austriae magnam hoc anno pestis teterrima stragem-  
dedit. Nouem fuere socij, quos exitiali suâ contagione fu-  
nestauit. Sed duo gloriosâ morte, dum se proximis laborantibus  
impen-

impendunt, defuncti sunt. Prior ad diem quartumdecimum Septembris

P. *Paulus Christinus*, patriâ Olomucensis, annos natus duodecim quinquaginta, emeritis in varijs laboribus, munijisque Societatis vno & tricenis stipendijs, ab vnde uiginti annis in Spiritualium Adiutorum ordinem descriptus. Vir ob innatum animi candorem, & simplicitatem ingenij nulli non acceptus. Submissione, suique contemptu insignis; & de quo verè posset illud Apostoli prædicari, mundum atque ipsum, libi fuisse inuicem crucifixos. Diuinæ proferendæ gloriæ studiosissimus, & in ea causa quorumcunque laborum patientia admirabili. In proximos flagrantia charitatis eximiâ; quorum etiam studio vitam profudit. Nam recrudescente sub finem Julij peste, à Sociorum communione sciunctus, eorum quos pestis affligerat (id quod anno quoque superiore iam fecerat) curam suscepit; quam dum sollicitè urget agitare, eâdem & ipse illigatus, è vita discessit. Morti iam proximus, in Christi Iesu de Cruce pendentis Imagine contemplanda totus hærebat. Externi, qui adfuere morienti, aiebant attoniti, nunquam se quenquam mortalium adeò piè, religioseque de vita statione demigrantem vidisse. Successit illi primum in opere, tum Calendis Octobribus etiam in mercede

P. *Stephanus Kelbelius*, gente Bohemus, oriundus Budvicio; annos natus tres & triginta, exactis in Societate quindenis, quem pernicialis morbus ab ægris collectus triduo transcriptis immortabilitati. Cum ad extrema venisset, usuram vitæ sibi tam breuendari, neque re vllâ præclarè dum gestâ iam rude donari dolere visus est. Naturæ iam iam concessurus; Hem, inquietabat, iuueni tibi, vixdum labores aliquos in hac militia experto abeundum est! Sie ille nimurum de se submissè, deque suis laboribus sentiebat, qui tamen neque adeò exigui, neque tralatitij fuerte. Nam

præter alia, quæ gessit munia, Mathematicam co in Collegio scholam aliquot annos explicuit, duasque B. Virginis Sodalitates summa cum laude virtutis instituit; & iam Confessionum excipiendarum munus impositum tanto animi ardore suscepserat, ut se totum illi probè, officioseque obeundo, & Diuino propagando honori impenderet.

## C A P V T I I

*Tres Pultoniae interempti.*

**G**rauiter hoc anno, diuque Pultouiam in Polonia pestis infestauit; quo toto tempore Nostri, qui in Collegio, ceteris in tutta digressis, restiterant, egregiam nauauerunt operam pestilentia captis: adiere permulcos in extremâ vita lineâ laborantes, iisque fuere solatio, atque subsidio per Sacramenta, & pias cohortationes. Tres in operâ cecidere. Primus ad diem septimumdecimum Octobris

*Laurentius Schorunicensis*, Domo Masouita, Coadiutor Temporalis, annorum ferè quinquagenum, vir quem exacta per omnem religionis laudem vita, humilitate, fide, mansuetudine, laborum patientia, pietate conspicuâ commendauit. Alter extinctus est ad diem vigesimum Octobris

*P. Florians Gozinski*, gente Subsiluanus in Polonia, propè quinquagenos annos natus, & in Societate Spiritualis Coadiutoris gradu formatus, vir singulati obedientia, humilitate, charitate, atque animarum studio præditus; & in audiendis hominum, præsertim tenuiorum, Confessionibus operæ indefessus; & in rerum tractatione diuinuarum inde usque à primo ad extrellum melioris vita constanter, diligenterque versatus. Igitur ut in membra saeuire conceptum virus, & impendere sibi mortem persensit, humili toto prostratus corpore, manibus in Crucem exorrectis, piè Deo animam edidit. Tertius eum die tertio decimo Nouembbris subsecutus est

*P. Thomas Radoficensis*, gente Polonus, annis triginta maior aliquanto natu: quem zelus animarum spectabilem fecit.

A N N V S M. D C. VII.

## POLONIA. CAPVT I.

*Calisia duo mortui.*

**C**alissæ in Polonia nostrorum numerum tribus sublatis hoc anno pestis imminuit; sed eorum duos præmium charitatis exceptit: prior altero Octobris die decessit

*Matthias Bydgosiensis*, Coadiutor Temporalis, ab oppido natitio,

talitio, vt reor, cognomen adeptus. Fuit is singulari charitate, & rarâ sui despiciendi amabilis omnibus: Superioribus præterea, hilari semper obedientiâ mirè carus; cui sanè ne decesset, vitâ suâ commutare cunctatus non est: siquidem P. Iacobo Molero fortuitâ pestilentia ido ad ultima obsequia designatus, non modò morienti officiosissimè adfuit; sed emortuum etiam suis ipse manibus, magnâ spiritus vi aduersus contagionem obarmatus, sepeliuit; vnde cum virus traxisset, non magis exemplo præclaræ virtutis, quam sui desideratione motus fecit non exiguos animorum. Alter ad diem alterum Nouembbris & vicesimum extinctus est.

*Albertus Camenecepsis*, Coadiutor item Temporalis, è Maiore Polonia ortus, annos duntaxat vicenos quinos natus, ternos in Societate. Is cum, ceteris è Collegio vitandæ contagionis causâ dgressis, ad eorum obsequia domi substitutus, qui iuuandis ægris fuerant destinati, sive ab eisdem ipsis Patribus, sive à mendicabulis, quibus ad fores stipem partiebatur noxio afflatu luem duxerit, eâ non multò post confectus interiit.

## GERMANIA. CAPVT II.

*Confluentie, & VVormatia singuli erexit.*

**C**initates Rheno impositas hoc anno plerasque habuit infestas pestilentia. Laborantibus subuentum à nostris passim est. Confluentie unus erexit vnde uigesimo die Octobris

*Henricus Duisdorff*, Coadiutor Temporalis, ortus è Coloniensi Diœcesi, cum annum ageret ætatis sexagesimum, initæ Societatis quintum & vigesimum. Is non eâ solùm in vrbe, dum eam pestilentia populata est, sed Lintzij quoque (quod est oppidum ad Rheni ripam Archiepiscopo Coloniensi parens) vicinisque in vicis, quos Parocho eadem lues orbauerat, vñà cum Sacerdote totum se ad solandos, tractandosque ægros dediderat. Plurimum in commouendis ad pœnitentiam honinum animis valuit: itaque senem Anabaptistam, inter suos Magistrum (quo hominum genere nihil solet pertinacius esse) prius à viro eruditio frustra sollicitatum, ad Ecclesiam ipse reduxit.

VVormatia ad eos iuuandos, qui in pestiferam luem essent delapsi, destinatus à Moderatoribus, vitam suam, cuius quatuor & viginti annos integrè pieque in Societate posuerat, cum ipso gene-  
re mor-

re mortis , contractio aliorum causâ mörbo , tum duobus illustribus charitatis officijs , præclarè finiuit , ad quintum diem ac vigesimum Octobris

P. Gisbertus Bernardi , gente Hollandus , domo Harleiensis . Nimirum is cùm paulò ante ægricudinem fortè ad Rhenum egredens , adolescentem nostræ olim disciplinæ alumnum , in ripa propè iam agentem animam offendisset ; ac deinde de scripto , quod prouidus adolescens , huius rei gratiâ paratum gesserat in sinu , peccata sua , quoad intermortuis vocibus licuit , confessum expiasceret , eundem inspectante populo , & Hæreticis iuxta , Catholicisque mirantibus , collaudantibusque , vnâ cum socio sublatum in brachia dedit ad valetudinarium : vbi eius rogatu accurate habitus , sacroque Viatico munitus , animam postridie pùè exhalauit . Iterum cùm iam exitiali morbo teneretur , accepissetque quempiam esse , qui supremis proximus suam requireret operam , inter aliorum manus deducens ad hominem perreptauit , eumque Pœnitentiaz sacris expurgauit .

Sepultus ad ædem sacrarum maximam , in Sacello Diuæ Virginis inter Nobiles . Funus prosecuti Clerus , & populus : primo , septimo , tricesimo ab obitu die in principe templo pro eius salute sacrificatum ; & triginta diebus quotidie , finitis antemeridianis officijs , sepulcrum eius aquâ lustrali , solemnib[us]que precibus lustratum est .

A N N V S : M. D C. X I.

GERMANIA. CAPYT L.

*Neoburgi unus extintus.*

N eoburgum Alsatiae oppidum , institutâ missione Nostri hoc anno excoluerunt . Multa in rem Christianam publicam præclarè gesta . Sed obstupefecit in primis Ciues mira illorum charitas ; qui eos videbant ægris omnibus parem assidue operam dare ; nullo neque conditionis , neque morbi discrimine ; & duos aliquando , tresve uno in lectulo , vñaque lue oppressos adire , ceteris interim diffugientibus ; & singulorum Confessiones excipere . Quo factum est , vt cùm se ante quibusvis illis quidem , sed præfertim belli , pestisque necessitatibus iubens deuouisset , febri

virulentâ intra decimum diem , Februario , vt reor , mense consumeretur .

Georgius Renner , Temporalis Adiutor ; annos quinque & sexaginta natus , egregiâ fide & charitate socius , actis in Societate tribus & triginta , per obedientiæ studium , & impatientiam otij omnibus apprimè carus . De eo scripsit ad suos Iureconsultus quidam his verbis : *Lugent omnes obitum humili fratri Georgij , senes simul ac iuuenes , pueri , & infantes : ita namque mansuetum , benignum , affabilem , ac officiosum se gesit erga singulos , ut tanquam gratus Deo & hominibus , meritò sit lugendus .* Hæc ab externo teste . Rogabat Pater qui ibi erat , vt funus more plebeio duceretur . Sed Magistratus in principe templo iussit funerari , quantâ maximâ potuit pompâ . Comitatus nunquam id loci visus maior : feretrum gestabant sex nobiliores ciui gentis iuuenes ; plurimi in pulla veste eum dolorem testabantur , quem vix germanis fratribus debuissent . In plateis pueri , quacunque ibatur , supplicum ritu procubuere . Tanti fuit ostendisse religionem exemplo .

## C A P V T      I I.

*Heripoli duo ; Ingolstadij unus , desiderati .*

**H**erbipoli in officijs charitatis , dum contagiosâ lue infectos vel adeunt , vel iisdem ministrant , morte alijs inuidendâ occubuere alter , incertum quo die , mense ,

Petrus Billich , qui nondum confectis Philosophiæ spatijs , ad æternam sapientiam euocatus est . Alter ad diem Februarij duodecimum

P. Ioannes Pernottus , qui vt triarius iam , & insigni doctrinâ , tam sacrâ , quam profanâ , sed maiore charitate , ac humilitate , præditus , viam sibi ad debitâ stipendia præmuniit .

Ingolstadium suo quoque funere celebratum est . Nimirum Burgi cùm forte serperet lues , perque eam vicinitatem , Societatis apud eos munia obire iussus esset

P. Antonius Sartorius , patriâ Augustanus , ætatis anno tertio supra quadragesimum , Societatis tertiorum cœlum , formatus iam pridem Coadiutor Spiritualis , vir charitate insigni , diuersisque muneribus exercitatus , & in Ministri præcipue officio fungendo singularis , nauiter aliquamdiu , impenseque paruit ; dum denique contagione mali affatus

afflatus ipsem deicxit, & Ingolstadium ægrè delatus, triduo ad diem tertium Aprilis extinguitur.

## C A P V T   I I I.

*Constantie sex emortui.*

N Vnquam fuit annus Constantiensi Collegio æquè grauis, ac iste, quem omnes propemodum incolæ aut habuerunt supremum, aut timuerunt, amissis intra paucos dies nouem capitibus, è quibus sex ad nostrum hoc pertinent institutum. Adulto enim Maio pestilens in vrbe lues importata, nec diu post aperte grassari coepit; homines cateruatim quosvis affixit. Cùm ergo diuturnius hoc fore malum tam ardentia facilè initia ostenderent, plurimi ex vrbe, quæ cuique promptum erat, diffugere, in primis scholæ nostræ alumni, ne scilicet diutilis morati, suâ dein patriâ excluderentur. Ita frequentis modò gymnasii, & gemini Sodalitij momento flos omnis elanguit, & totam vrbum vulgata mortis imago consternauit. In tali rerum, temporumque difficultate, iussis etiam Magistris consultò secedere, ex omni numero Sacerdotes nouem, Adiutores sex in Collegio substitere. Quorum operam, vitamque vbi noster Ecclesiastes necessitatibus populi deuotam promulgavit, iamque adeò duos in statione esse, qui quoquò vocati parerent, incredibile memoratu est, quām Ciuitas fuerit excitata: præsertim vbi rem ipsam verbis nihil minorem animaduertit. Nam duo illi totâ die paßim percurſare, & nosocomium, ac plebeias ægrorum casulas petere, ibique omnes iuuare conspiciebantur. Ea studia eti vix spatium illis relinquebant, quo sacris operarentur; tamen soliti sunt interim se plagiis ipsi verberibusque confidere; & iterum per hebdomadam vestes ciliinas induere; iterum ieunia sibi metipis indicere; demum etiam cibos egentioribus precariò quæsitos comportare. Quibus exemplis promoti Ciuium aliqui, idem & ipsi sponte iam facere, atque ægrorum suscipere curam incepserunt. Sed è Nostris primas tulit, & claritudine virtutis, & mortis antecessione, vnde uicesimo die Iulij sublatus

P. Jacobus Stizius, patriâ Constantiensis, natus annos amplius quadraginta, qui duodecimo post die, quām peste infectos adiauerat, luc consumptus decessit, cùm annos in Societate septemdecim, eoque magnam partem in expeditionibus fructuosè posuisset: nam  
& vite

& vitæ religione, & agendi felicitate homines plerosque ad optimam permouebat: quod in illustrium Virginum Collegio nuper est ostensum. Quas enim alij multi ad paupertatis consilia reducere nequidquam contènderant, eas ipse vñus veteri disciplinæ solerter restituit.

Domi seuerioris interim vitæ retinens, corpus suum arctè, contentèque habere, ac sese rebus humanis negare impensè studebat. Quotidie præter legitimas preces ac sacra, etiam alijs, cùm facerent, aderat. Amore diuinorum penitus ardens, inter familiares caelestia loqui suauissimo cum sensu solitabat; valuitque eius sermo ad inflammados perinde auditores. Sed elucebat singularē quoddam in omnes iuuandos studium. Et apud pestiferos curare cupidus, pridem cum eo egerat, à cuius potestate pendebat, vt ingrauecente malo ea sibi prouincia mandaretur. In quam deinde sententiam, cum Horbæ (ciuitas est que Necaro amne alluitur) degeret, sanguine iam veneno, ad Collegij Rectorem litteras dedit, quas totidem verbis, quoniam ita quidem mercantur, hīc reddimus.

## C A P V T      I V .

### Litteræ P. Iacobi Stizy.

**Q**uod si mihi liceret, inquit, pluribus adesse locis, in quibus sauit pestis, inque ÿs non modò operam meam impendere; sed iterum & iterum mori, id mihi non tantum peroptatum, sed incundum foret. Non dubitet R. V. me ad quemuis similem, atque etiam periculostorem locum libenter progressurum; ac imo pro gratia habituum, si me mitti contingat, quia ad bac, & similia omnia extendit se sanctum institutum, & vocatio nostra; & inuitant eodem illustria Patrum nostrorum exempla. Adeò autem mori non horreo, ut inter utramque hanc cogitationem (alteram, qua fingo vobis incolumem me restitui, & vestra charitate exhilarari; alteram, qua mihi videor hic claudere diem meum) utraque quidem incunda, posterior tamen mihi accidat incundior. Non sancte ideo, quod non timeam mori ob inseguens iudicium (timeo enim mihi, & timui semper, ultra quam vel ego dicam, vel alius credat, utpote conscius mihi mei ipsius) sed quod sperem Deum vel ob hoc ipsum genus moriendi fore propitium. Itaque me ipsi offero, & trado in mortem quotidie; maximè autem cùm contingit vocari,

vocari, vel ultro accedere ad infectos. Quod ita facio labenter & hilareiter, ut subinde nonnihil hareaam, & concutiat me cogitatio, ne propter meam causam nimis gratum habeam nuncium, cum mihi de noua aliquius domus infectiose affertur; & plus placet hoc, quam aliud genus morbi nominari. Id autem sit, tum quia certus sum nullius fore iacture meam; sum quia confido eandem mihi profuturam plurimum, & postulat causa mea, & quia diu male vixi, saliem queram quoquo modo bene mori, & spontaneo aliquo via impendio, infinitos & inexplicabiles superioris vita errores castigare. Utinam autem eam gratiam a Patre misericordiarum impetrem, ut siue peste, siue aqua, siue alio quovis modo, dummodo aliquo, immoler Deo, cui me tot modis debeo. Quod dum ex imo animi sensu scribo; loquuntur Deo defluentes in chartam lacryma, & misello mihi misericordiam poscent, &c.

Hæc ipsa sunt eius verba. Nec diuersa sunt, que in eius commentario leguntur, quo rerum suarum ephemeredem complectebatur, ubi sic ait: *Quarto Iulij volens, lubensque, votum signans mortem oppetere, etiamē communis moriendi necessitas non esset; idque primò, ob Dei gloriam, cui omnia mea debeo: secundò, in honorem Christi pro me ultima persepsi: tertiò, ut gratiam ceteris eius beneficijs referrem: quartò, ut à meis criminibus paenas sumerem; densaque, ut Christi mortem imitarer; atque eo pacto rem ceteroqui necessariam habebo mihi votivam.* Clauditque votum, hoc epiphonemate: *Placat id suprema Maiestati, & conducat paupercula anima mea.* Ex his, alijsque talibus facile fuit videre, quā virtute, quoque fructu, & viuere vit ille studuerit, & mortem oppetere desiderarit.

## C A P V T V.

*Quinque reliqui Constantia mortui.*

**P**roximus à P. Iacobo securus est eodem in charitatis officio vita functus tertio Nonas Sextiles

*Henricus Nevveiler*, Domo Turgouius, Coadiutor Temporalis, sexto post initam Societatem anno, ætatis quartovicelimo; qui ut Patri Iacobo in ægris conuenientis socius adderetur, iteratis precibus impetrarat. Tertius in eadem contagione, dum bene de omnibus mereri laborat, sextodecimo Calendas Septembris extinguitur

*P. Castulus Agricola*, gente Boius, annorum vnde sexaginta, qui

qui annos iam plus quadraginta in Societate egerat; & Coadiutor Spiritualis formatus, inter primi nominis operas censebatur; dolli omnis, malitiaque expers, & pectoris planè germani. Sui admodum contemnens; & semper, etiam in dissimili fortuna, persimilis. Crebris in profectionibus fermè pedes cum baculo & pera conspiciebatur; legum interim, ac ieiunij curiosè obseruans. Gemina omnino primorum Patrum effigies. Ad omnes ille quidem nutus Maiorum alacer; sed in ægrotis subleuandis se ipso promptior. Cuius rei argumentum dedit in litteris ex Horbensi agro ad Rectorem Collegij missis, quarum fragmentum eius ipsius verbis subiungo:

*Quod insinuat R. V. se nos, si periculoso sumus urbis statum sciuisse, èò non missuram fuisse, loqueramus R. V. omni cura; non enim ipsa nos misit, sed rerum omnium moderator Deus; in cuius nos quoque familia, & tutela sumus, ubique sumus. Quid enim, optime P. Rector, mali, imò quid non boni enierat nobis, si causa, amoreque Dei, si conscientia pura, intentione emori recta, illibata fide, firma spe, sincera charitate contingat. Dicam ego, & verè dicam, nec puto me falliri, in hoc periculo negotio plures consolationes sensisse mè, quād domi in quieto cubiculo. Et paulò post: Nos meditabamur de sepulcro Christi passi excitando; at nunc mutata sententia, de loco sepultura nostra deligendo cogitamus. Atque quò minus trepidet cor nostrum, conuentum iam est inter nos de modo, formula, verbis, precibus, quibus alter alterum animet, & consoletur in discessu è vita. Non tamen quidquam formidamus, toti oblati, traditi, resignati, consecrati Divina voluntati. Huius mortem paucis postdiebus consequitur ad decimum Septembribus*

Petrus Fuchsius, Moguntinus, Coadiutor Temporalis, annos natus sex supra quadraginta, opificio setinarius, perque annos octodecim Societati probatus. Ingenium illi erat incitatum, ac vehemens: ceterum eam sibi continuò vim afferebat, vt ipse de se præclarè triumpharet. Prodeesse Collegio diutius poterat, nisi charitas eum ægrorum ministrio fungentem maturè calo designasset. Quartus ab eo dies Collegio Ministruum eripuit. Is erat

P. Christophorus Gebhardus, Domo Boius, trigesimum ætatis annum agens, præclarâ virtute, atque ingenio vir: quem quanto maioribus idoneum rebus alijs, tanto sc̄e minorem ipse reputabat. Inde primas omnibus dare; honorem prior cuius habere; ac si quā opus erat, tam modestè alijs imperare, vt rogare crederetur. Eum semper inter preces animaduersum est genibus humi fixis nullo nitore fulcro

fulcro consueuisse. Sed nimis in magna omnium spe pestiferi, quibus solandis se obtulerat, suā illum luc afflatum necauerunt. Postremus funus fuit; eodem quartodecimo Septembris die

*Guilielmus Mang, gente Sueus, Coadiutor Temporalis, septem & triginta annorum, administer sedulus, & iudefessus annis septem & decem in Societate. Aduersus Maiores apertus ac fidus; in otio fugiendo, inque precandi, ac parendi studio spectatus; qui vt sensit ē Superiorum esse voluntate, si decumbeatibus ministraret, nullo coactus imperio negotium accepit, idque alacriter gessit: tum tribus demum elatis, ipse pestilenti tubere infectus occubuit.*

## C A P V T     V I .

### Tres Hala; duo Oeniponti demortui.

**H**Alam, atque Oenipontum, vicinas vrbes in Tiroli pestis habuit etiam hoc eodem anno infestas. Et Hala quidem prior cladem accepit, vbi cum aliena saluti suam, imitando posteris exemplo, posthabuissent, tres omnino ē Nostris sublati sunt. Primum exceptit imperium, atque ad diem octauum Augusti stratus est

*P. Gregorius Vvincbler, gente Sueus, qui annos in Societate numerauit septem & viginti, etatis quinquaginta, bend religiosus, & sui contemptu eximius. Proximus fuit die nono Augusti*

*P. Georgius Nidermair, gente Boius, annorum quinque supra quadraginta, mansueto ingenio vir, & ad imperata facienda promptissimus. Eum post octauum decimum annum Societas ægris item adeundis designarat; apud quos primæ charitatis argumenta cum assidue præbuisset, inter optimos denique conatus & ipse pestilentia laborare cœpit, atque ex contagione prematurè decessit. Postremus occupuit die sextadecima Augusti*

*Stephanus Enzemberger, item Boius, annorum quadraginta octo, Patrum duorum, quos diximus, in affectis visendis socius, & per annos vnde triconta Societati bonus, atque utilis.*

Oeniponti priusquam lues iam esset agnita, & peruulgata, unus ab ægris & moribundis, apud quos excubare solitus erat, venenum hausit ignarus, quo etiam interemptus est. Sed mox inualesce per urbem malo, primus sibi ægrorum prouinciam poposcit, & eam impetrata vehementer latet, dum alacriter rem gerere aggreditur, paucis diebus, serpente contagio, ipsem

ad diem duodeuigesimum Augulti expugnatur

P. Albertus Tanner , Domo Constantiensis , annorum undequinquaginta , postquam sex annos & viginti se Societati probârat , & in Philosophia interpretanda per nouennium , atque in Theologia Morali-operam non exiguum nauârat . Hunc in eadem prouincia & poscenda , & sortienda exceptit , tresque ipsos menses gessit , donec & ipse denique vexatus epiphora in faciendo opere egregius miles occubuit , die septimo Decembri

P. Gaspar Melchior , Brixinensis , formatus Spiritualis Coadiutor , anno post initam Societatem plus vigesimo , ætatis quadragesimosexto . Eius studium , & mirifica quædam charitas tantam habuit Sociorum , Ciuiumque admirationem , vt diu post etiam non vulgari-ter prædicaretur , præsertim cum semel , iterumque pestilentia afflatus euâisset , neque ideo tamen ex arena decederet .

## C A P V T      V I I .

*Duo Confluentia ; unus Heiligenstadij desiderati .*

C Onfluentia , quæ vrbs est Germaniæ , Rheno & Mosellæ confluens imposita , magnoperè pestiferâ tabe Nostrorum numerus imminutus est . Nouem omnino extinti sunt ; sed duorum ea duntaxat gloria est , vt se vltro in periculum pro aliorum salute , atque in mortem darent . Prior eorum , cuius opera , charitasque cum decumbentium nulli deesset , haustâ pestilente aurâ , decimo-septimo die Septembri , sacris omnibus munitus , flexis genibüs decessit

P. Joannes Ediger , è vico Edigerensi , Treuiriensi in Diœcesi ortus ; in humanis annos quinquaginta quatuor , in Societate triginta sex versatus , docendo , concionando , rem familiarem procurando , Confessiones domi forisque excipiendo diligens , & excellens , adeo vt in vitæ termino ad primam illam Religionis ætatem innocentiae plenam rediisse videretur . Alterum funus fuit

P. Joannes Fuchs , Domo Gottingensis , qui quadraginta sex è septuaginta annis , ad suam , aliorumque salutem nauiter in Societate impendit . Hic ipso D. Michaëlis die , climæ eos , quibus salutis presidia suppeditabat , in portum iam enauigasse perseinsisset , ad idem quoque se iter præparauit ; curatoque rite animo , & fixo in Cœlum vultu quinto Calendas Nouembri è viuis abiit ; quem magno quidem

Iustitia Ciuitas tota, ob insignia in plebem merita, prosecuta, tertio publicis votis, ac precibus conata est retinere. Nec minus ille domesticis certe, quam externis carus fuit, quorum ita sanitatem curabat omnium, propriam ut penè negliceret.

Heiligenstadtij, Saxoniæ Inferioris vrbe, dum vnum è Socijs communi lue correptum, eximia charitate diligentissime curat, ad diem duodeuigesimum Octobris ad præmium euocatus est.

*Philippus VVillerius*, è Moguntina Diœcesi oriundus, Coadjutor Temporalis, Nostris, externisque, quod lacrymis testati sunt, aquæ carus, annos natus quinquaginta, ex quibus triginta tres in varijs Societatis officijs cum approbatione & fructu obitis, posuerat. Extremis vitæ diebus, ita obedientiam prædicabat assidue, tamque sedulum eius obseruatoriem sese futurum spondebat, uti fratri audienti lacrymas excuteret.

A N N V - S M. D C. X I I.

P E R V V I A. C A P V T I.

*Lima sublatuſ P. Benedictuſ de Arrogo.*

**L**ima, quæ & Regum Ciuitas appellata est, prima Peruani Regni & princeps, frequentes habet Sociorum emissiones infinitimas terras, populis inertibus ad Ecclesiam traducendis. Chin-chacochani, qui à fide defecerant, hoc tempore quatuor à Patribus ad officium sollicitati, ab suo demum sacrilegio ad Christiana sacra illorum operâ reuerti sunt. Qua in procuratione die vnonigimo Februarij

*P. Benedictus de Arrogo*, genere Hispanus, ex oppido Cazalia, dum strenue se impendit, & laborum magnitudine, & afflato pestifero, dum sui profusus, vnius lethali tabe affecti Confessionem excipit, iictus interiit, duodecimo anno quam in Societatem venerat, vigesimo nono quam cooperat viuere. Flagrantissimo erat studio iuuandorum quævis per per-

ricula hominum; quam eius virtutem,

multas alias complexam, cele-

ri voluit præmio Deus

compensa-

re.

*Treuiris erexitus unus.*

**T**reuirenſis in Germania Probationis Domus hoc eodem anno duodecimo voluentis ſeculi graffantis pestilitatis labe ita tentata eſt, vt capita ſeptem fuorum amitteret. Eorum vnuſ occidit ad diem quartum Septembriſ

**P. Gerardus Reineri**, Minister. ſed eum non ratio muneris magis, quām iuſita erga omnes beneuolentia, ægrorum conſuetudine valdē implicitum habebat. Necnele igitur fuit, cūm ſibi nequaquam indulgeret, cum vulgatā iam inter plerosque domesticorum tabe contingi. Ei autem fauicio, qui ſuæ ſalutis in aliena curanda prodigus fuerat, nihil antiquius eſſe potuit, quām vt Sociorū non modò vitæ, ſed operæ quoque parceret. Primis igitur indicijs morbi admonitus, confeſſum Sacramentis ritè armandum ſe ad grauiora diſcrimina poſtquam curauerat, ſerio cum Superiorē egit, vt quia nihil præterea ſibi opus fit, quām minimo familie incommodo ſui cura deinceps geratur. Sacerdotum verò maioribus negotijs referuandam, non ſibi adhibendam operam, ne in hae cura ſalus ipsorum, periclitetur. Multiplex porro ſpecimen virtutum vt ab eo valente, ſic ægro, ac moriente præbitum, incenſo emulationis ſtudio ſacioſ omnes in flammauit.

*ANNVS M. D C. XIII.*

GERMANIA. CAPVT I.

*Vienna Dietmarus Stamvvert mortuus.*

**V**iennensibus hic annus funestus extitit, & nobilium clade Sociorū memorabilis. Sed iij nobis tantummodo commemorandi ſunt, qui ſua capita cūm alacriter afferendæ ſaluti publicæ deuouiffent, in Viennſium grauifſima calamitate non antè occubuerunt, quām meliore loco res periclitantis Ciuitatis relinquerent, plurimosque ab exitiali tabe contactos ab mortali vita inceleſtem inducerent. Ceteris in hoc defungendæ vitæ curriculo viam præmuniuit, ad diem decimum septimum Auguſti, qui prin-cepſ etiam huic agonem fuerat ingressus cum Sacerdote, quem dira

dirâ lue grauiter tentatum Deus nobiliori alicui gloriae reseruauit  
*Deitmarus Stamvvert*, rei familiaris Administer egregius, de-  
 cem annorum in Societate, quam vicarius inierat. Hunc fratrem  
 ingenio ad omnia suæ conditionis munia peridoneum, obsequendi  
 laus præcipua commendauit. Ardebat præterea studio benè meren-  
 di de omnibus; vnde appositiissimam suæ indoli palæstram natus, in  
 ea sic versatus est, vt paucis hebdomadis præmio dignatus sit. Eum  
 infederat pestilens, & magni modi vlcus; ex cuius grauitate cùm  
 certam sibi mortem instare persiceret, ne quid venenati halitus  
 socijs afflaret, dimitti cupiit ad insanabilem nosodochium. Sed eius  
 curationem alienis delegare videbatur iniquius: quare in suburbani  
 num Collegij hortum iussus secedere, cùm eo iter intenderet, eum  
 que familiariter de via Ianitor percontaretur, leniter arridens; Vbi  
 rediero, inquit, audies quod cupis. De suo nimirum casu, quo tur-  
 batum iri socios cognosceret, nihil ultra proloquendu[m] ratus, quâ[m]  
 vt eius admoneret Praesides, cuius eos esse conscos satis in præsen-  
 tia videretur: nam posterus dies, qui ei vita supremus fuit, ceteris  
 omnibus satis superque rem omnem aperuit.

## C A P V T I I.

*Item P. Ioannes Zehenders.*

**A**pter Viennæ, sed maioris ordinis, longeque clarioris existima-  
 tionis, & nominis, operi sancto addiem quintum & vigefimum.  
 Septembris immortuus est

*P. Ioannes Zehenders*, ortus è Suevia, quatuor professus vo-  
 ta, natus annos vndequinquaginta, duodeciginti versatus in Socie-  
 tate; cuius aliquanto altius repetenda historia est. Iacobus Marchio  
 Durlacensis, Princeps è Badensi familia, à puero domesticâ institu-  
 tione & consuetudine Lutheranis addictus, accedente ætatis, men-  
 tisque robore, collato Catholice Ecclesiæ splendore, doctrinaque  
 constantiâ, cum Lautheranorum caligine, atque errabunda mobili-  
 tate, statuit, explorandæ veritati, Ioannem Pistorium, quo Medico  
 vtebatur & Consiliario, nuper à Nostris ad Ecclesiæ castra traducto,  
 cum Andrea Smidelino, Lutheranorum in Germania glorioso ante-  
 signano committere, graui admodum ætate viro, & prole numerosâ.  
 Sed is inferius suâ dignitate ratus, si Theologus cum Medico con-  
 gredieretur, vltro Iesuitam prouocat, arbitrum pugnare futurum, vel  
 etiam,

etiam , si malit, aduersarium . Vbi vtrumque intelligit paratum esse : tum nectere moras , multa causari , donec Hæreticus miles occupat Alsatiam . Tunc enim, arbitratus eos haudquaquam se periculo commissuros , multis comitantibus Verbi Ministris (sic illi suos proclamatores vocant) Badam , quasi ad certaminis locum , venit . At illi res contra cecidit: nam iniuitati Catholice Religionis propugnatores adfuere , Pistorius , & noster Theodorus Busæus , Collegij Molshemiensis cù tempestate Rector, isidem, qui longo post tempore, multis magnisque magistratibus perfunditus , Romæ denum Assistens Germania decessit . Cum elabendi nulla potestas esset, initur pugna in magna Nobilium corona; à qua miserè fatigatus , vietusque discessit Smidelinus , frustra opitulantibus Erebrando , & Gerlachio , Lutheri præconibus magninominis , vt omnibus ludibrio esset: vnde ad tedium compulsus vita, breui diem supremum expleuit . Erat in parte aduersa noster hic Ioannes Zehenderus , adolescens ille tum quidem senum & vicenū annorum , sed in eius aula Principis iam tum Prædicantis officio fungens: in quo summa inerat , & ijs qui cum eo congrederentur iucundissima modestia , & consuetudinis mira quadam suauitas , vt vel ob illam familiariter ei sèpè P. Théodorus prædiceret, non Catholicum modò , verùm & Iesuitam quoque ipsum breui futurum . Is , vt erat acer ingenio, sustinuit ille conflictum penè solus , & quamuis fulgore veritatis iam ferè conuictus , restitit tamen aliquamdiu (vt adhæresco re diu solent præceptis opinionibus , ægreque diuelli magna ingenia) & vnâ secum Principem in Lutherana secta retinebat . Cœperat ille iam quidem antè de Lutherana doctrinæ veritate dubitare ; & cùm Symmistarum quispiam theses disputationi exposuisset , ipse Catholicci partibus assumptis , tanto argumentorum pondere obruerat hominem , vt quò se verteret, non inueniret . Ceterum cùm Diuina lux nondum penitus eius mentem collustrasset , pergebat Lutherana degmata populo de suggestu explicare . Verùm in ea disputatione , qua de narrabam , dum studiosiis neruis omnibus molitur sua tueri , nuditatem vidit erroris sui , & illuminatus à Deo , quem Lutherani fratres sperauerant propugnatorem , is palam damnauit falsitatem . Eo facto tam acriter pupugit collegas suos , vt cùm Princeps videtur etiam in sententia nutare , nec iam auderent cum Pistorio , nedum cum Iesuita , deserti à primario suo commilitone , dimicare , ipsum Zehenderum , nouum Catholicum , nondum ab hæresi absolutum , prouocarint ad pugnam . Nec ille pugnam , agnitâ fretus veritate , detrectavit . Dic̄tus pugnæ campus , vrbs Emetinga , vbi Marchio versabatur .

tur. Confluxere Prædicantes vndeuiiginti , abstergendæ communimaculæ , & pugnæ dux factus Ioannes Pappus, Argentinensium Ministrorum primarius . P. Theodorum Buseum , qui forte illuc de via aduenerat , ne Princeps quidem ipse persuadere Prædicantibus potuit , vt vel auditorem admitterent . Adeò formidolosum illis fecerat deuictus nuper Smidelinus , abstractusque Zehenderus . Disputatum quatriduo est , & Pappus , ad dogmatis , causæque ludibrium , profligatus ; qui cùm non inueniret , qui commode ex disputatione excederet , deliberando trimestre petijt , vt quoquo se modo laqueis veritatis , quibus tenebatur , dum aliquo demum , expediret : Hic Marchio nihil prolatandum ratus , P. Theodorum accessit ; audit decreta Tridentini Concilij ; bidui ieiunio corpus macerat ; vacat contemplationi rerum Diuinarum , & cogitationi veteris vita : demum peruigilatâ nocte , postridie , Tennebachi peccata patefacit ; tactis Euangelijs iurat in obsequia Catholicæ professionis solemnri ritu : primus , quod sciam , , Principum , qui à Lutherana perfidia redierit ad Ecclesiam . Neque sic acquieuit ; sed incensus cupiditate Romani ritus totâ suâ ditione , strenue , constanterque propagandi , proposito edicto Concionatores Hæreticos , si & qui Catholicam nollent amplecti fidem , exire iubet . Verum ne ille fructus in Ecclesiam rediret , quam omnes boni iam animo præceperant , & cum Principe Pistorius , ac Zehenderus summa ope moliebantur , præproperus vetuit Principis occasus , vt infelix Christianæ rei , sic ipsi sanè quam faustus , & gloriæ plenus , paucis hebdomadis , quam nostra ille in castra transferat , propinato ab Hæreticis veneno nefariè illatus . Excepit mortem animo pietatis plenissimo , armatus omnibus Sacramentis , peccatorum veniam à Deo , & instauracionem Ecclesiarum suppliciter petens , die septima decima Augusti , anno prioris seculi nonagesimo , ætatis sue duodetrigesimo .

## C A P V T      I I I .

*Qualis in Societate Zehenderus .*

**A**TQUE ita quidem Ioannis Zehenderi ab Lutheranis ad Ecclesiam Catholicam transitio fuit . Nunc porrò quis illi gradus ad Societatem fuerit , videamus . Demortui Principis sobole carentis hereditas , & principatus in Caluiniani fratris eius veniebat manus . Igitur Zehendero nihil fuit , cur ibi diutius hærendum sibi putaret , adeoque

ad eoque in clientelam se dedit, comitatumque Austraci Cardinalis Andreæ Episcopi Constantiensis; apud quem factus Sacerdos, haud ita multò post Romanum studio proficiendi delatus, quadriennio Sacrae Theologiz in Germanorum Collegio ad S. Apollinaris nauauit. Tum verò rationem inire tacitus cum animo suo cœpit, quâ se popularibus Hæreticis præstaret omni reliquâ vitâ quam maximè fructuosum: statuitque nihil suis, neque suorum rationibus congruentius fore, quam si se nostro instituto, cœtuique adiungeret: cui propterea se magnorum consiliorum plenus adscribendum dedit. sed illud in primis ingentibus animis moliens, ut magnas cuncta Germania hærescon strages ederet, atque errorum. Neque secus deinde rem agressus, aut legnius executus est, quam mente destinarat, Divinâ gratiâ eius conatibus obsecundante, quâ fultus, non modicos Hæreticorum greges ad Catholicum populum traduxit; & eam provinciam tam incitato semper ardore gesit, ut cum se frequentius in Hæreticorum ades importunè penetraret, non rarò cum grauiore contumelia exturbaretur; sic tamen, ut per indignationem reiectus, alacrior eodem postea, ardentiorque rediret.

Cum alia pleraque, pristinam suam conditionem cum animo suo reputanti occurrerent, quamobrem eius eum pœniteret, tum illa cogitatio grauiter exulcerabat animum, quoties meminerat suis institutionibus ab alienatos olim non paucos à Catholicî nominis studio; quam noxam ut præstaret, expiaretque, nihil adeò in hac vita durum, atque acerbum ducebatur, quod non vltro sibi subeundum esse arbitraretur; eademque cogitatione tam sibi vilis erat, ut nullis honoribus caperetur, nihil humanarum rerum pensi haberet. Huius vtriusque sui studij Cassouiz in Vngaria, Lintzij, Viennæque in Austria, ad memoriam posteritatis & exemplum, luculenta vestigia expressit. Lintziensem profectò Residentiam cum præses administraret, & ea frequens Sociorum esset in Bohemiam, Stiriamque commeatus, ad cetera omnia studiosissima, ac benevolentissima procurationalis erga peregrinos fratres officia, illud semper adiecit, ut illis ipse pedes ablueret, lectos consterneret; aliaque his inferiora præstaret, repugnantibus ne quicquam hospitibus. Solemne illi fuit, diurnas nocturnaque ægrorum custodias, domi forisque, sibi velut iure quodam deposcere, & ferè perpetuas obire. De nocte domesticum tintinnabulum obseruare; simul ac increpuerat, è strato se ejcere, etiam tum, cum Rectorem ageret, & ad ægros iuuandos, vocatus, inuocatusque exire, Interea & socios primo manè excitabat à somno, & illis

& illis super mensa prælegebat ; & omne obsequium ægris , integris-que præstabat .

De reliquis virtutibus , quid opus est memorare , quæ vniuersitate cum tali charitate congruerunt ? Abstinentia , & corporis tractatio fuit ad inuidiam vsque exempli dura . Obedientia tam ad omnes exæta numeros , vt ex Præsidum nutu muneris quidvis subierit , & Sacramenti religione spoponderit , se nullum vñquam detrectatum . Vnum erat duntaxat , quod eius animo difficultatem videbatur allaturum , pro eo scilicet quo tenebatur ardente studio demissio- nis , vt quorumlibet arbitrio subesse optaret , nulli mortalium susti- neret præesse ; si ad aliquam fuisset in Societate , seu dignitatem , seu Sociorum præfecturam euectus : cuius vnius detractionem noui moris voto sibi fuerat impositurus , nisi religione , Præsidumque reue- rentiâ prohiberetur . Neque eum editi iam voti nullius refugiendæ curantia æ vlla vñquam pœnitentia subiit ; nisi cum iussus est Magistra- tum capessere , & imperium in socios exercere ; id quod non Lintzij duntaxat , & Cassouix , sed etiam Viennæ præstitit ; vbi Concionato- ris etiam domestici , Cathedralis Aulici partes expleuit .

In omne calamitosorum genus adeò propensæ charitatis exsti- tit , vt mortuum vniuersi deslerint : vniuersi communi luctu , tanquam vnicum leuanen suum , cuius fecissent iacturam , prosecuti sint . In- tecos verò , qui ad extrema raperentur supplicia , præcipua se chari- tatis eius probauit industria , quibus & pœnas deprecando sè tem- perabat , & morte defunctos terræ mandabat . Exemplum spectabile fuit , quod eius gehenis aliquando Viennæ proposuit . Raptabatur ad necem parricida resupinus in traha , & crebro ad humum capitis il- lisu , ipsa in rapzione dolor augesciebat . Non tulit Zehenderi mol- lis in misericordiam animus eam quamuis scelesti capitis acerbitatem . Ipse confessim insilire in cratem , & conuolutum in globum pallium suum , hominis occipiti subditum , magno sui neglegētu , & fatigatione , fulcire , atque identidem , vt impetu euoluebatur , inuoluere iterum , & reconcinnare , vsque ad destinatum suppicio locum .

## C A P V T I V .

*Zehenderi charitas in pestiferos .*

**C**eterum omni vitæ decursu nihil Ioanni Zehendero iucundius obtigit , quam in lue contactorum ciuium procuratione , vbi

decubuerat Sacerdos , cuius illæ vices fuerant , alium, qui eisdem expleret, desiderari : quas certè partes ille tam cupidè , tam constanter, atque etiam importunè sibi à Rectore depoposcit, vt postularis excludi iure non posse videretur . Simul igitur atque voti compo factus est, eo impetu, ac contentione animi formidolosissimæ prouinciæ campum est ingressus , ita se penitus insinuauit in malè affectorum intimas ædes , manifestaque tabe languentium retrulas casas omnes ita penetravit , vt quia nullius loci, neque rei habere delestatum , ij quibus aliunde perspecta non erat multa hominis prudenteria , cum vanæ , periculosæque temeritatis insimulare meritò possent putari . Sed sagacissimi vir ingenij pridem perspexerat, quām multis , & spē numero leuibus ac nullis ex causis homines abducerentur ab exquirendis maturè animi subsidijs , quorum vsu deinde atque fructu complures , improuisque casus eos intercluderunt . Nimirum cùm se videant publico , congressuque omnium arceri , qui haud leui suspicione contagionis laborant ; declinandæ huiusmodi opinionis & molestiæ , dissimulatâ sèpiùs intestinâ suâ clade , Sacramentorum Diuinæque proinde gratiæ exsortes intereunt . Id quod cùm vsu permultis Viennensium venire noster primis administrationis suæ diebus didicisset, sedulò sibi putauit esse prouidendum , vt nemini deinceps , quem haberet compertum , infanus ille pudor exitio foret . Qui Patris ardorem scrutandi , noscendique omnium domicilia , & secessus reprehendi , ceu minus consultum , posse crederent initio ; poste aquam deinde multorum manifesta cum salute & prodidit eius tam uidæ , curiosæque sollicitudinis fructus , flagrantissimæ charitatis in ciues , parisque gerendo negotio prudentiæ illustre præconium eidem tribuerunt .

Vt verò erigerentur ad insigniores religionis , pietatisque motus ægrorum animi , hunc sibi perpetuum indixit morem , ne quenquam , Eucharistiaæ atque Extremæ Vnctionis Sacmenta ministriturus , adiret , nisi eo apparatu , qui augustam eius rei aliquam præferret magnitudinem , & Dei præsentis venerationem eximiam importaret . Igitur prius in ægri quām conclaue subiret , ad eius fores inducebat sibi carbasseum amiculum , cui superpelliceo vocabulum in sacris est , stolam item , & quadrangulum pileum ; tum sinistrâ Christi Crucis affixi signum , dextera facem ardentem prætendens ingrediebatur , & religioso eo , sacroque cultu multam repente venerationem erga Diuinam in ægrotantium animos inuehebat . His atque eiusmodi præclaris alijs artibus suscitandâ in omnibus aduersus Deum fide ,

fide, reuerentiâ, & ardentî amore, multorum dubiam confirmauit salutem, neque pauciorum desperatam restituit; sibique apud Viennenses, ceterasque Prouincias, quibus fuit vtilissimus, clarum nomen integerrimi, sanctissimum viri peperit; eoque clarus, quod ex huius ingressu palæstra nullam à perpetua respirandi fatigatione, moram sibi vñquam indulxit, quo ad eum post quintam hebdomadem dira quoque lues abstulit. Paucos post dies, cum P. Ioannes Montanus Mollensis, vir apprimè cum doctrinâ, tum virtute clarus, deploratâ valetudine Litanias sibi Sanctorum prælegi voluisset, vbi ad eos peruentum est versus, queis Sancti Sacerdotes inuocantur, ipse pauca interfatus, præcepit ad cetera suffragia illud interseri, atque adeò tertio iterari B. P. Ioannes Zehendere, *Ora pro me*; pro ea scilicet opinione, quam de hominis sanctitate vsu, familiaritateque conceperat: id quod pietati priuatae conceditur, nam publicè ante Ecclesiæ annuentis autoritatem id non licet.

## C A P V T V.

*Vienna præterea P. Ioannes Montanus Mollensis eruptus.*

**T**ertius, cuius luctuosissimum item funus Viennensibus extitit, nisi ratio gloriösi obitus dolorem meritò temperauisset, quod asserendæ saluti suum ille quoque caput deuouisset, in urbis grauissima calamitate, is cecidit die vnde uigesimo Octobris

P. Ioannes Montanus-Mollenensis, Belga, Domo Antuerpiensis, annos tres & quinquaginta natus, exactis in Societate tricensi ternis; priorum, grauiorumque disciplinarum apprimè consultus; Philosophicâ, Theologicâque Laureâ pridem clarus; cuius utriusque doctrinæ præcepta vicenos, eoque amplius, annos, vel nostro in Collegio, vel in Academia Viennensi, multa cum acuminis, perspicuitatis, & eruditio[n]is fama tradiderat. Eius præcellentes animi dotes Præposito Prouinciali consiliarium, & admonitorem eum diu fecerant, & Viennensi Collegio maximè idoneum Rectorem pridem adscierant: quo in munere cum iucundissima præsidendi suavitate, salubrem exigendæ disciplinæ seueritatem felicissimè, perpetuoque copulauit. Exemplo in primis, suorum quemlibet ad sedulam sui muneris procurationem inuitabat; cum & ea quæ plerisque communia sunt, ut audiendarum Confessionum & huiusmodi, princeps ipse obiret officia, & quæ certorum sunt propria, sedulò, vbi esset opus,

expleret: quam imperij formulam fecutus, prompta semper, feruidaque suorum obsequia est expertus. Prorectorem agebat eius Collegij, cum acerba vitiati cœli labes Viennensem ciuitatem haberet infestam, nostrique Patres publicæ auertendæ calamitati, domi atque foris plurimum laboris haurirent: quorum fatigationem ut pro virili subleuaret, tametsi nunquam à Rectoris procuratione feriatus, veniebat & ipse in partem assidui, atque ancipitis muneris audiendarum promiscuè Confessionum: inter quam obeundam prouinciam tetro cuiuspia halitu creditur fuisse afflatus. Multo autem grauius deinde, cum tres horas in Academicorum, Rectorem sibi legentium, conferta multitudine consedisset; quod triduo post eum confessum immanni tubere pestiferum vlcus illi secundum aurem intumuit, cuius malignitate, triduo vix toto expleto exhaustus est. Appetente mortis horâ consuluit vnum è Patribus, contagiosorum nosocomio præfectum, quām procul suus adhuc à vita exitus abesse videretur; qui ut respondit, iam planè instare; ad illam suæ mortis obnunciationem miro gaudio exultauit; moxque iusso fratre sibi prætere Litanias, nuncij magni perfusus lætitia, piè ad singula earum capita respondit. Opportuno deinde loco demortuum non multo ante P. Ioannein Zehenderum ut suprà memorauit, supplex implorauit, ac breui morte placidissimâ conquieuit. Diem mortis exploratum non habeo: sed modico P. Zehenderum interuallo fuisse fecutum è narrationis serie comprobatur.

## C A P V T V I.

*Praga P. Marcus Antonius Soldanus sublatus.*

**A**B Iulio mense ad anni exitum, & latè, & crudeliter, si quo vñquam, aut loco, aut tempore, in Pragenses seniit pestilens; vix ut vlla familia tabo immunis abiuerit, aut plus triduo, ex quo teter halitus afflārat, superstes quisquam esset. Inde nobis allata necessitas & scholarum, & nostri contubernij dissoluendi, emissis in agros socijs, quorum labor vrbi necessarius non fuit, aliquot Sacerdotibus in ciuitatis solatium resistentibus; quorum vni cum Adiutori socio expetitâ sorte obtigit lue contactorum vniuersa in vrbe procuratio. His duobus non potuit non esse negotij satis amplissima, in vrbe, ac ciuibus frequentissima, domicilijs pene omnibus pestifero sidere afflatis. Sed grauius laborum pondus ex inusitati moris tabe cuasit;

evasit, cuius ea saeuitia fuit, ut biduo, aut summum triduo, affecta corpora extingueret; nullus ut esset interdiu, noctuque finis animorum procurandorum, aut funerum. Sacerdotes reliqui publico prohibiti, nihilo quietiorem, securioremque ab opere vacationem domi sortiebantur, quos quotidianus aut habentium recte, aut habere existimantium concursus, cessatione penitus abstinuit. Non enim vrbis omnibus modò regionibus, sed ædibus ferè totis perpetua erant, & manifesto veneno pereuntium, & eorum, quos nec leuiter afflatos crederes, frequentia subitanaque cadauera; ut cum nemo compertæ sibi sanitatis fidem faceret, omnes se pro depositis haberent; tota ciuitas Sacra menta initet, tanquam præsidia supremæ dimicationis. Ad hunc modum comparatis Pragensium animis, nullus dies Patribus nostris suo in templo abibat non satis operosus, periculique plenus, cum promiscuè ciues adirent, benè, malèque habitu; eorum plerisque pestilentem sui corporis affectum, aut ignorantibus, aut disimulantibus; quem benè multorum inexpectatus patefecit occasus, ubi primùm nostra ex æde, Christique mensa, domos essent regressi. Aduersus ciuitati pericula, eò funestius, quò tectius, in nostrorum caput grassantia, quoad humana prouidere cautio potuit, intactos se Patres præstiterunt, ut diuturniore tanto, ac fructuosiore, eorum operâ ciuitas veteretur. Sed vigilansissimam curam in uno Patrum, eius palæstræ valentissimo pugile, supergressa est vis mali occultior, potentiorque. Hulc quaterna iam laboriosissima æstuia, in hoc certaminis genere, hoc est funestis Pragensium suo periculo depellendis cladibus, agenti, vertens hic annus, detersa iam ferè pestiferæ exspirationis labe, gloriosum finem laborum attulit, & præmia virtutis asseruit, addiem tertium vigesimum Nouembbris Diuino Clementi sacrum. Is fuit

*P. Marcus Antonius Soldanus, in Italiam natus, annorum vnius & viginti cum Societatis militiam sortiretur, sexaginta cum defunctus est, in cuiuslibet exercitatione virtutis illustrium decorum vir. Italicis nominis Sodalitatem, ex ijs, qui Pragæ negotiationis causâ degabant, coactam iam pridem procurabat, quam frequentibus concionibus, omniisque aliâ disciplinâ sic instituerat, ut ex auditorum virtute, Magistri facile nobilitatem agnosceres: & quam illustri erga Deum religione imbuti essent, vel ex ipsius Sacelli sui augustissimo cultu, ornatuque ipsi apertissimè indicarent. Idem Italicum Pragæ nosocomium instituit, excipiendis, curandisque illius gentis ægrotis hominibus egenis; cui præter idonea vestigalia, ædium amplitudinem*

nem ex corrogata gentilium stipe , omnia singulari ipsius virtuti deferentium, attribuit . Cuius nosocomij egregia disciplina , optimi Patris perquam appositis temperata legibus , ita perseverat , vt perpetua misericordia futura videatur . Eiusdem ipsius plurima , illustriaque in Pragenses ciues merita , pridem eis ipsum vincere carum gratiosumque fecerant ; sed illa prouinciae procuratio , quæ hominem tandem exhaustus , in qua per continentes diro tabo ciuium pereuntium clades , suæ salutis oblitus , ardentissime feruiebat alienæ , ac plures quidem annos , quod incensæ in ipsos charitatis argumentum erat , & inusitatæ virtutis exemplum , inedibilem illi ciuitatis amorem , paremque concitauerat venerationem . Neque illa tam operosa iuuandorum vniuersorum sollicitudo poterat obesse , quò minus alterius cuiusdam generis cura priuatim deriuaretur in egentium necessitates totâ vrbe subleuandas ; quo nomine , Pater pauperum , ab omnibus , ac merito quidem , audiebat . Ei ergo ut iam illustria eximiariarum virtutum facinora felicitatem vite immortalis asseruissse viderentur ; quò tamen ei spes illius certior fieret , paucis ante occasum diebus , Sancti Patres Ignatius , & Franciscus Xauerius . ceterorum de sua familia Cælitum laetiissimo septi choro , ei se augustâ claritate fulgentes spectandos probuerunt , ipsique instantem ex hac vita exitum in æternam nunciarunt .

A N N V S M. D. C. X I V.

P E R V V I A . C A P V T I .

Cuscii erepti quatuor è Nostris .

**C**RUDELISSIMÈ HOC ANNO PESTIS IN CUSCENSES GRASSATA EST . A QUATUOR nostris , qui reliquis decumbentibus , integri persistierunt , itum auxilio est . Ii suam operam in domesticos , externosque quam opportunissimè partiti sunt . Nihil prætermissum , quod in ciuium animos , corporaque conferri posset ; totâ vrbe à prima aurora diligenterissimè lustrandâ , vt non minus inuocati , quam vocati sub-sidio venirent egentibus . Quatuor denique sequâ lue sublati sunt , quorum , cùm duorum nomina in obscuro sint , reliquorum etiam ignotis diebus funera fuerint , deminutam eorum memoriam redde-mus . Alter fuit

P. Ioannes de Alua , Methymne in Hispania ortus , annorum  
vnde-

vndequinquaginta, exactis quatuor & triginta in Societate; vir ab naturæ, gratiæque opibus planè insignis; Guamangani Collegij propemodum autor, cui deinde præsedit summa cum laude. Indigenarum idiomatum, Agmarani, & Quichuensis fuit peritissimus; vt eorum ipse disciplinam institueret, aliosque percommode doceret. Sanctorum verò res gestas ijsdem linguis complexus, quibus Indigenæ iuuarentur, prælo propediem destinabat, nisi mors præpropera, præclarè cœptis eum audcasseret. Alter qui honestâ ibi morte occubuit, fuit

P. Petrus de Vidoja, Hispanus itidem, & Baëzæ in Boetica natus, cùm ageret quadragesimum quartum vitæ, adeptæque Societatis vigesimum octauum annum. Fuit & hic scientissimus Quichuani sermonis, vt in eo nemini mortalium cederet; quem solandis ægris hilarissimè occupatum pestilens, afflatus inuasit, confecitque.

### C A P V T I I.

Vnus Chuquiabi; Iulide duo sublati.

**C**huquiabum eiusdem Peruani Regni oppidum eadem lethiferæ vis mali luculentæ affixit; vbi dum suam in solandis & iuuandis ægris industriam, pietatem, constantiam, omnibus mirificè probat, eadem pestilentia correptus, extinctusque est, die nobis inexplorato.

Hildephonsus de Luera, Hispanus, ex oppido Ribadeo, quatuor duntaxat mensium nouitius, florenti ætate, nondum quartum vigeñumque egressus annum, sed qui amore virtutum ceteros inter domesticos emicaret; vti non parùm pudoris veteranis afferret.

In Iulide quoque, altero extremæ Peruuiæ oppido, valde sœuijt pestilentia; vt plus mille capitum vnus mensis exhauserit; qua in procuratione non potuit otiosa esse nostra familia, que supra ceteram munereum consuetorum turbam, Parochorum ibi quoque subit omnem administrationem. Et ea fuit sedulitas, vt tanto ex numero nullus non expiatus obiuerit, exceptâ duntaxat vnâ muliere, ad quam acciti mature non sunt. Diro halitu domestici contacti fermè omnes, extinti duo, ætate ferè pares; pares studijs, ac sollicitudine in ægris adiuuandis: vterque nosodochijs præfectus perpetuò ægris assederat, indeque lethalem auram contraxerat. Ceterum dies mortis vtriusque nobis ha-ctenus compertus non est. Alter horum fuit

P. Ioan-

P. Ioannes Gonzalez, Hispanus, Coueniensis; annos natus sex & triginta: in Societate dimidium vitæ duxerat omnino ex æquo. Alter fuit

P. Didacus de Naiera, Limæ in Peruuiâ natus, qui in Societate vixerat annos septem & decem; alterum tantum fuerat inter mortales.

A N N V I S M. D C X V .

PERUVIA. CAPVT I.

*Chuquisaca P. Ioannes Baptista Rufus Firmanus extinctus.*

Cœpta superiorē anno proserperè per omnem latè Peruuiam pestilas, peruulgarique clade promiscuâ, Chuquisacam urbem etiam comprehendit, ediditque haud leuèm mortaliū stragem. Accurrit ægris subsidio, de more, Societas; cui vnum ademit caput cælo matrum virulenta contagio, mense Iunio. Is fuit

P. Ioannes Baptista Rufus, 4. vota prof. Italus, Firmi in Piceno natus, cùm haberet iam annos ætatis sexaginta, & ab adita Societate quadragenos ternos. Non illum quidem pestis ipsa confecit, sed contractum à venenatis corporibus, quæ tractabat, degener erysipelas, tantæ perniciei, vt eum biduo, Sacramentis tamen percipiendis dato spatio, è vita exturbârit. Magnum eius obitus luctum ea in urbe fecit, opinione sanctimoniaz, atque in omnes charitatis eximiaz, quam in ipso venerabantur. Archiepiscopus illi suo cum Clero functionis officium præstítit in frequente Nobilitatis conuentu. Et cùm inter pestiferos versaretur intrepidus, periculi magnitudinem Religiosus quispiam, quod obiret, proposuit, nisi maturè subduceret sese, vtque ab ea functione segregaret; cui nihil ipse aliud, quam illud; enimuerò tempus videri experiundæ, exprimenteque, si quâ teneretur in proximos, charitatis; quod ipse nollet habere dispendio. Alio illius odoris grauitatem se ferre non posse dicente respondit; facilia reddi omnia charitate.

Venerat ille Romæ in Societatem, cùm ibi, missu parentum, autem nobilitatis ornandæ spem studio litterarum sustentaret. Nimirum vt frequentes in India socios Martyrij gloriam adipisci famam nunciaret, eadem illum cupidio traxit, emulatione dignitatis. Secundum tirocinium, quod egregijs virtutibus decorauit, confessim-

Indias

Indias cœpit ambire. Tenuit ea cupiditas, & flagitatio, vt assolet periculi faciendi gratiâ, annos aliquot; ac tandem, nondum expletio Theologiae spatio, cum P. Balthasare Pinna Procuratore in Peruuiam destinatus est. Ibi ludum litterarum humaniorum primus Arequipæ & Quiti instituit, tractauitque eas disciplinas cum laude; interpositis identidem concionibus ad populum, quibus maiorem in modum valuit ad salutem plurimorum. Calamitosis omni operi iuuandis prolixè semper intendit; qui eius in obitu erectum sibi praesidium publicè magnâ contentione clamabant. Opulentis aiebat abundè semper esse qui seruant, religiosi, & seculares: sibi prouidendum esse, ne tenuioribus, quoisque affixit fortuna, defiat. Sæpè illi in ore illud: *Sinite parvulos venire ad me.* Obedientia illi prompta & expedita citra villas ambages negotioſe cum secularibus amicis necessitudinis, præ quibus illi erat Deus. Vbi vbi esset, ingenuam filiorum Societatis effigiem exemplo nobili ostendebat, Potosinæ potissimum, quæ Imperatoria est, Ciuitati charus, nomine Sanctimoniarum, opinione ac ore omnium celebratæ. Hinc illi præsens animus vt auderet citra fucum aut phaleras veritatem cuiuis authoritati luculenter edicere. Atque hoc illi decus, totâque illâ Prouinciâ vt pernotum, ita celebratum, tessera instar illi propriæ fuit elogium. Ecclesiastæ Euangelici, Apostolicique nomen his tuebatur ornamens citra spem, citra metum, forti & glorioſo exemplo, contra publica vitia semper armatus, paratusque dicere que deceret. Authoritate tantum valuit, vt & pecuniam quâ vitam cuiusdam à supplicio publico eximeret, & veniam contra opinionem omnium impestrârit. Erat sui despicientiâ, & Moderatoribus suis omni in re obtemperatione perceleri: Humana omnia nihil pensi habere; ex quo severitatis, atque adeò nonnullam austерitatis opinionem subiuit. Sed eandem ipsam censuram, præ studio diuinitatis, vilem duxit; crebrâ cum Deo familiaritate, quantam necessariæ curæ sinebant oblectans animum, seque à fluxis rebus abducens: atque ex eadem illa magis, quam à librorum lectione ducebatur eos dicendi impetus, quos oppidò vehementes, & facilitate vberrimâ in concione proxebat. Biennio ante quam decessit, cius è sorore nepos Aloysius Roma Societatem iniit, in auunculi exempla iturus.

*Crumlonij P. Dominicus Valesius desideratus.*

**N**issa Silesiorum hoc anno coorta pestis multos mortales depastæ est. Ibi diffugientibus ferè ceteris, qui potuissent afflictis opem, vel qui etiam debuissent, afferre, subuenit excellenti charitate, admirabili fortitudine, corporibus, animisque; & vniuersum illum ferè miserorum mortalium numerum extraxit è fœcis hæreticæ luto; donec ipse morbo correptus, & Crumlonium translatus, viribus ibi, gliscente in præcordia sensim veneno, defectus, Sacramentis egregiè comparatus ad mortem, præsentibus, & pio virtutum eius sensu delibutis socijs, animam diuitem meritis, & animorum lucris onustam edidit feriâ tertîâ Pentecostes, quæ in diem nonam Iunij conuenit, anno isto millesimo sexcentesimo quinto-decimo.

*P. Dominicus Valesius*, ortus in Foroiulio ad Carnorum fines extrema in Italia, quatuor & triginta natus annos, quorum sexdecim in Societate posuerat, tanto bonarum omnium artium splendore conspicuus, ut religioni habuerint, qui penitus eum nouissent, Socij piacularibus eius obitum sacrificijs prosequi, quem spe robustâ ducti non dubitarent in Cœlestium cœtu, atque concilio fuisse continuâ collocatum. Quam eorum existimationem ut minimè fuisse vanam reipsâ comprobemus, eius à nobis vitæ narratio, quoniam ea verè magnarum est plena virtutum, longiore ducenda filo est.

### C A P V T I I I.

*Prima Dominici Valesij actas.*

**P**Veritia Dominici, & quidquid ciuius vitæ, ante adeptam Societatem, fuit, in obscuro est; nisi quod adolescentulus grauitate, modestiâ, cultu Diuorum, solertiâ in bonas litteras, præ alijs æquilibus suis semper excelluisse sit visus. Primus è Gymnasio nostro Brunensi, anno partæ salutis 1598. pridiè Calendas Iunias ea ipsa in Probationis Domo se Societati dicauit. Ibi tirocinium ita peregit, ut in eum inter solita experimenta ipsi eius contubernales, tanquam in lumen quoddam illustre, & perfectam virtutis effigiem intuerentur. Reliquum temporis ad annum usque 1605. non illæ quidem

quidem segniter aut languidè, id quod hauserat tiro, percoluit; vt profectò non nemo alias ad eos religiosæ vitæ terminos, in quibus ipse tunc sese deprehendit, promouisse, in laude ponere, & præclarum honestumque sibi ducere nequaquam dubitaret: Verum Dominicus ad seueriorem normam, præscriptionemque seque, ac sua perpendens, annos illos haudquaquam placabiles, Deoque dignos reputabat, quos ignauia, vt ipse interpretabatur, atque socordiâ corrupisset; eò quod adeò nihil eximium, tanto interuallo, tot inter opportunitates, in studio perfectionis & sanctimoniam præstitisset. Nimirum visa est Diuina prædilectionis voluisse, sicut in aliquibus innocentiae per omnes ætatis gradus ad sanctimoniam perductæ; in alijs contra pœnitentia patratorum retro scelerum cum exaggerato post culpam titulo sanctitatis ardentissimè excitatae; sic in Dominicō acerrimæ cuiusdam atque excitatissimæ ab longinqua in Dei servitute desidia reuocationis effigiem luculentam proponere; vt ijs, qui suis se partibus eximijs respondisse rentur, si tritum quendam insistant callem, animo in Christianæ fastigium perfectionis nunquam erecto, dum in hoc veluti speculo, degeneris animi foeditatem agnouerint, eius exemplis incitati, ad veræ celsaque virtutis gloriam enitantur.

Ergo cùm Dominicum anno illo actæ in Societate vitæ octauo, vehementior quidam Diuinæ gratiæ impetus corripuisset, aci conuerso in tempus ante per incuriam exactum obtutu, hanc ipse Deiparæ Virgini, quam eius ipsius verbis aliquousque pertexo, dixit orationem: *Non reticebo iniustiam meam, Virgo Maria; nec silebo iniquitates meas, quæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus græne gravaute sunt super me.* Inuisa rerum series, cuius quoties recordor, toties erubesco, vultumque tuum Virginum reformido. Nimirum hac tua fuit erga me dignatio & misericordia; ut licet ad suprema Sapientia satus percipiendos dura nimium ceruicis essem; tamen emollitus, Diuinis inspirationibus locum darem; totumque me diuino seruitio in Societate filij tui manciparem. Sed qua mea est homuncionis vilissimi, & abiectissimi fordities & ingratitudo, tantum abest ut me perfecte vita persequenda studio tradiderim; ut etiam vanitatibus, & nugis nescio quibus implicitis, haudquaquam setio me uni virtuti addixerim. Inuisum Deo, & Superis caput! Hecce gratitudo, qua te vii oportebat erga munificentissimam & benignissimam Matrem? Video, video angusti animi tui vecordiam, & abiectæ mentis supinam negligentiam. Prosequitur deinde hanc.

sui veterni accusationem satis prolixè; & propositis sibi domesticorum sanctorum facinoribus, plenus ruboris , & iuxta quodam animi excellenti ardore inflammatus, statuit secum eandem viam insistere , & magnas illas animas vi, contentioneque magnâ emulari .

## C A P V T I V.

*Incitatur lectio ne mensa , & dupli ci viso .*

**I**nter has cogitationes , dum & perdius semetipsum , & pernox ad egregia cœpta extimulat ; & ob naturę , difficultatum horrore nonnihil reluctantis , tergiuersationem assiduis castigationibus secessus fugillat , menses aliquot effluxere , neque seria rei tantę sit tandem aggressio . Interea peropportunę Sanctorum quorundam eminentium illustria gesta super mensam lecta validius, altiusque in ipsius animum penetrarunt , & omnem aggrediendi magna cunctationem perbreui abruprēre . Præcipuam habuere vim præclara Diuę Catharinę Senensis , & B. Aloysij Gonzagę decora , quorum momentis impulsus , tandem manus vietas dedit . Mirabatur in illa quām maximè tenacem sancti propositi animum , nullis neque parentum minis , neque domesticorum vexationibus , nullaue alia obſistentium contentione labefactatum . Sed commemoratione rerum Aloysianarum ita commouebatur ; vt impetum erumpentium libertim lacrymarum continere nequiret , quibus antea tam deplorabat vitam , seque detestans ipsum , ardua quęque iam animo , emulandi studio , versabat .

Igitur sic affecto , die 17. Nouembris eius ipsius anni 1605. horis matutinis dum lecto consurgit , pulcherrima quedam spiritualis viri species , eius se menti obtulit , cumque suauissimā voluptate demulxit . Imago illa virtutis erat , in excelsō quodam fastigio collocata , & magno Sanctorum agmine , quos inter eminebant Catharina Senensis , & Aloysius , circumstipata . Ea partim graui cohortatione ad se Dominicum viſa inuitare ; partim amarā irrisione , quid adhuc tandem eximium , sui , Deique gratia , Sanctorum , quos ostendebat , imitatione sit aggressus , rogare . Ille in amplexus inuitantis confessim ruere , seque illi totum deuouere ; salubrem exprobationem intimis in medullis persentiscere ; neglectum tempus , omissumque abs re animum per summam inertiam flere amarissimè . Durauit bæc species biduo ; sed magis ac magis à claritate ac perspicuitate

per

per interualla deficiens. Ecce autem meditantem audentemque summa, pusilli animi imbecilla reformidatio aduersis cogitationum motibus interpellat: *Arduum id esse negotium, quod susciperet; vires impares; inanem & ridiculum fore conatum, cui spes nulla successum promitteret.* Quid enim peti? Perfectionis & excellentissima sanctimonie palmam. At quam arduam eam rem, quamque in excelso sitam! Quam ipsam videlicet multi cum ambitiosius, quam constantius prensassent, in ima renoluti, risum mortalibus, immortali busque ac ludibrium debuerunt. Aduersus hæc ignaua consilia, sanctus Dei timor, periculum longè grauioris sublannationis, quam sua spernentibus consilia, seuerus ille Iudex olim esset illusurus, si ad sublimia vocanti non obsecundaretur, intentabat. Itaque hos inter fluctus, non erat quod se mens adhuc infirma, & trepida toto pondere applicaret, sed velut anceps, atque animi incertus pendens que hæsitabat. Cum ei appetente iam sabbato, qui dies Præsentationis Virgineæ peruigilio signatus erat, inter curarum ambigua & tristia, veluti radius quidam, spei ac fiduciae in eandem Virginem penitus conferenda, se se opportunè insinuat; eam Misericordiae Matrem, propitiari, ac fauentem cœptis fore, omnesque istos suspensi animi flexus explicaturam. Ergo iam opis Virgineæ in promptu adfuturæ quasi certus, cubitum concedit. Experrecto manè, & rursum illam constigentium inter eos adimi motus cogitationum luctam ingresso visendam se præbet augustâ specie, non illa quidem oculis corporis, sed subtiliore quadam, & incognitâ retro ratione, Dei Mater suauissimum puerulum læuo brachio sustinens. Ille gestire, lætitia admirari, stupere, animum erigere, spem corroborare, nihil iam arduum videri, nihil sibi non cù duce polliceri, quæ non alia re videlicet intam ancipiti lucta constituto aspectabilem suum vultum præbuisset, quam ut ipse consuesceret ad eam perfugere, eius præsidio niti ad immortalē gloriam, atque ad summa quæque, difficultatibus abruptis, contendere. Reddita confessim est hilarata menti, dimotis nubilis, serenitas, discussa cogitationum ambiguitas: cœpitque tanto impetu erectus semel animus in virtutis & sanctimonie ferri fastigium, ut suum ipsem etiam magis ac magis exuberante in capere nequaquam posset: parùmque abfuerit, quin suspectas habent illas Diuorum in nuperi visi imagine delicias; verereturque ne fraus aliqua veteratoris antiqui, lucis Angelum ementientis sè penumero, forte subesseret, ut extra suæ vocationis, & Instituti limites ipse propulsus, falsa imagine sanctitatis ageretur in præceps. Sed hunc etiam

timo-

timorem Virgo, placidâ manu detersit, & inuictam clienti iam suo constantiam in bene præclareque coepio suggestit. Hoc vnum, neque illud fallax, indicium fore, species ne illa salutaris atque diuina, an hostis insidiosi ludificatio fuerit, diuturnitatem ipsam suscepit seruoris, aut remissionem. In quam ipsam rem vtebatur Dominicus illo Gamalielis dicto paululum conuerso; Si ex hominibus, aut ex hominum hoste capitali consilium istuc, aut opus est, dissoluetur; sin autem ex Deo, non poteritis id omnes portæ Inscri dissoluere. Perpendum ergo; instantum operi; velis remisque ad culmen sanctimoniæ contendendum. Non posse viam eam fallere; quam Virgo cælestis monstrarit: neque moris, neque illius ingenij esse, clientulos suos candidissimo pectori in se projectos in fraudem induci sinere: potius indignè laturam, ita suam negligi visitationem, stimulos repudiari; verendumque ne incuriosè habita, iustas aliquando & graues poenas expeteret. Hæc, atque alia talia cum animo suo volutans ac reputans Dominicus, ardentissimo quodam imperu ad demonstratum perfectionis apicem constanter eniti constituit. Neque tamen illi subinde molestus esse desit ille ludificationis tartareæ timor, diuexans animum, & pulcherrima coepia disturbans.

## C A P V T      V.

*Superat inanis glorie timorem.*

**Q**uin & aliud iuxta iter scandalum ponere callidus insidiator mortitus est; videret etiam atque etiam scilicet, ut nouâ istâ & insolitâ mentis ad excelsa atque ardua contentionem, ne quidquam aliud, quam vanos putidae gloriolæ fumos, & sui apud intuentes pretium consecetur: posse medianam quandam teneri viam, solo multorum tritam, in qua sit in tuto collocata submissio; arduis insisti lubricè, & imperum ita conspicuum, lui palpandi periculo non vacare. Porro tantum apud eum hæc præpostera humilitatis fouendæ cura valuit aliquamdiu; vt ne ad eum quidem, quem haberet arbitrum conscientiæ suæ, referret ea, quæ sibi diuinitus accidissent, quæque iam animo secum ipse versaret. At ubi sanior cogitatio succurrat, vel hoc eodem ipso nimirum celandi studio Dæmonis artibus ianuam aperiri, noxiū illum atque inutilem falsæ gloriæ timorem, candidissimâ sui pectoris apertione protrivit. Ea res ipsi non modò in præsens, sed in reliquam deinceps vitam ominem admodum salutatis

taris fuit. Nam ex eo tempore studio habuit in primis omnes Moderatores suos arcanorum cordis sui certiores, & maximè gnaros efficer; expertus id quod ipse affirmat alicubi, nihil ad defigenda in animum altius heroica cogitata potentius, nihil ad e blandiendas cælestes opes præstabilius inueniri, quam in luce atque in arbitrio Moderatorum intima sui pectoris omnia collocare: contra, si recte pieque meditata clam Superioribus habeantur, nihil ad supinam eorum obliuionem, Diuinæque iacturam gratia proclinius esse. Ergo ut haec damna vitaret, ita cum Patre Spirituali depactus est, ut quot hebdomadis semel toleraret, seu collocutione, seu scripto, ijsdem secundum rebus prolixius agi: Superiores verò vnicè orauit, ut singulis ab se mensibus conscientia rationem reposcerent. Nec facile quidquam poscea, seu grande foret illud, seu exile, quod animo vincendo, exaugendæne perfectioni conduceret, aggressus est, ijs inconsultis. Ex quo item fonte prostuxit Dominico egregia quædam libertas heroicæ mentis in aggrediendis palam operibus, quæ ad vita virtutis que perfectionem attinerent; cum sui lecurus, ac Dei, nihil cetera pensi haberet, neque quid existimarent qui qui mortales vlla duceret in parte curarum: quodque hoc in studio primum, atque eximium, est, inani gloriæ tum esset minimè obnoxius, quæ clarissima sepe facinora corrumpit, cinn ea socijs intuentibus exequeretur, que dictante interius spiritu præclara conceperat. Itaque haud ille facile ab aliquo opere, quo Dei gloriæ amplificatum iri sperabat, quodque sibi Maiorum approbatione licuisset exequi, vlius hominis gratiæ temperauit: quin etiam id illi curæ fuit, ut Christi bonum odorem vbiique diffunderet, si forte ad se se fœtandum contuentum animos allectaret. Nimirum enim hanc ille generosam humilitatem & heroicam appellabat, aggredientem præclara, & vbiique Diuinæ gloriæ, commodisque mortalium seruientem: sed suis in oculis vilem atque contemptam, ut que cognoscet millesimam eorum se partem nequam obire, que augustissima Dei Optimi Maximi Maiestas, atque amplitudo reposceret. Non ergo probabat eorum placitum; qui omnia interna in occulto habenda, furtimque & clam alijs.

agendum putant, ne quid sibi  
de operum fructu stu-  
dium alienæ lau-  
dis decer-  
pat -

*Qualis Dominici Humilitas.*

**O** Perç pretium me facturum reor, si attexuero, quę aduersus hanc  
lectam suis in aduersarijs non vno loco concepit. Laxam-  
ait hac persuasione morum licentię libertatique ianuam aperiri, dum,  
qui sic opinantur, pulchrum sibi ducunt à perungato viuendi mores  
aliorum haud multum abscedere, posseque languidos ac remissos in  
studio virtutis, plus sępē feruidis incitatissque promerer, propter  
humilitatem, quā sua scilicet parui ducant. O pręclaram, inquit,  
humilitatem, vel pallium potius segnitię, atque corporis detestabilis!  
Quid mirum, si sua parui ducant, quando per socordiam nihil egre-  
gium moliuntur? Velle autem hac fictā humilitate suam inertiam,  
atque negligentiam obtegere; seque inde solari, vnde oporteret  
ernbescere; adhoc, aliorum actiones heroicas, excelsisque animos  
eleuare, perinde ac si nequiret quisquam, Diuinā fultus gratiā,  
integrā humilitate, magna moliri, atque ad Dei gloriam illustria-  
gerere; hoc enimuerò quid est aliud, quam aditum ad summam  
virtutem intercludere, seque talem esse prodere, qualem sese ipse  
depingit? Itane, vt viri qui que sanctissimi nequierint sine aliqua  
vanę laudis captatione stabilem excellentis virtutis tenere cursum,  
& grandia sine occulto fastu operari? Nequierint sua habere  
vilia, nec tamen refugere ad Dei gloriam, & hominum vtilita-  
tem ea in loco patefacere? At certè contra, nimium se suspe-  
ctam reddit humilitas, quę immodicè sua bona nititur occultare,  
quia iam vel hoc ipso indicio magni ea pendere satis videa-  
tur. Ego verò vel ipse expendo, mea tanto minoris facere,  
quanto magis ea produco; tantoque pluris, quanto eadem sol-  
licitiū obscurō. Quod si etiam diligenter in eorum mores, qui  
partium aduersarum sunt, intendas, passim deprehendas, vir-  
tutis in illis aut perparūm esse, aut prorsus nihil; & fictā hu-  
militatis imagine velari noxiā libertatem, & modestię falsum  
studium obtentui esse licentię: vt promptum sit intelligere, quo  
ex fonte cessatio illa, atque ignauia dimanet. Nimirum sanctis-  
simis illis heroibus preferre se audent, dum suę contemplatione  
paupertatis, quā re ipsa vrgentur, se humiles arbitrantur; il-  
los contra elatos, atque in suis bonis pręsidentes, quos putant  
non posse pręclara facinora, vti vident, patrare, sine cogitatio-  
nibus

nibus altis, & suimet nimirū existimatione. Abiecti profectō istud est animi vitium, viuere suā hac humilitate lātum, quā ne nomen illa, quidem attingit humilitatis; & suarum opinione diuitiarum, nihil de morum castigatione, nihil de vltiori progressionē cogitare. O fallaciam! O fatuitatem! Procul, procul cum istac humilitas, quā stringat animum potius, quām laxet ad persecutionē virtutis. Sic Dominicus existimabat de ijs scilicet, qui hominum oculos, atque conspectum in reē factis nimirū reformidarent: quin etiam ita secum hac super re nonnunquam esse ratiocinatum, satis compertum est, vt sibi diceret; Ecquid est tandem, Dominice, quod te ab aggrediendis palam fortibus, & manifesto virtutum cultu deterreat? Periculum vanæ gloriæ? At illud certè nullum est, nisi te fortè puttes eximum quid, & admiratione dignum gessisse, cùm reuera quod gesseris perexiguum sit, & momenti perleuis, aut nullius. Vnde qui sua studiosius celant, vel vanæ titillationem gloriæ, si ea prodeant in apertum, extimescent, liquet ea magni ab illis pendi, & sibi eos impendiō magis, suisque factis blandiri, quām æquum est. Ex quo fit porrō, vt quām quisque occultissimus, sibique cā rē humillimus est, tam maximè superbus esse videatur. Quod si nullo numero sua haberent, quid tandem esset, quod illos posset inflare, atque in elationem animi tumoremque erigere? Aliorum, inquieres, ingens opinio. At cogita, nihil ipsos de te magnum concipere; sed hypocritatam existimare potius, & simulatorem, qui mentiārē sanctitatem. Et esto concipient, quod in re est; nec tamen ea sic illi tribuent tibi, perinde quasi ex te habeas, atque ex opibus tuis; sed vtique ex Deo. Si autē ex Deo, quid, stulte, gloriaris? Aut cur dum vereris impensis, ne temerē gloriāre, dona Dei vis obscurando, ne in te influant, auertere? Sine te potius à Dei Spiritu agi, vt ipsi collibitum est, videant nec ne alij. Nam id quid retulerit, dum tu id agas, ne studio videri quāras? Igitur nullus te hominum asperetus, nullum tuendæ humilitatis studium vel à minimo progressu tardet, nedum abstineat, auertatue. Id si hodie negligis hanc aliquam ob causam; cras alia fortasse maior obueniet, quā remoretur. Mihi crede, solidiorem hac ratione humilitatem comparāris, quām si minima quāque velis abscondere. Semper exiles, & pusilli manent, qui sua nimis sollicitè occultant; & si pedem vnum leuent à terra, iam se montes transmouisse rentur. Contra alius ingentia conficiet; sed quoniam ea ducit pro nihilo, tametsi videat ab alijs magni fieri, ea contemnit, & miseros illos, vel dolet ita miserè ludificari,

ficari , vel ridet . Quid ? Maiora longè à se ille putat exactum ,  
 iri propter vnius Dei maiorem gloriam , ad quam quidquid agi-  
 mus , nihil est , nihil omnino . Atque hoc ita si est , quid est , quod  
 nobis occasionem præbeat vanæ gloriationis ? Potius nobis nostra  
 deberent esse luctus , dolorisque materia , quod pro eo ac Deo debea-  
 mus , tam exigua moliamur . O quam parua , quam tenuia sunt nostra  
 in Deum studia atque opera ! Erubescere , ô homo inanis ; quoniam  
 si videres Diuinæ magnitudinem Maiestatis , te ipsum ad inferos  
 usque deprimeres , neque in te quidquam esse dignum prædicatione  
 censeremus . Hæc aliquanto prolixius ex eius diarijs excepta sunt ,  
 ut clarius esset eius argumentum sapientiæ , quam Dominicus hau-  
 sit è calo .

## C A P V T      V I I .

*Quibus se stimulis incitaret ad Sanctitatem .*

**I**gitur hoc bono Humilitatis quam maximè generosæ , atque heroï-  
 ce iacto fundamento Dominicus , haudquaquam dubitauit excel-  
 sam quandam , atque sublimem perfectionis turrim ope diuinâ se  
 exædificaturum . Planè nihil humile , nihil mediocre , aut commu-  
 ne , sed altum , sed eminens , sed ipsum sanctimoniaz culmen animo  
 destinabat ; statuebatque ita secum firmissimè , aut cepta desinenda ,  
 inque imis turpiter hærendum , aut esse contendendum ad summa  
 studio acerrimo , infatigabili , immortali . Medium sibi nihil for-  
 te . Quam in rem iucundè , & perquam aptè illud ambitiosissimi quon-  
 dam hominis identidem usurpabat : *Aut Cæsar , aut nihil .* Hoc sibi  
 pulchrum , hoc decorum , ac nobile dicere , in concupitam semel san-  
 ctimoniaz palmam toto pectoris æstuantis impetu , laxissimisque  
 desideriorum habenis ferri . Hoc adeò etiam naturæ , atque ingenio  
 suo calentiori , qui semper arderet , competere , ut flagraret scili-  
 cet , non iam amplius iracundiæ , aut alijs malis libidinibus , vti con-  
 suerat ; sed saluberrimis amoris Dei & virtutum incendijs . Has ille  
 sanctæ flamas in semetipso miris varijsque fomitibus , per singula pro-  
 pedium momenta temporis exsuscitabat . Iam illi votum erat ma-  
 gnos & illustres viros emulari , qui nullius ipsi quidem rei studio re-  
 tro respicerent , sed quod mature consultò semel arripuissent , id fir-  
 missimè sectarentur , neque ab eo se sinerent ullis terum difficultatibus  
 auelli : quam re omnium vñā maximè excellens animus , & supra hu-  
 mana

manū euēctus, verēque nobilis appareret. Iterū in omne genū, etiam vilissimorum opificum cogitatione conuersā, neminem vnum omnium adeō esse ignavum obseruabat, quin ea in facultate, quam profliteretur, excellere, atque eximius esse niteretur. Ad hēc, idem tamen acrī stimulabatur Dei timore, cūm veritum eum esset, ne si hoc eius beneficium, quo fuerat ē veterno excitatus, segniter haberet, ac prosequeretur, eum sibi infensum, infestumque redderet, à quo denique, tanquam abortione deflorescens, penitus abiiciatur. Sēpē quasi quodam in theatro se positum contemplabatur, in quo Deum, & Sanctos haberet, non spectatores duntaxat, sed coronarum etiam, quæ victori post acre certamen atque ardens deberentur, ostentatores, & blandos quodammodo hortatores, ac vindices; de quorum etiam præsentissima ope, in re tantoperē cum Dei coniuncta gloria, nihil posset aut deberet ambigere.

## C A P V T      V I I I .

*Ope, & cultu B. Virginis adiutus : item Exercitij.*

Porr̄ secundūm Deum, præcipue omnium, spe & fiduciā in Matrem Dei, Dominam vniuersitatis sustentabatur Dominicus: Eam vt nouæ huius vitæ suæ principem autorem celsissimis quibusque & clarissimis conatibus demereret, & propitiam facere connitit; nihilque vereri magis, quām ne iuste illius expectationi vlla ex parte decesset. Hēc illi maximē faces & stimulos addere; neque omittere suo clienti miras identidem cælestium faborum delicias, vt contentissimum eius ardorem deliniret, illaquefacere: præsertim, cūm primō omnium ab illa nouæ vitæ meditatione commentationibus asceticis, anniuersario Societatis instituto se exerceret. Ibi tum in eum adeō copiosus diuinæ dulcedinis torrens influxit, vt modo quodam, prout ipse commemorat, sensibili denuo progeneratus, & eximiā quadam puritate, velut amictu splendido sibi videretur esse candidatus. Ergo in Deiparam, sicut harum conciliatricem delticiarum, suauissimā & blandissimā gratulatione conuersus: *Tene, inquit, Mater, quod senes; fringe fortiter, quia magnum thesaurum innuenisti.* Ex illo nunquam deinceps huiuscē peculiaris patrona suæ commeninit, quin eius animus quodam quasi cælesti nectare redundaret, & quodammodo colliqueceret: solitusque est eam, quoties incidisset mentio, prædulci quodam lensu, vix aliter quām Beatam

Matrem appellare. Observarunt eum socij, ad omnem augustissimæ Cæli Reginæ in familiaribus colloquijs commemorationem, à scipso quodammodo, atque à sensibus, aliquanto temporis abripi atque emoueri; nunquam præter eius quamcunque effigiem transire, quin patronę suę, si foret sine arbitris, pronus aduolueretur; sin alij adessent, caput aperiret, ac reuerenter submitteret. Insuper ita cum duobus socijs pactus est, vt quoties eorum quisquam aut Beatum Virginis nomen audisset, aut eius qualelibet imaginem oculis usurpaslet, alter inuicem pro altero, dum illis vita superaret, aliquâ mentis intentione in communem sese patronam conuerterent. Ipse ab ea sè penumero præstantia sanè dona consequebatur, faciles ciui expertus semper est aditus, & promptas suis in molestijs ac difficultatibus aures. Vnicum eius hoc esto monumentum. Cœperant illi genua semel ab frequentiore Missarum auditione condolere: Matrem Misericordiæ, vt succurrat, implorat. Dictum factum adest inuocata, & poplitum illi neruos ad longas etiam diuturnasque in posterum flexiones durandas consolidat.

Per idem illud Spiritualium Exercitorum tempus, clarissimâ quadam, & valde singulari mentis illustratione, qua penitus eius iradiauit animum, Deus illi patefecit, quanti momenti res esset, Moderatoribus suis, suæque conscientiæ cognitoribus esse quâm arctissimè coniunctum; omnia sua cum illis agitare consilia; demum eo cum illis candore versari, perinde quasi cum Deo agas, cuius oculis cunctæ cordis arcana subiecta sunt. Et verò conferta sunt eius commentaria, inundantium ex ea coniunctione spiritualium lucrorum, quæ vel in semet ipse, vel in alios largè affluenterque manasse sagaciter annotauit. Neque enim sua vnius compendia subducebat Dominicus; sed quidquid accederet alijs, id ipse charitatis quadam societate admeticbatur, & sibi, omnium opibus locuples; omnium, tanquam egentissimus, citra inuidentiam, æmulator. Ac dederat illi bona fors, eo maximè tempore, quo Græcij nauabat operam Theologiæ, non vnum eiusmodi contubernalem, cuius ipsi consuetudine posset quâm maximè profici; sed vhus quispiam omnium præcipuus fuit, adeò suo genio, suoque studio ad magna mirificè attemperatus, vt eius assidua ex obseruatione semper aliquid in sua Dominicus emolumenta congereret; quem tamen ipsum, & complures alios, prior ipse sublimioris exemplo vita, suæque confuetudinis vsu incenderat. Sed nimurum in ijs ipsis, quos suo calore tangebat, clarissimarum quarumque virtutum descripta linea-

lineamenta, quām in semet ipso, cernebat acutius, atque perspicacius, & ijs se ad bonam emulationem accendebat, seque reprehensione assiduā, quasi cunctis ipse tardior ac segnior in cursu virtutis esset, probrosā comparatione multabat. Iisdem illis in Exercitijs alterum, Dei, Virginisque munificentia consecutus est donum sanequām eximium; vehementissimum, inquam, tum animi domandi, tum verò maximè corporis per omne vexationum & molestiarum genus implacabili scūtiā persequendi ardorem, & cupiditatem profundam. Euiscerari, differri, sexcentas in partes laniari, & concidi, dum sibi placaret Deum, suaque errata expiaret, impensè cupiuisset. Tanto nimirum odio sui flagrabat, vt illud sanè quodanmodo immensum, atque infinitum extitisse, haud absurdè quidem videri posse, quæ deinde proferemus, ostendent.

## C A P V T I X.

*Qui se post Exercitia gesserit.*

**H**icce tam faustis nouæ vitæ, beneque coëptis auspicijs, tam multiplico Numinis se liberaliter infundentis luce perfusus, firmissimè suo cum animo Dominicus iterum atque iterum statuit ducem Deum, & Virginem sequi, neque quidquam facere mediocriter: sed prorsus ad supremum absolutæ virtutis culmen totis viribus, omnique studio eniti. Ad id verò quò expeditior esset, sub asceticæ istius, quam memorauí, exercitationis finem, retractatâ apud Confessarium, repurgataque totius ante actæ vitæ conscientiâ, eadem die, atque eadem diei horâ, imò, quod ipse diligenter admonuit, eodem ipso vestigio temporis, quo prima Scholasticorum vota, confecto ante sex annos tirocinio, ediderat, eadem nunc illa, singulare quodam sui penitus Deo dicandi, sacrandique studio, repetijt, atque instaurauit. Ex illo, memor quem sibi, suæque contentioni scopum præfixisset, in quem omnes vitæ actiones, officium omne dirigeret, hoc agere, hoc vnum prima curarum in parte habere, ut esset in suscepto semel heroicè viuendi studio quām feruentissimus. Hoc ille sibi quotidie, hoc singulis penè momentis, præsertim quo tempore ad contemplationem Diuinitatis incumberet, identidem, inculcare; hoc exquisitissimis argumentis, quorum in eius aduersarijs passim abundè est, sibi suadere vt igneâ quadam vi magis in dies ac magis in proposito consummatæ virtutis cursu caleficeret:

*Curtius*

Curtum esse Spiritualium istarum nundinarum tempus, eoque avarè occupandum, ut inde sibi ne momentum quidem ullum aliena cogitatio, quam profectus assidui cura decerpatur. Instandum huic sacrae negotiationi sine otio, sine cessatione, neque ullius opportunitatem quiesciculi, vel tenuissimi negligendam: unum ex altero nasci lucrum; neque reprehendi posse, quod per incuriam dimiseris. Hac una ratione viseris scilicet, id quod ante tot annos vita per negligentiam atque sordidiam perierit, compensari quoquo modo, & quasi redintegrari. Omnem hoc in studio cunctationem, atque indiligentiam esse suspectam, nec grandi periculo vacare: quo quis laxamento vel indulgentia pronam in deterius natruram ad ingenium relabi: uno neglectu, lapsuue posse diuinam ita gratiam effundi, ut eius sit planè desperanda reditio. Nihil ea delicatius, nihil esse tenerius; præsterrim cum eam Deus tam amplam, tam largam, modoque tam raro, tam dulci contulisset. Nec quidquam velle Deum, & Virginem neque tenue, neque mediocre eius in animo efficere, quem tantis sibi benefactis obstrinxissent. Metuendam vehementer ingrati animi turpissimam nostram, si lente, si oscitanter agas. Quin & levitatis, atque inconstans adhesuram labem, si calentibus initijs progressus intepat, & ad honestam laudem instituta contentio languescat. Ignominiosè audiри illa; Parturiunt montes; Hic homo capit adificare. Occurrendum ergo ei exprobationi, qua desdiosis in die Domini hand parè ingeretur. Persenerandum, & pertinaciter urgendum studium, quod tanta acrimonia captum esset. Hac una re scilicet tempus redimi; generosum, & heroicum, & animum verè sapientem prodi; habitantis in eo Spiritus cerki specimen & agitationem. Hisce, atque alijs modis innumeris per singula propè momenta Dominicus semet inflammabat: hos eisdem igniculos suis in aduersarijs densè stipbat; vt quaqua ex parte arriperet; eorum vel solo contuitu recalesceret identidem, & suos ignes naturè inertiam languescentes, quasi ventilatione confoueret. Sed nihil ita iucundum lectu est, quam quod de illâ Religionis inimica, & peste Spiritualis studij desidia, & veterno suis ephemeredibus interdum inspergit: Monstrum illud esse teterimum Diuinis admodum oculis despicibile, mortalibus nocentissimum, atque exitiosum. Itaque quæsitissimis tum ex propria meditatione, tum ex asceticorum lectione librorum colo-ribus illud detestabili specie, atque execranda deformitate describit; quo illius horrore deterritus, in amplexum cupidæ perfectionis iret audiùs, atque in ea conquiesceret firmius, illique penitus adhæreret.

Ad

Ad hanc , Sanctorum sibi hominum illustria proponebat exempla , quibus animum à languore prohiberet . Aiebat quantum humilis S. Franciscus sui despiciētiā ceteros mortales antecelluit ; tantum se niti velle , vt eius , quod quereret , adipiscendi ardore ac contentione ipse emineret . Eam in rem oculos habebat semper in S. Catharinam Senensem , & in Beatum nostrum Aloysium Gonzagam conuersos , vt in eius codicillis frequentur appareat , quos huius feruindioris studij documenta perquam ardua præbuisse constaret . Atque in Beatum ille quidem Aloysium , nescio quā peculiari exultantis animi propensione cupidius ferebatur , tanquam haud alium facile Sanctorum ē numero , & quē suo ingenio yotoque congruere compersisset . Estque beatissimi eius adolescentis id imitatione consecutus , vt apud exteris nostrorum hominum nationes , atque in Urbe potissimum percrebresceret haud obscurus rumor , alterum in Austria haberi Aloysium , vt testimonio virorum grauium acceptum est .

## C A P V T X.

*Aliquot eius ad sanctitatem adminicula .*

**L**aboris arbitror fructum extiturn , si nonnulla flagrantissimi huius ardoris adminicula , ex ipsius decerpta commentarijs , adnotaro . Inptimis hoc apud se sanctissimè statuit , primis illis vitæ quasi è veterno suscitatae propositis mordicus inhærente ; neque ab ijs leuiter ad alia , tanquam meliora , transilire ; hoc enim videri hominum eorum esse , qui dona Dei haud satis ex dignitate reputarent , quique seipso in fraudem inani persuasione vltro inducent . Solere Deum primas illas animi motiones , quibus ad se mortales ciet , vt eximia liberalitatis suæ pignora peculiari quadam promouendæ sanctimoniaz vi & efficacitate , imbuere ; quæ qui obseruent , & tenaciter sequantur , eos demum facillimo quodam impetu ad summæ rapi potius , quam duci ; & cælestibus prius opibus , quam vel id ipsi aduertant , copiosissimè abundare . Alios contra , qui rerum nouarum studio , aut animi leuitate fastidiant omnia , seque ad alias ex alijs subinde conuertant , eosdem suâ magis industriâ videri , quam Dei duatu niti ; eaque re omni vero profectu virtutis , utpote fibimur ipsis relictos , destitui ; in pauperrimo semper hærcere statu ; subsiliens locustarum instar interdum , sed mox ad ima , deficiente remigio , pronos recidere ; vnâ manu idem destruere , quod struxerint alterâ ;

imò in aggrediendi conatu semper esse, neque vnquam promouere, vel latum pedem; atque in omni summa, oleum eos, quod aiunt, & operam multo labore perdidisse. Quos videlicet infernus impostor fucatis ipsorum intelligentiæ ratiunculis obtrusis, iam hoc, iam aliud esse conducibilius ad incrementa sanctimoniarum persuadens, pro libidine verset, ac demum ostentui habeat, atque ludibrio; nec raro etiam, si non agat in præceps, at certè quām proximè distare faciat à præcipiti lapsu.

Alterum, quod in hac proficiendi cura Dominico vehementer cordi fuit, est intentissima illa, & sagacissima omnis diuini afflatus atque instinctus obseruatio; ut quoquò ille impelleret, simulatque à Magistro spiritus eius approbationem accepisset, eodem expanso corde velis remisque ferretur. Neque cum facile quisquam omissò ad ullum plium instinctum animo fuisse conspexerit; haud ignarum ijs solere Diuinæ gratiæ fontes obstrui, quibus eius inflatus excipiendi cura, atque diligentia neglectui existeret. Vnde nil aliud consequatur, quām vt deserta in periculis anima extremis difficultibus conficitur.

Tertio loco studebat maximam quandam eximiæ illius perfectionis, cuius tantoperè studio tenebatur; existimationem apud suum animum excitare, eandemque perenni versare obtutu. Sic nempe fore, ut post illam haberet omnia; nihil cum ea conferret; prater eam reliqua omnia in detrimentis arbitraretur; labores atque sudores pro ea dulces; dura & aspera in delicijs haberet; in vnicam illam diu noctuque mentis intenderet oculos; quidquid operis alius exequendum foret, illud huic vni ancillari iuberet. Hoc vere breuissimum esse ad ipsam arcem perfectæ virtutis compendium: Neque aliam ob causam multos mortales, etiam professione religiosæ Deo dicatos, in imis hærere semper, neque se vnquam erigere; supino torpore quodā & lethargo iacere depresso; quām ideo, quia pulchritudinem, & dignitatem consummatæ sanctitudinis occupato humanis affectionibus oculo intueantur; quem si purum in eam atque imperturbatum defigerent, fieri non posse, quin eam toto animi impe- tu sequerentur.

Hanc adeò præclaram de absolutione virtutis existimationem apud se Dominicus vt excitasset; eòdeinde illius versa est vnicam & summa contentio, vt eiusmodi distineretur atque insueret uti officijs, quæ consequendo ei fini quām maximè attemperatè congruerent, ad eumque viâ breuissimâ peruenirent. Primum igitur ea videbat

videbat esse debere heroica atque illustria, quibus suscipiendis ani-  
 mi quædam supra humana eret & celsitas & sublimitas cerneretur.  
 Plus vno sèpè illiusmodi facinore virtutis, quâm sexcentis humilio-  
 ribus, comparari. Itaque diebus, ac propemodum horis singulis  
 hanc secum rationem inibat, vt semper arduum aliquid meditaretur  
 atque perficeret: neque prius illum dies deficeret, quâm aliquot ge-  
 nerola facta suis rationibus addidisset: eratque eius admodum dili-  
 gens animaduersio, vt sequentia semper opera prioribus, vigore,  
 pretio, nobilitate præstarent. Talem nempe ab industrio negotiato-  
 re requiri soleriam, vt apud eum amplitudo lucrorum maiora capiat  
 ac maiora ipsâ temporis successione incrementa. Quod si opportuni-  
 tas aliquid eximium & magnificum agitandi defieret; studebat ipse  
 tamen illorum, ad quæ aspirabat, operum ardentissimâ cupiditate  
 flagrare: beatos eos prædicare, quibus esset sui per talia exercendi  
 liberior copia, campusque amplior: iuxta Deo Conditoris suo im-  
 mensum quoddam augmentum gloriæ, si non suâ, certè aliorum  
 generosâ contentione, exoptabat, & gratulabatur: eâque re crede-  
 bat, neque immerito, sibi minimè fructum petire clarorum eorum  
 facinorum, quorum sibi facultas non suppeteret ad executionem.  
 Porro quæ ipse datâ occasione aggrediebatur, ea præsenti singula  
 rectoque semper animo sic instituebat, vt quatuor rectæ rationis arbit-  
 rior prouideret: primùm quidem, vt nobilissimo quopiam, eoqua-  
 certo fine proposito: tum, vt contentissimis viribus; deinde, vt ex-  
 cellentissimo modo; ad extremum; vt summo demerendi Diuini  
 Nominis, eiusque extollendæ Maiestatis desiderio peragerentur.  
 Plerumque verò Dominicæ Passionis ea recordatione, quod Diuinis  
 acceptiora conspectibus euaderent, imbuebat. Et quamvis talia  
 tamque magnificè instructa eius essent opera, mox ipse tamen in  
 ea singula, simul vt erant peracta, censor, quæsitorque seuerissimus,  
 inuestigabat attente, num quis eis alicunde nævus, numqua labes,  
 vnde cunque tandem, adhæsisset. Sicque factum est, vt tota deinceps  
 eius vita, quædam quasi continua quæstio, suique iugis esse cen-  
 sura videretur. Eadem illa opera, quod certius ad propositum finem,  
 faciliusque proucheret, iudicabat assidua esse oportere, neque ullâ  
 cessatione interrupta; eoque sic illa disponebat, vt vnum esset gra-  
 dus alterius. Vix enim vnum aliquod eorum illâ quâ diximus æsti-  
 matione libratum, discussumque Deo detulerat, cum illico medita-  
 retur aliud, nullam sibi vel momento temporis indulgens vacatio-  
 nem. Quâ contentione, cùm aliquando nimium procederet, animad-  
 uertit

uerit iusto amplius, supraque vires naturam premi, & quodammodo fatigatam fatiscere: quare ne planè succumberet, temperatam aliquam illius studij remissionem sibi meti ipsi prudenter imperauit. Tandem hoc vnum elaborabat maximè, ut quæ augendo Diuinitatis honori, & suæ virtuti exaggerandæ fusciperet, ea liberrimè gereret; neque sibi quidquam in ijs loci, nullamue partem ea torpedo, seu tabes, labesque officiorum, quam Respectum humanum vocant, usurparet. Iuxta illi esse siue in propatulo gerenda res, siue in obscuro foret: neque sollicitus, neque pensi habens qualis alijs videatur, dum ne sibi, ne in Deo & Cælestibus displiceret. Nihil morari humanos obtutus; sed in illum inspectorem atque arbitrum cordium Diuinitatis oculum, mentis atque intelligentiæ suæ aciem habere defixam, ex unoque illo cunctas repetere operandi rationes.

## C A P V T     X I.

*Quintum, sanctitatis adminiculum, praesentia Dei.*

**E**NIMUERO ista Dei presentis contemplatio plurimum omnium inter cetera Dominico contulit, ad actiones suas, in eam, quam modò diximus, normam componendas, magisque habendos breui interuallo progressus. Hoc ille, veluti fræno, vtebatur, quo vagæ mentis effusionem coerceret: hoc in animo suo venerationem Numinis profundam alebat, ne quid in eius maiestatem vel levissimè admitteret: idem illi pios animi concire motus, quos identidem iacularetur ignitos in cælum: idem ipse pectoris internus arbiter, ad gravitatem modestiamque componebat externos mores, ut virginali quadam specie mirificè intuentium animos afficeret, & arcana quadam illecebrâ, ad earum, quæ ipsi erant in precio virtutes, amorem permoueret. Nimirum hanc sese vim ex ipsius aspectu, ingenti suo bono, persensisse, tum Nostrî homines, tum externi non semel confessi sunt. Nunquam ille moram vlliis in contitu rei quantulamcunque trahere, indignum ratus aciem, quam posset mentis in Denm, eam, aliam quamcunque in rem obiectam desigere, incomparabili vicisitudinis eius dipendio. Atque hac seuerâ oculorum custodiâ, omni sibi nouarum rerum & curiosarum interdixit aspectu; vsque adeò, ut ne Academico quidem in theatro, cum darentur publicè ludi, spectator vnquam assidere sustinuerit. Nunquam in eum incidisses, quin plenum cogitationum sublimium, Deoque altè immersum diceres.

Sic

Sic enim tota morum, vultus, incessus conformatio[n]e studuit componere, ut nemini cūquam aliud, quām quod suā salutis esset, sine vacatione, agere videretur. Denique cum Deo, & coram Deo iugiter ambulabat; nequē in colloquijs quidquam familiarius habebat & crebrius, quām hanc Diuinę prætentia firmiter impressę animo, tanquam utilis ad omnia, commendationem: imò totum in ea quodammodo eximij alicuius progressus habendi momentum possum esse viſus est arbitrii. Nam cūm ipsum aliquando Sociorum vñus, virtutum eius, & p[re]cipue inuariabilis eius constantie magnus admirator atque ænulus vehementer ac maiorem in morem orando sollicitate, vt sibi compendium aliquod ad perfectionem, describeret; multum ille quidem ac diu, prætensā eius scientie ignoratione, reluctatus, tandem eius importuno viētus studio, suam de re proposita sententiam, carptim breui scriptiunculā declarauit. Summa ea erat;

Contemplationem assidua[m] p[re]sentia Dei in hoc Spirituali mercatu, totum pene negotiationis laborem paucis expedire. Cūm enim cupidus quisque non vulgaris alicuius perfectionis, primū quidem incenso debeat honoris Diuini promouendi flagrare studio; unde mox succrescit inextinguum in eius animo magis magisque indies virtutum augendarum desiderium; cō quod intelligas hand alia re uilla Diuinam agnē gloriam, atque hominum perfectorum officijs atque actionibus illustrari; cumque per hoc verumque studium ad intīmam quandam cum Deo coniunctionem perueniat, & ad illas mentis sinceras delicias, quandamque Dei fruendi liquidam voluptatem; una Diuina p[re]sentia speculatio & facilem ad ea omnia viam parat, & vicissim hisce mirum quantum ipsa vigeat & confirmetur. Nam in primis unaquaque mens, dum Deo p[re]sente contuendo disstringitur, quantum ille sibi merito à nobis honoris ac reverentie vendicit, agnoscens, non potest, nisi stupidissima, & multo maximè ingratia sit, accerrimis eius amplificanda gloria facibus non inardescere. Vicissim autem cūm hoc studio inflammatur; rationes omnes bene de ea merendi Miseritate sollicitè rimatur: quod quia functionibus arduis virtutum, usque assiduis fieri intelligit, in cuiuscunque aggressione muneris, acrem in se Dei memoriam excitat, cui ea officia sunt deuota: cuius eiusdem crebritate diligentia mens adeò tenaciter in Deo desigitur, ut agrius inde difficiens renocetur, quām vaga nonnullorum intelligentia Deo vel leniter adhaerescat. Deinde ardor ille proficiendi hanc Diuina p[re]sentia contemplationem, ut sibi vehementer opportunam adsciscit; tamque nonis usque suggesterendis somitibus alit, atque exauget; quia nimurum auocatum à rebus

alijs animum in se colligit, docetque id unum non segniter, sed animosè gnariterque agere; unde necesse est sequantur uberrima vite perfectioris incrementa; quibus accessionibus erectus animus in interiore quandam Diuinitatis admittitur familiaritatem, seque in Deo totum ita demergit, ut tanquam oceano innates immensa suavitatis; fluxa huius mundi & fallacia blandimenta cum stomacho aspernans, & omnis qua ex Deo non capitur, voluptatis putes. Hac nimirum caelestium epularum libatio, & inge quoddam conuinium, ex memoria Dei enasitum eamque ne vel corrumpantur ille delicia, vel dissipiant, vinacem semper custodit ac vegetam. Ita Dominicus de assida Numinis recordatione sentiebat. Et ille quidem non ad eam sua dirigebat officia, velut seruus aliquis vernilis ingenij, qui à flagitio poenæ formidine temperet; sed velut amicus & familiaris, qui blandissimis quibusque officijs ad amici se nutum accommodet ac componat. Et nisi suauem istam in Deum fiduciam nactus esset, nihil se consecutum esse in studio perfectionis eximium arbitrabatur; non temeritati vel arrogantiæ tribuens eam fiduciam, sed candidissimæ sincerissimæque Dei charitati.

## C A P V T X I I .

*Dominici studium orandi, & situs, & modus.*

**A**TQUE ex ijs quidem, quæ adhuc à nobis dicta sunt, facile quilibet que existimare potest, quis Dominico sensus esse debuerit, quis animi vigor, quies, impetus, cùm ex proposito caelestia meditaretur; quando etiam tum esset ex Deo planè suspensus immobili cogitatione, cùm aliena quam maximè agitaret. Constat eum, neque ipse inficiatus est, vires corporis assiduâ illâ mentis in res Diuinas contentionem non mediocriter attriuisse. Nec deerat scruto suo, tantâ cordis in se amplitudine effuso, liberalis consolationum largitor Deus; & illi mira nonnunquam instillabat insolitarum lumina veritatum, & suauissimas cœli delicias magnâ vbertate atque affluentia ingerebat. Fluebant vltro, liquefcente ad conspectum Numinis animo, copiose lacrymæ: quas Moderatorum imperio, ne valitudini nimiùm officerent, inhibere cogebatur. Si precibus operam in publico dare contigisset, videres uno loco defixum plures immobilem horas perstare; ut ipsa vultus, & corporis conformatio mentem alibi, quam in corpore, præsentiore esse facile commonstraret.

Adorandi, & cultu eximio venerandi Angelici Panis singulari studio

studio tenebatur: vtque eo quām creberrimē liceret epulo vesci, Moderatoribus suis vehementer, obnixēque supplicabat. Dominicis diebus ac festis ab hac mensa protinus ad odeum concedens ibi antemeridianum omne tempus nitens genibus in Diuini hospitis consuetudine agitabat, nullo commeantium strepitu conturbatior, quām si vel solus ibi, vel animo ab vsu sensuum esset abducto. Eodem loci horæ quadrante bis in die precando dabat, semel à recreatione, quam vocamus, pomeridianā; rursum deuersā domo, quod nobis consuetum laboris domestici pensum est. Cuius iphius studij exemplum nonnulli Sociorum cūm essent imitati, *Sodalium Chori* nomen apud ceteros habuēre. Postea verò quām sacris initiatus est, non vñquā libentiū Horas Canonicas idem, quām in odeo pangebat. Non nunquam & intempestā nocte se corripiebat ē lecto, & ad oedi ianuā (quōd ea oppessulata prohiberet ingressum) procumbens Beatissimam Virginem eius recitato Rosario deuenerabatur. Atque hæc omnia, & quæcunque alia precandi officia, seu palam in museo, in publico, seu clam in suo cubiculo, flexis humi genibus, nullo fulcro, nullo adminiculo, peragebat. Iussere postea Moderatores eum, fortasse ne cum alijs religione minimē necessaria dissidere atque discordare videretur, in odeo saltem scabello genibus insistere, & corpus ad transennam, vt solet, admouere. Paruit promptè imperio; sed ille situs insuetus corporis illi multò maiori molestiæ, quām pristinus, fuit. Consueuerat nudis item genibus extra aliorum conspectum, preces exequi: at vbi vetitum id à Superioribus fuit, tibialia quidem ille sub genibus, sed ea sola substranit. Egrediens, regrediensque sive in museum, seu suum in conclave, nunquam omittebat Deo, Virginique, sibi vt exitum, redditumque facerent benē auspicatum, flexis genibus supplicare, nihil aliorum existimationem, hoc suo de more moratus: neque suo exibat vñquam cubiculo, nisi ianuæ limen exosculatus, P. Ioannis Gerotti, vt ipse Dominicus prodidit, viri eximiæ virtutis exemplo.

Matutinum meditandi tempus, vespertinum itidem explorandæ conscientiæ, uno semper horæ quadrante anteuerterebat: quoque salubriùs & fructuosiùs diuina tractaret, magno habebat studio, ea omnia, quæ meditaretur ad illius diei res ageendas, dicendas, cogitandas, atque adeò ad vnum practicā quadam & actuosa conuersione dirigere; vt inter meditandum prima quasi diurhæ vita lineamenta duceret, que deinde singula per opportunitatem, diei decursu, corum flore coloreque pigmentorum illuminaret atque perficeret,

quæ

quæ solet operi vnicuique artificis extrema manus inducere ad abso-  
lutionem. Istiusmodi contemplatorem aiebat ipse fines ingredi per-  
fectionis; præsertim, si quæ animo volueret, ea non ad generalia,  
quædam duntaxat agendorum principia, & pertinentia latè lumina-  
re uocaret; sed de singulis actionibus atque officijs: de eorum occa-  
sionibus, de modo certi quippiam apud se quotidiè definitet. Quan-  
quam enim ad inflammandum animum communes illæ regulæ non  
mediocriter sanè conducant; hæc tamen singularia & suis decreta  
queque demerata functionibus illud efficere, ut cassa nunquam, & vacua  
fructus atque otiosa meditatio peragatur. Sed libet ipsum audire,  
semel ipsum ita quodam loco transactâ meditatione stimulante:  
*Tempus terimus, inquit, Dominice.* Nonque ad operationes benè obeun-  
das animum non applicamus? Quid prodest magna commentatio, si ma-  
nus vaeat ab opere? Utinam verò ne sint frusus arquefallacia, que reris  
esse compendia. Age sis, serio profectum quare, non evanescientem cum  
ipsis cogitationibus sanctitatem. Crede mihi, finis nullus erit: abyssus  
abyssum innocat; contemplatio contemplationem. Si diutius in his harere  
volneris, na tu finem nunquam iuuenturns es. Praestat certum aliquid  
statuere, quam sic in incertum currere. Sic ille criminabatur se, quod  
fortè non recte, neque ad visum atque profectum, tam sacrâ cum Deo  
semel occupatione perfunctus esset. Itaque mirum non est, quando  
tam accuratâ, studiosaque præparatione suas actiones diurnas omnes  
disponeret, eum sèpissimè inter operandum repentinis, ijsque largis  
intelligentiæ illustrationibus, aut subito suspensum fuisse, aut in ali-  
cuius amore virtutis accensum. Quin & è cœnatione plerunque,  
sacrâ præsertim erectus lectione, cœlestium magis consolationum,  
quam cibi satur, recedebat. Quæ diuinarum momenta visitationum  
curæ habebat obseruare, memoriæque gratiâ in codicillo referre  
calcato, quo tenebatur initio, eo inutili timore, ne quam sortè iactu-  
ram eâ scriptione faceret religiose modestiæ, atque animi submissi;  
cùm pro eo atque erat in explorandis animi recessibus illustri iam  
luce perfusus, cognouisset non constitutam sibi tantummodo, sed  
multò etiam amplissimè prosectorum eam virtutem, atque adeò & cum  
illa ceteras vniuersas, quanto nimurum studiosius ea, quæ in acceptis  
à Deo haberet, adnotando subduceret. Præterquamquod pernicio-  
sus in cœptis languor ne quando obreperet, per hanc occurrebat in-  
dustriam, dum repetitâ scriptorum lectione nouos sibi quodammodo  
admoueret igniculos; dum à scipio dispudet esse degenerem; dum  
æternarum animi opum detrimentum vel tenue pœnitentia adjisse.

Quæ omnia scriptoris illius bona suis in aduersarijs latius ipse deduxit. Solitus fuit cum religiosioribus interdum, & sui propositi socijs pacisci, vt alter alterius spirituali prouentui totum deuoueret matutinæ precationis lucrum; & plerunque fuit, vt secundum eam, pactionem abundantioribus diuinæ dulcedinis irrigaretur accessibus, quam affluentiam socij meritis & postulationibus ipse referebat acceptam. Porro in toto suo ad consummatæ sanctitatis ad quam tendebat apicem itinere triplicem illam viam, quas vita spiritualis Magistri distinctas tradidere, Purgatiuam, Illuminatiuam, Vnituam, ita, terebat, vt certis aut annorum, aut semestribus interuallis, iam vni, iam alteri ordinatè insisteret & posteaquam omnes executus esset, rursus ad primam redauspicaturus rediret.

## C A P . V T X I I I .

*Quam serenus Dominico, & quam pacatus animus.*

Ræcipuum in his omnibus Dominico & singulare studium fuit, ut mentem perpetuò liberam, & ab omni tumultu atque inquiete solutam haberet, neque prauarum modò vacua, sed honestarum, etiam affectionum esset, quæ pulchritudinem illam pacis, in qua cupiebat habitare, vel modicissimè conturbarent; quippe cum sciret eò copiosius affluere cælestes delicias, quò magis serenum cor esset, pectusque pacatum. Igitur vniuerso propemodum in res omnes creatas amore ita se exuebat, ut quamvis interdum eas spiritualis obtenuit quæstus se blandè insuarent, eas tamen ipse, simul ut compliceret, studiosè depelleret. Eius hoc factum pro exemplo sit. Degebat eodem uspiam in Collegio cum Dominico socius, in quem ipse propensissimè quadam animi inclinatione cerebatur, eò quodd in illo expressam veluti suam effigiem, hoc est, tantam ad optima vita melioris consilia voluntatem, quantam in alio mortalium nullo concerneret. Igitur ei familiarior esse; cum eo colloquia, dum ex instituto liceret, magno commodo mutuo serere; vnicè eundem obseruare. Sed animaduertit eà tametsi pià affectione sensim illum mentis in Deo fixæ compositum statum nonnihil, hominis frequentiori recordinatione turbari; Ergò castigare suam illam propensionem instituit identidem ipsem, & haecenus ei duntaxat locum dare, ne quidquam intimæ cum Deo coniunctioni officeret. Neque enim aut par esse, aut integrum sibi rebatur partiri cor suum; & quenquam in eius par-

tem admittere , quod vniç à Deo totum deberet occupari .

Iam verò sollicitudines omnes rerum post futurarum , eas maximè quæ timorem secum aliquem , aut anxietatem inueherent , veluti corruptelam internæ quietis ac pacis acriter auersabatur . Idque ut constantius ficeret , ea quæ futura essent , ipse tanquam præsentia Diuinis oculis vniuersa considerabat ; eiusque imitatione quadam in res duntaxat præsentes , futurorum securus , curam cogitationemque intendebat . Ergo quæcunque subito emerget occupatio , quæ sibi totum videretur hominem deposcere , atque ab interna tranquillitate aliquantum seuocare , eam cordato pectore , suique tenax propensi aggrediebatur . Priùs intereat , inquibat , orbis terræ , quam pax animi deseratur & quies . Nempe hanc ei constantiam singularis in Deum fiducia conferebat , quâ sibi vnâ sublatum iri nequaquam ambigeret omnes agendæ rei difficultates , vt sine dissipatione cordis , id quod esset exequendum , perficeret . Eandem quoque confisionem magnoperè affirmabat illud , quod nullius eligendæ rei desiderio , repudiandæ , partem in vnam aliquam flesteretur ; sed ex Dei prouidentiâ totus penderet , omnia ex eius præpotente manu expetaret , & qualiacunque obuenient , gratus acciperet , haud fecus , quam si Deus ea nullo sequestro dispensasset . Illam itidem inutilem mentis anxietatem , quam consuevit ea leuium admissio conciliare culparum , quas humana nunquam satis vniuersas cauere potest infirmitas , non patiebatur diu sibi molestam esse ; sed conciliato per pœnitentiam Deo , diuinam porrò amicitiam tranquillo studio confouebat . Propemodum enim elati , neque humanarum satis misericarum gnari hominis esse , lapsu quovis ita deiici atque prosterni , aliquid de suavi Dei fiducia per nimium angorem ac mœstitudinem decerpatur .

## C A P V T   X I V .

*Dominici cum alijs pax .*

**H**ic bene compositæ mentis quieti respondebat externa quoque pax , quam non minori curâ Dominicus cum hominibus integrum atque æternam seruare semper eniſus est . Itaque hoc illi esse pro regula , & vitæ norma , quam à Ioanne Deckerio Græcensis Academiæ Cancellario , experientissimo rerum spiritualium homine acceperat , ne cuiquam vlla in re quoquo modo contradiceret , neu repugnaret : quam sic ille regulam accuratè ac rigidè seruabat , vt qui prius

prius illum domesticis in congressibus recreationis horā norant ad concertationes alacrem atque subseruidum, iam nihil acris vñquam disceptantem cùm viderent, vehementi cum admiratione aspicerent. Temperabat ab omni prorsus alienarum actionum reprehensione & censura ; neque de alijs aut loqui sustinuit, aut quidquam audire, quod cum illorum non esset laude coniunctum. Quod si forte quæpiam ipso presente disceptatio cooriretur, continebat se ipse tacitus, neque alterutram in partem se pendere iudicio declarabat : ideoque à socijs, Homo neutraruim partium, atque amicus medius appellabatur. Nihil ex eo querimoniae, nihil audiri excusationis, cum sua facta dictaue minùs ab alijs rectè benigneque, interpretatione contorta, videret intelligi, suā bene facti conscientiā, & Deo teste contentus. Omnem errantis linguæ lapsum tam acriter in se vindicabat, vt cùm vni cuiquam Sociorum aliquando nescio quod verbum acerbius, vt ipse quidem rebatur, reddidisset, illam quantulamcunque noxam, quæ vix vlla erat, voluntariā flagrorum animaduersione, continuò castigārit. Ceterū in tanta linguæ continentia non dissimulabat, si quis aut Moderatores, eorumue gubernationem, aut viros alios virtutis opinione spectabiles quavis obtrectatione perstringeret: erigebat enim se tunc alacris ipius & generosa natura, & obloquentium ora insuetā quadam grauitate sermonis ac vehementiā compescerebat. Non possum, quia huius acrimoniæ tempus vnum ex ipsius diarijs promptum describam.

Audierat Sacerdotem è nostris, & annis & autoritate se maiorem, Commentarijs P. Iacobi Aluarez de Paz, quos de Perfectione Religiosa conscripsit, ibi præsertim, vbi tepidorum castigat ignauiam, obstrepen tem. In eum ergo composito ad seueritatem vultu conuersus : Maturitas R. V., inquit, & autoritas facit, ut non audeam, pro eo ac deberem, excandescere. Cùm enim R. V. ita sit pronecta in Religione, spiritu, litteris, miror ego vehementer, tale indicium de hoc tam eximio autore ferre, quem potius summè laudare debuerat. Nam quòd R. V. sibi spiat patrocinium tepidorum, hoc ipso declarat, se adhuc in eadem cum ipsis naui versari. Et si sic est, quid mirum sit, Patres ac fratres, hoc ulcere possessos, non posse acriorem talis Scriptoris contactum aquo animo ferre ? Quod si secus est, ecquid R. V. suscipit tepidorum patrocinium, quos hic bonus Autor, & omnes omnino perfecti viri ac fernentes excitare contendunt? Per talia colloquia obscuratur, & eleuatur pondus autoris ; alienantur, qui audiunt; perit denique lectionis fructus universus. Quæ omnia vitare conaturis, qui alieni fructus & progressus est amans.

## C A P V T X . V.

*Socios ad virtutem promonet.*

**S**ic Dominicus viros, quibus deberi venerationem ab omnibus norat, ab inuidia atque obtrectatione vindicabat. Ceterum socios omnes ad omnem virtutis imaginem, quâ exemplo, quâ verò etiam sermone, quoties erat occasio, promouebat. Quos à natura benignius, & ad usum Christianæ Reip. liberalius instructos videret, eos, quod conspicua præ alijs in se ducerent lineamenta religiose probitatis, euaderentque Societati ad animarum quæstum utiliores, Deo per preces enixiis commendabat; præsertim si eos animaduerteret liberiori aliquâ viuendi ratione haud satis fese ad sanctam institutionem, accommodare. Sed eorum præcipue profectus, qui tirocinio Societatis recenter essent perfuncti, cordi erat; ut quem ibi spiritum bieni culturâ combiberant, cum pro sua parte fouveret in illis, atque exaugeret; quos eapropter etiam habere contubernales auebat: præsertim cum ad aliquam sui ipsius depressionem id etiam pertinere nonnihil videri posset; perinde quasi nimirum & ipsi, velut etiamnum paruulo atque imbecillo, teneriore custodiâ foret opus. Sed illi quidem habitandi cum ipsis copia denegata est; verum potestas tamen libera facta est, cum illis arbitratus suo, quoties libuisset, destinatis alioqui colloquendo temporibus, mutuos habendi sermones; quia Moderatoribus experimento iam erat certum, exploratumq; acres ad omnem officij laudem ijs igniculos addi solere, queis ipse familiari vnu iungeretur. Nihil enim, ex quo Deum toto pectore hauserat, toto corde ferebat, vel loqui iam poterat, vel audire, quod alienum à Deo & Domino Iesu esset; atque ed etiam congressus eorum, magnoperè fugiebat, quorum aures diuina colloquia fastidirent. Rudioribus autem, simplicioribusque se libentius admiscebatur; in primisque rei domesticæ Adiutoribus; quos seruilibus cul inæ, vel triclinij, alijsue laboribus lassos, opportuno piarum narrationum solatio permulcebat. Quod homo quidem Italus ideo nonnullis facere videbatur, vt eâ necessitudine, Germanicæ peritiam linguae hauriret, & erat ea reuera causarum vna; sed altera potior illi erat, vt per id genus humilium atque obscurorum hominum familiaritatem, faciliter suam ipse, testisqne depressionem elaboraret. Circulos plurium vñâ colloquentium, tanquam mentis compositæ scopulos, vehementer auerfabatur, in quibus semel atque iterum intermixtæ pacis jacturam, tametsi

tamēsi perleuem expertus, Pereant circuli, exclamauit, quando ijs  
noxæ sunt; & ex illo quandam quasi scholam eorum instituit; qui se-  
duce ac socio salubres quām latissimè setmocinationes promouere  
percuperent; quemadmodum in omni vita, moribusque, ita hac etiam  
in re flagrantissimus B. Aloysij nostri x̄mulator. Quār res vt ei pro-  
niūs ex sententia, faciliusque succederet, neque vt insolens quippiam,  
& Societatis alienum institutis abhorrent socij, autoritas accessit  
atque consensio. P. Ioannis Argenti Præpositi Prouincialis, & bona-  
Rectoris Collegij venia eam deinde reddidit satis expeditam. Con-  
spirauere mox cum illo lectissimus quisque, & cælestium rerum au-  
dissimus, quibus vnum studium fuit, tempora relaxandis à studiorum  
contentione animis destinata diuinioribus colloquijs occupare. At-  
que hos inter coetus cùm Dominicus ageret, miris incedebat lātitijs,  
& quasi ad lautissimas assideret epulas, exhilarabatur: quemque in-  
alijs congressibus, ob loquendi parsimoniam, aliqui mutum atque  
elinguem dicerent; adeò tunc erat disertus & eloquens, vt & alijs ab  
eius ore penderent; neque se ipse capere præ gaudio posset; optaret  
que, si copia fieret, delicatissimis eiusmodi, vt eos ipse appellabat,  
sancteque voluptarijs sermonibus, nullā cibi vel somni curantiā, dies  
noctesque sine interpellatione traducere. Sed quod hora consuetæ  
breuitate non poterat, id nocturnā perwigilatione compensabat. Vix  
vnquam enim spirituali per diem colloquio perfundens est, cuius ac-  
ceptam animo suavitatem, aut serā nocte, aut horis aliquot ante alios  
experrectus, otiosè non retractaret. Neque suis ipse duntaxat accende-  
batur sermonibus; sed qui ei dederant operā, lautiūs ab eo plerunque,  
quām ab sua ipsorum matutina commentatione habiti recedebant: per-  
seuerabatque nonnullis in multos perspe dies ille sapor atque gusta-  
tus, quo fuerant ab uno eius alloquo semel imbuti. Quod vt Prouincie  
Præles Argentus animaduertisset, mirificè probauit consilium, iussitque  
& ipsum & socios huic sancto intentos proposito, porrò procedere, &  
Dominico, postquam excessit ē medio, luculentum procurati per hoc  
eius studium spiritualis inter socios commodi, testimonium dixit.

## C A P V T . X V I .

Silencij, & regularum omnium custodia.

**P**AUCORUM valde verborum Dominicus, & lingue fuit apprimè po-  
tens, nullā sermonis indulgentiā, nisi temporibus lege concessis,

illud usurpans: *Dulcissimum esse cum Deo, quam de Deo loqui;* quod, eius veluti quoddam symbolum atque effatum socij deinceps euulgauere. Fuit ea silentij seueritas illi principio nonnihil difficilis atque impeditior, ob suorum familiarium varios ea de re, discrepantesq; sensus; quorum aliqui iam eius temperare consuetudine cœperant, tum propter castigatissimos eius sermones, quod frequentiores congressus, circulosque defugeret. Sed ipsum desistit hæc cura mordere, postquam illa Dei familiari vnu penitus sesé, magisque firmauit. Sentirent è sua libidine, ut vellent homines; nil pensi ducere ab illis negligi, culpariue, dum ipse nequod silentij legi vitium, aut labem adferret, suumque à Dei præsentia atque vnu animum disiungeret. Tanta illi erat omnium sui instituti regularū reverentia, ut negaret absque grandi iactura spiritus earum vel quamque levissimam posse violari; stultissimaque eos persuasione deludi aiebat, qui ad eximum quidquam, fine accurata ijs obtemperatione, in studio religiosæ perfectionis aspirent. Vacuum à proficiendi eura eius animum esse oportere, quisquis obseruandarum legum socors ætatem agat; cum alia nulla sit reliqua ad profectum via. Eā gradū qui negligat, haud fecus agere, quam qui sponte atque consilio aberret à ianua eius domus, cuius præ se ferat animum subeundæ. Vtique enim & velle & nolle, quod de pigro Veritas xterna testatur, æquè comparatum est. Igitur, *cancris,* aiebat ipse sibi Dominicus, ne laxanda legi de silentio, maleue ignoscētia, aliorum ad virtutem inflammatorum studium obtentui sit: potiorem alieno profectū legem ducito: ille obscurus atque incertus est; legis verò certa violatio, &c., quod illi coharet, offendit Numinis. Et reris offendit Deo ullum te pretium opera ad conciliando virtutis alios tua contentionē facturum? Erras profectō, si tuam ulli noxam, libente Deo, profore ad virtutem credas. Seueritatis exemplo, quam indulgentia documento facilius ad incrementa iniustitia socios prouexeris. Neque facilesturus est Deus, ut qui sibi ipsi noxae est, per ipsa sua damna sit alijs lucro.

## C A P V T X V I I .

Obedientie Dominici integratas.

**N**equi minor illi fuit Obedientiæ cura, Præsidum voce, vel nutu propositæ; quæ semper illi pro oraculo fuere. Hinc ei summum studium ab æris campani signo, ad quascunque diurnas, seu corporis, sive animi pendere functiones. Tempus non antecapere,

(nisi)

(nisi forte, sed quod ipsa commonuit regula, ad precationem) tametū  
 rei gerendae opportunitas aliquando inuitaret; at eius indicio facto  
 dimittere omnia, neque institutam litteram absoluere. Constitutis  
 temporibus cum domus locum euerre qui decretus illi fuerat, quam-  
 uis in eo purgamentorum nil esset, neque tum scoparum egeret, ne lu-  
 cro, quod ex obedientia posset capere, fraudaretur. Præcipua verò erat  
 obtemperandi gratia in duris ac molestis imperijs. Iussus est, vt alias  
 dixi, ad obei cancelllos applicatus orare. Vehementer inde peccatus  
 condoluit, & animus solito iniucundius, affectus est. Neque tamen  
 ille Præsidiibus, vt graui se liberarent imperio, molestus esse; mole-  
 stiamque eam omnem Christo Domino in hac verba dedicauit: In-  
 curvantur, O bone Iesu, genna mea ad perfectam obedientiam tibi pra-  
 standam, & sustinebo: tu fac, ut quod de orationis perfectione defuit, pa-  
 tientia suppleat. Alibi verò ita coram Deo queritur: O bone Deus,  
 quid tandem agam? Vrges me miris modis ad omnem severitatem incor-  
 pus meum exercendam, ut Crucis me profructus consecrem; & tamen cur  
 etiam id non finis per Superiores, qui, quod magis ego volo, è ampliis  
 obnuntuntur? Nimirum licet inexplicabilibus quibusdam stimulis im-  
 pelli se ad Crucem, & extremas carnis afflictiones sentiret, easque,  
 vt ipse loquitur, à Deo sibi imponi adeo persuasum haberet, vt ab ea  
 opinione non posset ullâ contrariâ ratione deduci; tamen in hoc toto  
 sui domandi genere, ne quidquam vel minimum arbitratu suo aggressus est; sed ad suos Moderatores referebat omnia; à quibus sæpenu-  
 mero repulslus: Quid volo? inquiebat: Patientia, donec Deus dederit  
 per Superiorum consensum. Nihil à Præsidiibus aliud ille postulare, præ-  
 terquam quæ ad se atflgendum, quæque ad pietatis officia pertine-  
 rent. Sed interim tamen etiam ab nutibus ipsorum pronà voluntate,  
 pendere: nullis vehementer desiderijs occupatus, promptus id eligere,  
 id optimum, atque è te ducere, amplecti, exequi, quod illi, quodque  
 Deus per illos, sic enim rebatur, censuisset. Itaque cùm derepente  
 nondum decurso Theologis spatio, abreptus à scholis esset, interrogat-  
 us ecquonam animo primum rei nuncium accepisset; tranquillo, in-  
 quirit, & peræquè partes in ambas librato, quam priùs erat. Neque  
 eum quidquam tunc habuit anxium aut sollicitum, quod imparatus,  
 ex tempore, de vniuersa cum Philosophia, tum Theologia confidere  
 theses iuberetur, & faciendo de ipsius doctrina de more periculo pro-  
 pugnare. Magno dein, & solitâ in Deum fiduciâ erecto animo in arenam  
 illam descendit; & ab illis suis arbitris atque censoribus legitimum  
 doctrinæ suffragium tulit. Hoc ideo adnotasse consilium fuit, quia pro  
 modo

modo diligentia atque operæ, quam in Theologicum studium contulerat, haud sanè multum promouisse credebatur: & tantum sibi tamen interea sublimoris sapientiæ congesit; ut penitus eam in rem unam immersum, repudiatis ceteris, fuisse diceret. Nimirum scholastico labore cum plures deducerent horas impensa Theologizæ Mysticæ spatio; immo & in Deum identidem inter scholæ commentationes ipsas animo egrederetur, in coquæ mente conquiesceret; vel indidem haud semel abditiōribus Theologizæ nodis euoluendis arcanam astari sibi peritiā expertus est, & nescio quid lucis affulgere copiosius, quam opes ingenij, vel industria præstare diligentia posset. Cuius extraordinarij luminis unum hoc argumentum esto. Nissæ Silesiorum, dum ibi versaretur, arduæ sapientiæ quæstiones extitère de conscientia, de moribus, de dogmatibus Christianæ disciplinæ controversis. Aderant Vratislauenses Canonici magnæ autoritati neque ignobilis inter eos litteratura nonnulli. Consulebant ij Dominicum difficilioribus in rebus; ipse quæstis eorum tam integrè, tam facile respondere, ita abunde facere, ut neque magis sublimem desiderarent, neque subtiliorem Theologum, inque eius sententia conquiescerent. Hoc illi solemne semper in Theologicarum lectionum auditione fuit, ut si qua tractaretur opportuna menti ad res supernas extollendæ materia, eam ipse ad quæstum spiritus distraheret, in eaque diutiū, non tam intellectus illustrandi, quam voluntatis inflammandæ, piarumque affectionum eruendarum causa versaretur.

## C A P V T   X V I I I .

## Paupertatis Dominici amplitudo.

**I** Am religiosa paupertas ut ceteris in rebus, ita Dominico & in hac litteraria re comes perpetuò adhæsit. Libros, præter eam Diui Thomæ Summæ partem, quæ tum explicaretur, & Thomæ Kempensis Libellum de Imitatione Christi (cuius unum quotidianum capitulum flexis humi genibus lecitabat) vanumque item aliquem alceticum, quem assidue volueret; neque præterea villos alios apud se habebat. Nullum in musæo sedile, nulla mensa: armarium, idque ad ceteras incommodationes tenebricosum, pro mensa, & pluteo ad scribendum esse; læua manus pro candelabro; ut ne scilicet illud ipsum tempus, quod studijs daretur, vacuum suæ vexationis esset. Chartæ nil amplius poscere, quam in præsentiarum usus esset, quod crebrior

ctebrior exercendæ mendicitatis occasio foret. Si plus accipere  
is, qui vtendam dabat, iuberet, asservabat ipse id quidem, quod  
præsenti necessitati supererat; sed eo quoties vti deinceps voluisse, et  
eius sibi facultatem ab eo, qui dederat, iterum atque iterum postu-  
labat. Non illi lectus in cubili, non sponda; sed humi cubare; &  
manè stragula decenter vnum quempiam in angulum componere.  
Contubernio delectabatur, vt incommodius habitaret. Optabat ve-  
hementer omnibus humanis commodis, adeoque ipsis etiam necessa-  
rijs se rebus exuere, vt quoties egeret, veste, pileo, cultello, calamo,  
& cetera id genus supellecibile, nunquam ea sibi prompta atque in ma-  
nu essent, sed singulos ad vsus poscere singula cogeretur. Crepidis, &  
manuum integumentis aduersus algores brumæ, vti ea regio fert, nun-  
quam est vsus; quo fiebat, aut ei manus hiberno frigore tumescentes  
exulcerarentur; & ipse illas arte quoque & studio exasperaret. Quas  
vt sapone corrigeret, propter imminuentes sacrificandi primicias à Mo-  
deratoribus iussus est, paruit ille quidem, obedientiæ studio, sed  
quanto pudore suo, quantaque molestia dictu difficile est. Adeò deli-  
ciarum omnium, quas inesse aliquas ea in lauatione rebatur, erat per-  
tensus. Postrema sibi semper obuenire, atque ad vsum deterrima ce-  
dere habebat in votis. Si quid lautius, seu studio, seu fortuitò esset obla-  
tum, id à se iple dexterè dimouere; vel vt commutare cum vilioribus  
id sibi liceret. Ministrum Collegij fatigare: à quo si postulatæ facultatis  
repulsam tulisset, tum verò tanquam insigni mastatus infortunio suæ  
miseriæ condolescere. Tunicâ obloletâ, & propemodum ad usque fru-  
sta detritâ, & assutis variatâ centunculis impensè delectabatur; proque  
ea retinenda, ac deuitanda noua multus apud Moderatores aliquando  
fuit: quorum oculos atque occursus diu studiosè vitârat, vt eos à co-  
gitatione vel memoria nouæ vestis auerteret. Ad extreum, postea-  
quam omnis eius ars atque opera incassum agitata fuit, & coactu Præ-  
sidum nouam togam induit, tum verò: Scio, inquit, quid agam, com-  
miniscendum mibi quippiam est; utendum ingenio, ut ad masorem id mibi  
mortificationem cedar: nempe brumalem illi, de more, lacernam in ungiam, ne-  
que sine ea, vel astrosis canicule diebus, prodibo in publicum. Ita plus Crucis  
attulerit, quam gaudij nouæ vestis. Hic scilicet modus compensandæ eius. danni  
quod ab ingefsis iniuncto commodis capitur, valebit ad retardandum ali-  
uersarij vim, qui mille ponit obices, ad retardandum progressum. O bene,  
quando in caput ipsius restorqueretur tacula, quibus triumphare de nobis con-  
gitabat. I nunc improbe, atque alias quare machinas, quibus nos apperas;  
nam Fauortatis murus solidior est, quam ut bisce quatì crependij à te queat.

Sic

Sic festiuè Dominicus hosti tartareo vel leuibus eiusmodi occasionibus insultabat.

Sed haud alienum hoc loco fuerit, quàm ille speciosam de hac sancta Inopia, Religionum custode ac magistra, existimationem habuerit, paucis attexere, Sic eius igitur alicubi laudes compendio explicat, seque ad eius amorem & cultum extimulat: *Dici non potest, quantum decoris afferat homini Religioso Paupertas. Ut in quoque ea maior est, è redit illum magis conspicuum ac venerabilem: Ut annulūm gemmagic illustrat Religiosum Paupertas, quoad sanctitatem & perfectionem: Paupertatis gradus excellentissimus est, ab omnibus vita præsentis commodis abhorrire. Sic te oportet esse comparatum, ut non posse te commoditates omnes abycere, dum cogeri quà necessitatì seruire, qui obedientia cedere, misericordie doleas.* Et fortasse cùm vehemens ijs carendi desiderium est, urgeri posset Superior, ut nos illis priuet. Quando alium videris te pauperiorem, gemitu infelicitatem tuam, & sancta quadam amulatione hoc illi bonum inuideto. In omnire, in vestibus, in cibis, alijsue quibuslibet, deterrima concupisce, & audiē, cùm se dat occasio, arripe. Si quid alijs præstantius habeas, eo te indignum esse considera, qui scilicet neque ipsi tibi, neque alijs, nec Deo, nec Religioni sis utilis, iuxta illud Gersonis: *Elige potius minus, quàm plus habere: Spolia te quoad potes, rebus omnibus, præsertim superfluis. Offer Superiori euneta, quibus carere potes, nec quidquam, nisi ex illius arbitrio, ne imaginem quidem ullam, retinetu. Causa autem ne quo rei cuiuspiam peculiaris amore, affectuue teneare: multum etenim is amor nitorum Paupertatis obscurat.* Hæc si obseruaris, nunquam obtrectaueris, succensu risus ijs, quos penes dispensandarum rerum arbitrium est; sed contrà potius tam quenque amabis impensis, quàm tuo quisque proposito liberalius indulserit neque eorum alijs fructum, quibus tu carueris inuidebis. Hæc ille sibi Paupertatis Euangelicæ præcepta, non inani verborum strepitu, sed serio virtutis eius amplexu, studiosè inculcabat. Constat, nullam ei fuisse imaginem, præter vnicam Gloriosæ Virginis, Filium Deum infantulum complexu tenentis, monumentum grandis in se Dei Matri beneficij, mutata in melius vitæ. Constat nihil cum admittere solitum musculorum etiam sacrorum, tametsi & Præsides annuerent, & ea Patres quicunque offerrent. Vnus ex illis fuit P. Joannes Deckerius, Græcensis Academiæ Cancellarius, quem adeò icunculæ repudiatione nequaquam offendit, ut eius abstinentia consilium, posteaquam intellexit, eundem misericordie hilarauerit.

## C A P V T X I X.

## De Humilitate Dominici.

**Q**uam studiosè, quantoque opere Dominicus germanam atque individuam Paupertatis sociam Humilitatem complexus sit, sparsim à nobis adhuc memoratum est. Sed vnum illud addendum hoc loco est, illum omnes viliorum operum, seruiliumque laborum, in culina, in ceteris officinis opportunitates aueupari solitum, & mira tum sua hilaritate, tuta intuentium approbatione perfungi. Eam in rem illi cum Ministro Collegij conuenit, vt quoties praescripto muneri Sociorum quiuis in culina, in triclinio, siue ex causa, siue ex incuria, defuissest, sibi semper operæ pro ipso dandæ facultas foret: quo factum est, vt dum vices omnium identidem in despicatoribus obit obsequijs, & magnam sibi promeritorum in cælis coronam texuerit; & primum admiratores, deinde verò etiam eius sui studij habuerit emulatores. Auebat eo loci maximè degere, censebatque idem, oportere boni eiusque Religiosi votum esse, vbi citra suam culpam, contemptui atque neglectui, imò, si absque iniuria posset, etiam odio cunctis esset. Planè verò vt altius hoc in sui despiciendi studio promoueret, ita se in omni vita, agendique ratione cum Administris rei domesticæ conformabat, ijs duntaxat exceptis actionibus, quæ Sacerdotio minimè congruunt, vt nihil ab illis distare videretur. Id quod sibi quondam cùm facere in animum induxisset suum, excellenti quadam eiusque virtutis cupiditate succensus: O Humilitas, inquit, omnis perfectionis mater, eequonam modo te non amabo, que tanta incedis honestate sublimis? Sidera tangis vertice, dum abiecta mortalibus existimaris. Nescire se aiebat, utra magis, in re conquiesceret animus, sui ne ipsius in odio, ac depressione, an in ipso Diuini amoris suauissimo incendio. Alibi verò sic ait: Quò magis vilitatem, nequitiam, improbitatem contemplor meam, eò emergit altius animus. Circa huius castigatoris vita initia, cùm ob insolitas, neque alijs antè obseruatas in eo pietatis functiones, modestiæque & sui contemptus obita officia, alios de se aliter existimare, nonnullos verò etiam nouitatem illam vanitati & futile gloriae captationi tribuere animaduertisset; perrexit ille tamen nihilo segnius eundem porrò callem insisteret, vel hanc vnam ob causam, si vel deforent aliae, vt ostentui, tanquam assimulator & hypocrita, haberetur. Verum contra prorsus cecidit ea res; nam apud cordatum quemque, quò magis ille dispicationem,

Ec seque-

sequebatur, eò fixa atque inuariata virtutum exercitatio ad venerationem valuit amplius. Cùm ei musæolum Präsidæ calefieri ob per molestam tussiculam, quâ fatigabatur, iussissent: *Sicce*, inquit, *homuncio contemptissime?* Et has tu etiam delicias habitationis admisest? Famuli obsequio, dum Nissæ versaretur, nulla in re vti sustinuit, nisi quam tolerare Superioris coëgisset autoritas. Quidquid lineaæ supellestilis & indumenti habebat, suis ibidem ipse manibus lauatione purgabat. Vbi pestilentia urbem inuasit, sportulas ciborum egentibus locupletiorum liberalitate submissas, ipse magnâ corporis defatigatione suam cuique circumgestabat, vt ex eodem charitatis officio, simul depressionis sui, simul odij, vexationisque propriæ lucrum auctius referret. Quippe hoc illi à primo inter primaria propositum semper fuit, vt opera omnia, quæ vel Deo colendo susciperet, vel mortalibus adiuuandis, aliquâ sui met ipsius victoriâ condire niteretur.

## C A P V T      X X.

*Mortificationis eius assiduitas.*

**N**imirum contentis quâm validissimè impulsibus ferebatur in omnem seu animi seu corporis mortificandi modum, eratque fibi ipsi, tanquam hostis capitalis implacabili odio infensus. Nihil indulgentia fibi facere, nihil ignoroscere; nullam quietis partem permettere: nullam negligere Crucis opportunitatem; imò locis atque temporibus omnibus eam exquisitissimâ diligentia aucupari; sine ea reliquam omnem contentionem pro inani reputare: Moderatoribus aures quotidie agitatione cruciatus obtundere. plura simul poscere, vt si non posset vniuersa, saltem aliqua obtaineret; si repulsam vnâ viâ tulisset, aliam dolo bono comminisci, instare, urgere propemodum importunè: hanc vnam esse calliditatem quâ circumueniri Präsidæ, hanc molestiam, quâ possent à subditis saluâ reverentiâ, deuexari. Malle se illis sic negotium facere, quâm, si forte vocantem ad aspera Deum non audiat, non obsequatur, noxae dedatur ab eo, & aliquam prolabi sinatur in culpam. Tam acres, tamque validos esse Dei se hortantis impulsus, vt eum reputet modum optimum, nullum sui vexandi modum facere; saluberrimam eam videri moderationem, quæ hoc in genere maximè immoderata sit: eâ te Superioribus omni arte instandum, vt plenam spiritui libertatem concedant; ea dum obuincatur, non posse animum conquiescere. Quidquid enim Superiores

riores agant, vt cunque hanc licentiam differant; se minimè tamen  
 Crucem euasurum, quam sciret omnino perpetuum quasi quoddam,  
 sed optatissimum onus suis à Deo humeris impositum iri: absque illa  
 se latum aut hilarem esse nec momento posse; neque ardua & heroi-  
 ca meditari: non intra modum, moderationemque se componere;  
 non rapi in Deum, non ei mente coniungi; ad summam, neque de-  
 bitā in eius conspectu reverentiā posse ambulare. His ille stimulus  
 agitabatur ad se pessimis semper modis accipiendum: quōque magis  
 huic ardori frēna laxabat, eò vehementius suauiusque ad inferendā  
 sibi acerbiora supplicia trahebatur: aiebatque experiri se Crucis amo-  
 rem ipsā cruciatuum frequentiā, tanquam fomento, conualescere;  
 ipsāque talium epularum repetitione saporem suauorem elaborari.  
 Ergo cū spes illi quædam affulisset liberæ hoc in studio licentia,  
 dilatari cor eius admirando quodam vigore & abundantia spiritus,  
 extraque se mens eius aliquot horis rapi quodammodo visa est. Ibi  
 cælestibus radijs longè circumfusus videbat, quam ingens sibi campus  
 ad summam perfectionem pateficeret; quem ideo alacritate generosissi-  
 mā decurrere cum animo suo statuebat; quidquid inde sibi de va-  
 letudinis vitæque mensurā decederet; neque pensi habebat eius  
 quamplurimū sibi per eam severitatem deduci; ratus opinione fir-  
 missimā, vitam celeriter illam quidem, sed voluntarijs cruciatibus  
 vehementer exercitam, longè æuo diuturniori, sed quieto præstare.  
 Ceterū hunc flagrantissimum sui aflictandi ardorem & imbecillitas  
 valetudinis, & intenta Præsidum ad eam tuendam cura maximopere  
 remorata est; quorum ille imperium licet impensè reuereretur, &  
 adamussim perficeret; æquo tam en animo ferre vix agrè poterat,  
 cupitis sese tormentis auelli. Hinc illæ ipsius plenæ querelarum  
 voces: O quantum mihi aduersaria, quam inuisa cura valetudinis es!  
 Vitam vñ te Deus, & Dominicus disperdat! quod iste profecto faceret,  
 si per Praesides liceret. Ecquis huius proterna muliercula dispendia queat  
 enumerare? Proh dolor! Etiam souenda, etiam nutricanda est. Patent  
 eins insidia, & declinare prohibemur. Sed nimirum maior Dei gloria, &  
 Societatis bonum præexistit. Ita quidem. Sed hoc aliorum esto iudicium.  
 Quid si fecus cueniat? Parce Deus, & erue me de necessitatibus meis; quia  
 vim patior, nec est qui respondeat pro me. Hinc illa etiam amara con-  
 salutatio, quæ propter febrem, quæ inuaserat, valere tantisper ius-  
 sit asperitatem suam: Valete interim, o mea mortificationes, dulcissime  
 iuxta & uilissima. Ecquando vos ego reuifam ex integro? O, si mibi  
 vires Herculea! Quam anido vos ore exhaustirem! Sed spero confore

prolata desideria cum fænore, & incrementum ab ipsa intermissione, quam facit necessitas parendi, duetur. Interim agam quod ago; neque ipsis in rebus mei mortificandi ullam occasionem, quibus licebit in rebus, omittam. Tu me, Domine, ab ea seruitute, quam seruo Infirmario, libera, & vires prebe, ne posthac eiusdem in manus unquam deueniam. Quoties enim id sit, toties acquiescere, atque indulgere mihi debeo; ac tametsi minimè infirmus sim, cibis tamen compellor infirmorum vesci. Nec respnere possum, quia me P. Rector illius imperijs obnoxium fecit. Sic ille nimis omnem sui benignorem tractationem, vel tum, cum ea maximè foret usus, pertinaciter aspernabatur. Tanto seuerioris in se disciplina, vel inter febries astus, desiderio inflammabatur. Denique explicare satis magnitudinem huius sui studij nequibat; neque interim vel discretissimis susceptorum ulro cruciatuum præconijs, vt erat hac in re summopere facundus & eloquens, poterat satiari.

## C A P V T   X X I.

## Dominici immensum Crucis desiderium.

**N**on committam hoc loco; vt ampliorem aliquanto eorum præconiorum, quæ dixi, gustum à me lector desideret; neque enim aliunde liquidiūs, certiūsue immensum illud incendium odij sui, quo' eius animus æstuabat, quām ex his quasi stricturis, queis suos codicillos conspersit, cognosci potest. Multa, inquit, de mortificatione dicunt mulci; varij de illa variè opinantur: stat interim aeterna veritatis immobile pronunciatum. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: Tantum unusquisque proficit, quantam sibi vim ipsi attulerit. Nuspian prouentus sanctimonial liberalior, quām in capitali sui odio, insectationeque. *Quis* audeat afferere non' esse hanc vita spiritali necessariam, cùm sine ea nemo omnium Sanctorum unus eximiam aliquam virtutem, aut laudem consecutus sit? Vere cùm tantam eius necessitatem, ad diuina prorsus emolumenta expendo, non possum non ingemiscere, quòd tam angustis coarctor limitibus, nec frena laxare Crucis amplissima cupiditati valeam. Funes sunt isti mibi non in præclaris, sed in amaris: Vitam cadant semel! Vitam dirumpantur! Nonne mibi renixisse videor spiritu, Crucis renovato studio? Heu fatui mortales, ut quid diligitis vanitatem, & Crucis opes negligitis? Ecce arcto complexu Crucem, quando id vobis licet, non stringitis? Namirum cœcūtis, & quid vobis ex usu sit, ignoratis. Si mihi de me fas

fas sit loqui, fatebor: ingenuè, nihil reperiri sub Sole, quod pluris facien-  
 dum putem. Et nisi obedientia necessitas obstatet, re ipsa ostenderem (cum  
 tua tamen gratia, ò Deus) id quod verbis insinno. Interim tamen propo-  
 no, iamque diu ante proposui, sic me hoc in negotio habere, ut extremos  
 quasi limites mihi praescriptos radam. O bona Crux, quid tandem id est,  
 quantulumcunque patimur? Quos sensus de te indi animo nostro? Pen-  
 sat enim affectus potius, quam intelligentia, vim quandam in te coniugan-  
 di copulandique animam cum Deo, eamque sanctimonia imbuendi, quam  
 in alijs nequaquam experitur, praterquam in oratione fortasse, sed ne id  
 quidem sine beneficio tuo. Adeò tua virtus excellit, ut qui alias in seipso  
 commendabilis est Dominus Iesus; multò mihi tamen reddatur commenda-  
 bilior idecirco, quòd te sibi adeò commendatam habuit. Addo, quòd tibi  
 comparata serè quodammodo eu:lescat ipsa cælestis gloria. Et verò beatius  
 duco hic multa Dei causa perpeti aspera, quam ibi sempiternis gaudijs per-  
 frui. O si corpus mihi abeneum foret! Næ ego, eternum licet, a calo  
 exilium libens tui amore preferrem, ò beata mortificatio! O soror optima!  
 O amica fidelissima! Ecquis unquam tibi consociatus, vel minimum quid  
 detrimenti cepit? Querant, quid sibi libuerit, alij: mihi nil interim pla-  
 ceret, neu placebit, nisi tua severitas, tua mina, tuum supercilium; formi-  
 dabile quidem illud, sed delicatilis, sed semet ipso, non te amantibus.  
 O me infelicem, qui tua infelicitate non premor! Cur in sequentem te  
 aspernaris? & quasi tus indignum contubernio reycis? Sum ego quidem  
 infirmis viribus: sed age, dic, queso, ubi tuas vires magis exeris, quam  
 ubi sunt vires exiguae? In valido, firmoque corpore languet virtus tua;  
 dominationem ibi tuam, atque imperium non agnoscis. Ergo veni; exopta-  
 ta mea felicitas. Liceat mihi, queso, per Superiores ex voto tuis frui de-  
 sideratis amplexibus. O quam dilatato corde, quam alacris spiritu, ad inter-  
 riora se tunc animus extenderet! Non ingrederer, sed currerem, non cur-  
 rerem; sed volarem alis tuis; quibus quos in sublime vehis, eos arctissimè Deo  
 aptas & necctis; ut testis esse potest annus ille, quo te mihi tam amabilem pra-  
 buisti. Totus animo feror in Crucem & mortificationem; nec magnitudinem  
 explicare valeo desideray, quod, licet quidem impetuosum non sit, sed pa-  
 catum & placidum. adeò tamen est, ut si libera mihi potestas fieret, tum de-  
 mun me beatum existimat. Eò ferri voluntatis pondus, ut cupiat ipsa  
 etiam beatitudine aeternumprinari, & illam cum statu commutare perpe-  
 tua Crucis, dum id gratum Divine Maiestatis foret. Prefert etiam vitam  
 breuem Crucis insignitam ipsi vita longa, magnis quidem operibus exorna-  
 re; sed parvis aut nulius molestys exalte. Hoc, quomodo coarctatur spiritus  
 mens, cum Domino Iesu, usque dum veniat hora, qua mihi liceat illis li-  
 berè

berè frui! Interim exercenda patientia est, & emendandæ occasiones  
undique desiderij eius explendi.

Omnino studiosè præstítit illud Dominicus, & eximiam illam  
vim mortificationis, quæ hominem Deo aptat & iungit, & denuo  
quasi reformat ac reficit, in semet ipse expertus est quando in Deo  
non modò vigilans sigebat, sed per quietem etiam sè penumero sibi  
visus est singulari quodam modo Diuinitatis præsentiam, & habitans  
in suo corde Numen persentiscere. Et eò usque, hac sequestrâ seue-  
ritate, progressus est familiaris ipsius cùm Deo usus atque congressus,  
vt aliud in animum non posset inducere, quām se suaque Deo mul-  
tum probari, atque illi cordi & voluptati esse. Quæ persuasio eiusce-  
modi quadam illustratione menti eius insedit: Visus est videre supre-  
num illum conditorem animorum Deum, in se reficiendo, renouando  
que sigillum imitari, cui cùm in fæili vase formando res minimè ex-  
scentia cedit, massam correptam complodit & conterit, denuoque  
versans in nouam figuram, quæ allubescit oculis, conuertit: Ita mecum,  
inquit, rationem iniuit Deus omnia interiora spiritus mei confregit, & rur-  
sum artifici digitorum suorum usu me componens, eam in me duxit effigiem,  
enius ab eterno iam probò lineamenta signarat.

Ex ista sui maiorem in modum insectandi cupiditate, admiranda  
quædam effloruit in Dominico, & suavissima vitalis illius signi, ligni-  
que Sacrosanctæ Crucis veneratio in qua salutis humanæ pretium  
persolutum est; cuius familiarius, teneriusque colendæ gratiâ, præ-  
grandem rudibus è lignis compactam Crucem in suum conclave Ca-  
lendis Septembribus anni 1611. intulit, eò quod Exaltatæ Crucis fe-  
sta memoria celebretur: statuitque eum ipsum mensem quotanius stu-  
diosissimo cultui, & exaltationis venerandæ Crucis solidum consecra-  
re; cui suo consilio, ac deinceps palam eodem ipso anno luctuentali  
demonstratione prolusit. Ac primò quidem, totum eum mensem,  
quod alias illi fuerat insuetum, solâ interiori tunica statuit amictus in-  
cedere, quoad Superiores minimè vertuissent, & quadratum pileum  
capiti operiendo gestare, quorum utrumque neque ea cæli temperies,  
neque patriæ consuetudo, vtcunque patiatur, non exigit. Sed ita se  
Christo Crucifixo similiorem aliquâ saltē in parte censebat. Cor-  
poris afflictiones id temporis impendio magis conduplicare:  
in complexu trabalis illius Crucis hærcere prolixius; ibi orandi, explo-  
randæque conscientiæ tempora lacrymabundus insumere, & Crucem  
deuenerando identidem stringere; eidem totas aliquot noctes indor-  
mire. Ipso verò Sanctæ Crucis exaltata festo die, arulam illi suo in-  
cubicu-

cubiculo excitauit; elegantes in eius laudem scriptiunculas circum-  
parietes appendit; vnumquemque Sociorum, ut forte quisque obuius  
venit, ad venerandum apud se salutare signum blandè inuitauit; atque  
eo toto die patuit omnibus ad visendam eam, quam Sacrosanctæ Cru-  
ci Dominicus iustruxerat solemnitatem, ingressus. Quæcum vniuersa  
Præsides comprobarunt; tum verò plerosque Sociorum pijs animorum  
motibus inflammanerunt. Multæ cause Dominicum ad eam publicam  
celebritatem, seposito priore silentio, impulere, quarum illa minimè in  
postremis fuit, quod animi firmitudinem ac robur, itidem celitatem ex-  
cellentiamque aduersus humanas rationes, quæ præclaros orsus sèpè  
corrumptus, suppeditatum fibi, atque eà arte confideret exauctum iri.

Nihil attinet speciatim hoc loco describere, quenam ea fuerint  
exercitamenta leueritatis, quibus se Dominicus exagitaret, & malè  
acciperet, cum satis exploratum ac certum sit, nullum apud homines  
addictos huic studio sui deuexandi genus extare, quod audiè non ille  
arriperet & frequentaret; ne minutulis quidem ijs occasionibus præ-  
termisss, quæ passim inter socordes sui mortales negleguntur, magno,  
vt ipse rebatur, maiorum honorum dispendio; quoniam ea quidem  
Dei largitoris egregia beneficia sint, &, nisi negligantur, prolusiones  
& rudimenta quædam certaminum ampliorum. Tale censebat esse  
publicum genus, & alias malefici generis bestiolas; quarum à se mo-  
lestiam statuit nunquam abigere; sed eam, cuicuimodi esset, Christi  
charitate, conuersoque in eum mentis intuitu, hilarè pati atque ex-  
sorbere. In omni congressu cum Socijs incommoditatem, seu standi,  
seu sedendi, præ alijs captabat. Nunquam fouendi corporis gratiâ  
per hyemem ad hypocastu fornacem, vt assolet fieri, accedebat.  
Item in frigore orare libentius, vt eo corporis labore velut amenta-  
ta precatio; celo potior; valentiorque succederet. Iam cibi, potio-  
niisque severissima disciplina: nihil attingere, quod blandiretur palato;  
nihil embammatis aut condimenti gustare: vilissimum ferculi  
cuiusque decerpere; vescique lentè & cunctanter, vt audiè fami illu-  
deret, gulam non titillaret. Ciborum saporem quomodo posset cun-  
que corrumpere. Si quid libasset audiùs; si bolum grandiorem  
ingessisset, sibi non parcere, sed tanquam asotum atque intemperan-  
tem acriter obiurgare. Extant perpetuæ istius cum palato luctu in-  
commentarijs consignata tempora. Si quâ gratiâ socij liberalius  
haberentur, nihil ipse de cibis insolitis degustabat. Nullus illi ferd  
dies sine genij fraudatione, vniusque dispendio ferculi præteribat.  
Sed fallendis assidentium oculis, ita versabat omnia, vt nemo, qui

non

non intenderet sagaciter animum , eius abstinentiam obseruaret . Vini permodicus vlus , eiusque multâ frigidâ castigati . Nihil extra consueta mensæ tempora , à quibusdemumcunque Patribus inuitatus accipere . Denique tanta vescendi parcitas , tanta inclemensia . Dominico fuit , vt è vetustioribus aliqui commonendos sibi putarint esse Superiores , viderent etiam atque etiam , ne Dominicus eà viuendi ratione , quam instituisset , se perceleriter confectum iret ; id quod vbi illi innotuit . Ecquis vnum , inquibat , omnium æquè vorax , liguntione me vincit ? Sanè per Superiores ei si licuisset , vel aquâ infusa ; vel cibo potuque contusis , omne gustatui delicium ademisset . Dum Nissæ commoraretur , eò deduxit rem , vt curandi corporis semel die duntaxat , ei copia fieret . Et ea ipsa meridiana curatura tam tenuis atque austera , vt viri cùm sapientiâ , tum Ecclesiasticâ dignitate spectabiles mirarentur naturam adeò parcè habitam non fatiscere . Ibi sàpè lautis amicorum mensis admotus , induci nullis vñquam eorum suppliejs potuit , valetudinis saltem vel studio , vel obtentu , delicioribus elçulentis vesceretur . Famem atque esuritionem contemptissimis quibusque ac vilissimis escis non tam sedabat , quâni sustinebat . Sitim quo pacto restinguueret , quoque modo naturam in summis æstatis ardoribus , tam modica potionē , quam caperet , congruenter refrigeraret , amici posse intelligi abnuebant , hærebantque in eius obseruatione perpetuo quasi stupore defixi .

## C A P V T   X X I L

*Vita Nissæ à Dominico acta .*

**E**xacto Græcij Theologiæ curriculo , Nissam Siletiorum urbem . Dominicus à Moderatoribus allegatus est , vbi fructuosè in illa Domini vinea percolenda biennium agitauit , Simul attigit eam Missionem , emicuisse heroicum in se quendam animum sensit , & benè de Deo , beneque de se , benè de salute denique mortaliū sperantem ; qualem in ijs maximè , qui lucris animorum intenderent , principes nostræ Societatis requirerent , Ignatius atque Xauerius . Aiebat excellentioris cuiusdam profectus , & generolioris in Deum fiduciæ vigorem se apud animum suum inde perciperet ; quòd cùm inter religiosissimos antea viros , & fratres optimos degeret ; tamen interdum earum metu noxarum , quas nequit universas

versas humana vitare infirmitas, immōdicē laboraret; iam verē cū  
 à Sociorum consortione procul segregatus, inter homines cuiusque  
 generis & conditionis agitaret, nullā tamen labendi reformidatio-  
 ne peruellī se, nedum percelli sentiret. Videri sibi voluntatem suam  
 ita firmiter Deo virtutique cohārere, vt eam inde neque humana vis  
 vlla, neque adeò tartarea posset vel ad momentum diuellere. Nec  
 eam fuisse vanam animi semet adulantis persuasionem, sed illustrem  
 potius Diniñ mentis afflictum, ea deinceps vita satis commonstrauit,  
 quam ibi conspicabilem omnibus, & affectam admiratione, cum  
 veneratione coniuncta, traduxit. Vnus ipse præ nostris omnibus ho-  
 minibus, qui in eius agri cultione versati sunt, vniuersi populi Nis-  
 seni, adeoque ipsorum etiam Acatholicorum suffragio: Veri ac p̄j  
 lesuite, sancte ac perfecti viri, nomen & dignitatem adeptus est.  
 Extat hoc ipsius in epistola ad Nostros data Venerabilis & admodum  
 Reuerendi Domini Ioannis Lohr SS. Theologiæ Doctoris, Vvra-  
 tislauiensis Canonici, Parochi Nissenis elogium: O, si in communi-  
 fas esset vocem populi Catholici apud nos audire, eamque ut vocem Dei  
 interpretari; omnes F. Dominicum Beatum proclamarent: id quod in-  
 tellige de privatâ erga illum pietate, ac existimatione virtutis; nam  
 eum titulum nisi summus Christi Vicarius potest ulli decerne-  
 re. Idem eximius virtutum Dominici admirator, eo adhuc dum  
 inter viuos agente, Olomutium ad Nostros perscripserat: Habere se  
 aduersus lupos, gregem Christi in suo compasino poplantes P. Dominicum,  
 qui verē sit lucerna ardens, & lucens; atque uī sanctus ab omnibus ob-  
 servetur. Alijs item litteris: Vitam ipsius Nissa aetam appellat Angelicam,  
 & memoriam eius ibidem esse apud omnes in benedictione.

Duo præcipue vir iste Societatis nostræ amantisissimus se in Do-  
 minico animaduertisse testatus est; alterum, quod certo semper loco  
 Parochialis templi Diuinis eum contemplationibus ita vidisset absor-  
 ptum (id erat plerumque sacris operato) demissisque oculis, ad omnem  
 prætereuntis Archiducis cum frequentissimo aſſectorum comitatu,  
 tumultum, ita immobilem; vt hominis à sensibus auocati extraque se  
 rapti speciem exhiberet: Alterum, quod in spiritu quidem ille man-  
 suetudinis sacra Confessionis iudicia exerceret; homines tamen obsti-  
 natos in scelere procul arceret; nonnullos in vitia profundiūs, tetriūsq;  
 demersos haud ita continuo solutos dimitteret, sed præsens in tempus,  
 dum acriūs flagitorum suorum pœnitentiā vrerentur, omitteret atque  
 differret. Tanta nimurum autoritas obeundi eius officij mortalibus re-  
 uerendi, tanta sacris recenter initiatu gratitas & Maiestas erat..

Ex vsu fore arbitratus sum hic subiungere Nobilis viri Simonis Pastinaki, Cæfarei Consiliarij, de vita Dominici testimonium, decerpatis ex eius epistola certis laudum eius capitibus. Sic igitur exorditur: *Opera Dei, cum Raphaële, manifestare bonum est; neque ullus me vicinior & frequentior factorum P. Dominici, p̄ admodum & simplicies viri, inspecto fuit.* Itaque sancta veritate nixus testor ipsum mihi visum semper esse sacris Ecclesiastarum sermonibus ita intentum, quasi ex eorum ore penderet; precationi; durante solemnī sacrificio, genibus super asperum sāxum fixis, ita immersam, absque omni sensum commotione, ut ab ys auocatus, & extra se positus videri posset. Temperantissimo virtutē semet in die naturam refocillabat, vini aqua etiam diluti, parcissimus. Irreprehensibilis in factis, in verbis & colloqujs humilis & suavis. Scelerosos mulcere commiserans, & blandè ad pœnitentiam inuitans: positos in angore & molestijs, benignis souens solatijs: pauperibus, qui eò duriori, quo occultiori egestate, m̄grbisque conflictarentur, interuisendis, & opportundis, tam spiritali, quam corporea ope sublenandis, indefessus: pestilentialis tempore vita prodigus; apud eos, qui ea tābe correpti essent, perdius & pernox, non modò conscientiarum quaſtor; sed & opportunitatum cibā potusquo baiulus & procurator. Si quos prater pestiferum corporis ulcus, Lutherana iutus labe infectos reperiret, ystamdiis instabat, opportunè, importunè; dum ad Ecclesiam reduc̄ti, Catholicè & magna pœnitndinis significacione, fato fungerentur; vel miserante Deo consanescerent; quantum etiam num in suscep̄ta fide viget constantia. Et ut rem in pauca conferans, si P. Dominico fortuna & facultates S. Caroli Barromai affluerent, ne in puncto quidem ipse, quoad opera misericordia & benignitas, illi cessisset. Et quid multū meis laudibus, qui benedicta Societas semper benevolens fui, opus est; quando ipsi Patrum hostes pradicant, laudant, estimant optimum P. Dominicum Valesum, eumque pium, Sanctimonia opinione clarum, perfectum virum nuncupant; multaque in hunc usque diem Catholica anime post ipsum suspirant, & ad eius memoriam desiderio ingemisunt? Hactenus ille Dominici bonorum facinorum spectator & testis.

## C A P V T   X X I I .

*Obsequium Nissa à Dominico peste correptis praefitum.*

**S**anè quod ad illam pauperum, & pestilentia laborantium curiam attinet, ea fuit omnino in Dominico admirabilis. Refugia-

gientibus ac retrectantibus alijs omnibus id muneris, ipse suscepit magnâ alacritate, seque virum præsttit in adeundis quâ contagiose luis, quâ alijs hominum sibi impiè infensorum, periculis. Dimidio fermè milliari, hoc est, amplius bis mille passibus foris ab vrbe, in Episcopali villa separatus habitauit, dum lues tenuit. Inde sub diei exortum quotidie ciuitatem ingressus, quintâ post noctis medium horâ, sacrificium Missæ, in maxima populi frequentia, quem sanctitatis eius conciebat opinio, peragebat. Subinde domos omnes, casas, gurgustia eorum obire, quos malum illud vlcus deiecerat, ægræ vix ipse membra trahens, per vias luculento cœno impeditas, cælo perfrigido, cinctus plerumque cilicio; ad ægros, egenosque refocillandos, quâ corporis fomentis, quâ præsidj animi satis instructus, eademque ipse magnâ ex parte circumgestans, vitæ suæ tot inter præsentia tabis pericula tuendæ seruandæque nullâ sollicitudine, neque curâ. Tanta mortis contemptio fuit, ut Præfectus vrbis cum per amicitiam commonenfaciendum duxerit, cautiùs ageret, neque se præsentaneum in dilectumen, vbi opus vehementer non esset, præcipitaret. Cui Dominicus actis pro cura atque amicitia gratijs, oravit eriam atque etiam vti suam ne tempore tam opportuno messem, impediret: nihil sibi minus in metu, quam mortem, esse; quam itidem pro tnenda iustitia, iusteque misericordum ope experiundâ, malorum insidijs oppetere, dulce & decorum existimaret. Erant ea sequentis mali tempestate Chirurgi quidam, qui pecunia studio, per nefas egentissimum quemque circumuenirent; eorum cupiditati Dominicus, vbi poterat, Magistratum ope modestè occurrere, neuerat acerba Reipublicæ tempora turpiter habereut quæstui, impedire. Vrgebat illos præter avaritiam, alienior etiam à fide Catholica sensus; quibus duobus exagitati malis, Dominicum, & Jesuitam, & sui, ut interpretabantur, dispendi autem, pessimis omnino modis oderant, oscuri vel si altero duntaxat ipsis obstaret, nedum parcerent ambobus infesto. Igitur optimo pauperum ægrorum patrono insidias moliri, minari perniciem, videri eum velle de medio tollere. Dominicus indicio vnde vnde sibi facto, mirificè recreatus: *O, velint id boni Superi, inquit: Ofaxit Deus, ut illa mihi gloria contingat!* In alijs ægrorum operæ plurimum, potissimumque ponebat, qui abducti perfidiâ, longius à saltis itinere deerabant; neque eos reuocari posse diffidere, quamuis salubria monita semel, iterum, ac tertio respuissent; sed suas tamdiu machinas admouebat, dum exitiabilem illam obstinationem perfringeret. Idque ut propitio Deo caneret

deret ex sententia ; repetitâ sêpius sui ipsius verberatione , obduratis illis pectoribus Diuinam gratiam , quibus mollescerent , eblan-diebatur . Et compertum est , ex eo miserabilium mortalium grege vix quenquam fuisse reliquum , cui prauitatem hæreticam non ille detraxerit .

Interea verò loci , dum solidos ipse dies ex integro plerumque operi tam sancto , tam salutari miseriis mortalibus impendit , haud quaquam suimet obliuiosus aut immemor fuit . Nullus enim dies illi sacræ commentationis ijsset vacuus , licet etiam grotantium sollicitudine quam maxime distingeretur . Admonuerat illum Diui Gregorij Nazianzeni , in quam fortuito id temporis incidit , ea sententia , qui , vir eximiâ rerum animo salutarium peritiâ , docet , actionem , nisi aliqua saltem consideratio præcesserit ; eam velut oculis carentem , casu & imperfeciōni expositam esse .

Addo ad extremum , quod obseruauerunt nonnulli , ad declarandam eius in procuranda mortalium salute flagrantiam pertinere , hominem Italum , exigua lingua Teutonicae gnaritate , imbecillo & laboribus attrito corpore , concionum habendarum sibi prouinciam depoposcerisse ; & quamuis iij metuerent , qui tunc ipsi moderabantur , ne seque & suam infantiam ludibrio plebis offerret ; plus in Dominico mirificus ille feruor , & studium opitulandi hominibus , ad eos Deo , virtutique conciliando valuit , quam multorum aliorum exemplo casfa , quamuis exculta verbis facundia . Nissenses eum frequentes , libentesque audierunt ; & euentus edocuit , vim spiritus à Deo concitati amplius in animorum lucris efficere , quam omni paratu atque artis ornamentis instructam orationem .

## C A P V T      X X I V .

*Dominici infirmitas , & obitus .*

**V**bi Nissensi Missioni finem Superioribus imponi placuit , Dominicus abundè manipulis ex ea messe collectis onustus & diues Glatzium delatus est . Ibi cum infestior morbi vis , quem ab ægrotis queis adfuerat , collegit , lesto & medicaminibus obnoxium habuit , toto semestri . Quo tempore quin illustria tum virtutum reliquarum tum imprimitis tolerantia documenta præbuerit , dubitare non licet ; cum prona conjectura sit ex ea ægritudine , quâ pronuper Græcij fuerat consitatus , ubi iacentem cum , velut Angelum quempiam terrestrem inter-

interuisere plerique Sociorum auebant, & potestate à Præsidibus sibi fieri certatim orabant, eâ gratiâ, vt ex illius aspectu, contemplationeque religiose patientiæ vim, modumque condiscerent. Pœnituit eos, qui Glatzij circa Dominici curationem agitauere, parum se in eius explorandis virtutibus fuisse curiosos. Aiunt tamen id vnum vniuersi, nihil acri in morbo quidquam ex eo auditum fuisse querelarum, nihil sensus cuiuscumodi mollioris. Ceterum ipse viribus pedentim labascentibus, ad supremum diem Domini, quem illucesce-re celeriter optabat, magno feso studio comparauit. Omnem retro actam ætatem ut accuratâ disquisitione relegeret, quatuor eam partibus, infantia, pueritia, adolescentia, religionis discrevit; totidem diebus singulas, enarratis Confessario earum cuiusque, quas rebatur, noxis, expiavit. Ille cum tanta accuratione tam insigni hominis demiratus innocentiam, nihil eiusmodi se vñquam antea expertum esse professus est. Sic Dominicus quamvis æternitati comparatus, quando tamen eius valetudini Crumloviense posse profore cælum creditum est, eò Moderatorum concessu, quanquam admodum languens, continuò latus est; admirabili sanè Dei prouidentiâ, ne, si Glatzij humatus esset, eius ossa duodecimo huius seculi anno, Hæreticorum rabies cum reliquis nostrorum ossibus, vt fecit, confunderet atque turbareret. Ceterum Dominicus, ubi spem aliquam valetudinis integrandæ conceperat, ibi tertio die post eum diem quo aduenierat, sacræ instruētus mysterijs, cum ingenti Sociorum desideratione, ad diem nonum Iunij, qua teria Pentecostes tertia, fuit, anno 1615. ætatis quarto post trigesimalium, ætæ in Societate septuaginta, mortem sanctissimis moribus conformatum executus est. Corpus ibi Parochiali in templo S. Viti, quo Societas vñ cum Parocho communiter vtitur, quam proximè aram S. Catharinæ tumulatum est.

Simil ad Collegia Prouinciae mortis eius fama peruenit, multi Sociorum eam iacturam gemere, multi religioni sibi fore dicere eius animam piacularibus hostijs prosequi; virtutes ipsius vniuersi predicare. Vnus eorum quispiam, cum in coenatione nomen eius, vt fit, inter ceteros de Societate recens emortuos proferri audisset: Utinam sepultura præsens, inquit, adfuisse, sacra mihi prada dexter eius pollex fuisse, quem inter venerabiles Sanctorum reliquias haberem. Privata scilicet pietate id enim publicè fieri vetaret Ecclesiæ consuetudo. P. Gregorius Rumer, vir in Austria, Bohemiæq; Prouincia per celebris, qui Olomuccense Collegium eâ tēpestare, post verò etiam Prouinciam

exit,

rexit, aiebat se suo Dominicum Collegio fuisse postulaturum, si Glatzio moueri posse credidisset, ut eius reliquijs (sic aiebat) exornaretur. Ipse Glatzenensis Rector, cum eum abs sese dimitteret, Crumloviensibus hominem se illis sanctum dare prescripsit. Et eadem sanctitatis eius hodieque viget in multis existimatio.

*ANNVS . M. D C. X V I I .*

**BELGIVM. CAPVT I.**

*Insulis sublati tres:*

**V**Acus horum certaminum atque triumphorum fuit annus 1616. At qui proxime consecutus est, Belgio gloriosus exitit. In Gallobelgica præsertim cum epidemia certatum est, atque Insulis præcipue, Flandorum vrbe, terni sublati sunt. Primus Calendis Martiis

Ioannes Perus, Coadiutor Temporalis, natione Gallus, Orgevallenensis domo, qui multis precibus, ut se laboribus illis offerret, impetrarat, natus annos quinquagenos, quorum tredecim in Societate transigerat. Alter ad dictu vnum vicesimum Maij ea in pugna, victor excessit.

Tessanus Liebart, Tornaco Nertiiorum oriundus in Belgio, Adiutor idem ad domestica seruitia, duodetricimo aetatis, tertio-decimo Societatis anno. Tertius decimo post die; hoc est, Maij extremo secutus est.

Joannes Fenderier, Belga ex oppido Rentioco, cuius rarum modestiae, religionis, sedulitatis, ceterarumque virtutum memoratur exemplum. Totidem erat ac prior annorum; sed uno iunior in Societate: ipse quoque familiaribus seruitijs ex instituto addictus.

**C A P V T I I .**

*Duo Dnaci morte intercepti.*

**D**VACUM, vrbs & ipsa Galloflandorum, & celebre Doctrinarum emporium, pestilentia vexatum hoc anno, nostrorum opem expertum est, & duos ex illis ad premia charitatis emisit. Prior ad diem quintum Augusti fecit viuendi finem

*Michaël*

*Michaël Poix*, Belga, Castro Cameracensis, Coadiutor Temporalis, annorum septem quadraginta, viginti in Societate. Alter ad diem septimum vicesimum Nouembris

*Matthias de la Saulx*, Insulensis in Belgio, domesticus item Adiutor, uno & vicesimo ætatis anno Societatem ingressus, in quā denos quaternos exegit. Consecutus tandem domi, nostris lue afflitis ministrans, quod omnibus votis optauerat, ut daret operam pestiferis, quām maximum Collegio luctum, damnumque suā morte consciuit; cūm esset curandorum infirmorum peritiā, alacritate, constan-  
tiā singulari. Faceſſinerat ille Moderatoribus annos complures gra-  
uem molestiam præpostero Sacerdotij ſuscipiendi studio, ceterā vir-  
tutum omnium laude ſpectatus: iamque eō deducta res erat, ut res  
ſibi suas habere poſtridiē iubendus eſſet: ecce autem ad leſti pedes ſe-  
cundūm quietem adſtitit illi S. Ignatius, & manu exitium, ſi perſeue-  
rasset in malē ſucepto, cōminatus eſt. Eo viſo ita cominotus eſt animo  
noſter homo, ut primo mānē mauantibus oculis ad pedes Superioris  
acciderit, obſecrans, obteſansque ſibi fieri permanendi in cōcepto vi-  
ta ſtatu potestatē. Enim uero permanit ſuo gradu contentus, &  
curſum glorioſus abſoluti.

### C A P V T   I I I.

*Namurci quoque duo extinti:*

**N**Amurci quoque (vrbs ea eſt Mōſe imposta) duo vitam lauda-  
biliter aetam pari gloriā ornauerē. Alter ad diem quartum  
Decembriſ

*Jacobus Thiery*, Belga, Cameracensis, Temporalis Adiutor, anno-  
rum quadragintaquatuor, duodeuiginti in Societate 15. Octobris.

*Remaclus Gerlais*, Belga, Marchiensis, Coadiutor Tempora-  
lis, cūm ageret ætatis annum trigesimum septimum, in Societate de-  
cimum septimum. Poſtulauerat is repetitis crebro litteris, atque cui-  
cerat à Præpoſito Prouinciali, ſibi ut peste infestis liceret ministrare:  
vir verè Iſraelita, & antiqui moris; ab insigni in Beatissimam Vir-  
ginem Deiparam, Sanctosque omnes pietate laudabilis; ſui con-  
temptor eximius; otij atque desidię oſor acerriſmus: magnā in Su-  
periores, ac Sacerdotes omnes reuerentiā; erga fratres modetiā,  
apud extraneos circumſpectu. Plurimorum opinione & habitus San-  
ctus, & appellatus; ad cuius poſtea demortui tumulum preces non-  
nulli

nulli fudere, quæsturi suis necessitudinibus eius intercessione præsumendum.

## GERMANIA. CAPVT IV.

*Vnus Vienne crepus.*

**V**IENNÆ AUSTRIÆ eodem in agone contendit, & vicit Augu-  
sto mense, sed ignorato die pestem, mortemque executus  
*Ioannes Sartorius*, natione Germanus, Mietitzdorensis è Sile-  
sia, ex ordine Coadiutorum Temporalium, vix ægrè biennium tiroci-  
nij, alterum & vice summum ætatis egressus annum.

A N N V S      M. D C. X V I I .

B E L G I V M.

*Duo Duaci consumpti.*

**A**nteriore anno coepta grassari per Gallobelgicam lues, hoc anno  
duodeuigesimo seculi volūtentis, duos tursum Duaci abstulit,  
qui cum eo malo conflictantibus operam ex charitate ponebant. Prior  
corum ad diem septimum decimum Augusti viuere desit cùm nostris  
peste afflatis seruiret

*Guilbertus Hermannus*, Coadiutor Temporalis formatus, In-  
sulis Flandrorum ipso in Belgio natus, octodecim in Societate, ex  
octo & triginta vitæ annis versatus. Alter Calendis Nouembribus  
excessit

*P. Gerardus Vernianus*, Belga, Leodij Eburonum natus; qui  
Societatem anno huius seculi quarto, cùm ageret tertium vigesimum  
ætatis, ingressus, tertio se morti deuouit, toties operâ peste infectis re-  
nauat: Namurci primùm anno superiore; vnde sospes egressus, hoc ip-  
so, de quo nunc agimus, anno, iterum ac tertio Duaci se obtulit; donec  
lue concepta, mortis per charitatem viator extinctus est, magnis ubi-  
que fortissimæ atque ardentissimæ virtutis impressis vestigij, magnâ  
apud omnes sui relictâ desideratione, atque luctu. Et Namurci qui-  
dem ille superato malo, ad conuentu se retulit munia Societati-  
tis, per vicos & castella concursans, ut cathechesi, concionibus  
que rudes instrueret, sua peccata confessos expiaret, cuius iniui-  
ctum

Etum animi robur ac ferreum pectus ad omnia dura pro salute mortalium molienda, magnæ Parochis admirationi erat. Domum ex agro ab ijs laboribus reuerso prima semper cura fuit, certiore facere sui redditus ædituum, atque eundem obtestari, ne se, si quis ad opem pauperibus, rusticisue ferendam postularetur, accersitis alijs, præteriret: vocatus autem, illico singulari cum significatione lætitiae procurrebat. Inuitatus Duacum, ut tibi virulentâ illigatis presto esset, iter tanto ardore corripiuit, ut quod assolent alij quatriduo, id uno die ipse & sesqui confecerit. Vbi sancto in opere consumptus est, ingenti ciuitatis luctu elato, bis publicè Senatus solemnî ceremoniâ, se præsente honestanteque munus, parentari iussit.

A N N U S M. D C. X I X.

B E L G I V M. C A P V T I.

*Atrebati quinque confecti.*

**P**Errexit hic etiam vnde uicesimus istius seculi annus infestam habere pestilentia, & funestare Gallobelgicam, & præstantes quinque operas in præclaro labore versantes confecit Atrebati. Eorum primus cecidit altero & vicesimo die Augusti

*Nicolans Noël*, Montibus Hannoniæ in Belgio natus, iamque nono ab hinc anno in Adiutorum Temporalium gradu formatus, actis nimirum in Societate annis viginti duobus è septem & quinquaginta aetatis vniuersa. Familiaris illi cum Deo usus & sermo; tantus ardor ipsorum, atque impetus bonorum animi motuum, ut quoties Sacra-fanciam libaret Eucharistiam, nec singultibus posset temperare, nec lacrymis. Incredibili magnitudine animi, atque lætitia in periculum se dedidit, & morbidis egregiè valida charitate opitulatus est, donec & ipse crebro ex contactu peste aspersus, piè perceptis Sacramentis occubuit. Hunc proximè secutus est ad diem postridie Calendas Septembres

*P. Nicolans Maresqueau*, Belga, ex S. Audomari Fano. Is, anno post ortum huius seculi quinto, iam tum Sacerdos, Societatem tricenarius aetate complexus, ita in ea vixit, ut cum magna præstaret, paruo semper contentus esset; eximiâ sui contemptione; promptâ atque hilari obedientiâ, indefesso ad hominum salutem studio clausus. Heroico prorsus animo compescuit naturæ timidioris impetus,

quosdam, quibus, ubi iuuandis pestilentibus destinatus est, aeris  
percellebatur. Tertius pestem, mortemque postidie, hoc est, die  
tertio Septembris executus est.

*Petrus Broncneusille*, Belga, Ariensis, rei familiaris Adiutor. Is post degustatas primis labris Latinas litteras victimum suendis vestibus exercebat, cum anno seculi currentis undecimo, ætatis altero vicesimo nomen in stipendia Societatis dedit. Ibi fuit, donec valuit, in victu asper; cilicio & flagris in seipsum sanguis; seruili in officio, domestis-  
isque laboribus, non raro pane solo & aquâ contentus. Vouerat Moderatorum concessu perennem vini abstinentiam; sed post annos tres eo voto, quamvis ægre atque ingratij suis, cum ad hoc morbo-  
rum obsequium, cui est immortuus, mitteretur, exsolutus est.  
Eam seruendi pestiferis prouinciam, tantâ contentione, tantisque  
precibus efflagitauit, ut se paratum assereret, ipsam ulcerum saniem  
oris sui suetu, si foret opus, educere. In stadium ingressus, continuo  
in duorum è socijs peste iam afflitorum complexum ruit, ijsque graui-  
ter ex morbo afflictis, perdius & pernox, semper insomnis, semper hi-  
laris & iucundus, præstò fuit. Tandem & ipse subitâ febre correptus,  
integramente, repetitis, post suscepta supraea mysteria, sacris Iesu ac  
Mariæ nominibns, emigravit.

### C A P V T      I I .

#### Duo reliqui Atrebatii mortui.

**Q**uartus Sociorum Atrebatii haud multò post, ad diem scili-  
cet octavum Septembris, Natalibus Deiparae Virginis facili-  
obijt.

*P. Michael Faber*, Belga, Insulis oriundus, qui cum annum  
ageret trigesimum quintum vitæ, decimumquintum in Societate,  
pronuper tria vota fuerat solemnia professus. Magna luxit in eo vitæ  
asperitas; mira in omnes mansuetudo; arctissima silentij, & regularum  
omnium custodia; religiosa comitas, & affabilitas; obedientia prom-  
ptissima atque celertima; in pijs sermonibus flagrantissimus ardor;  
tanta detum vitæ probitas, ut vulgo opinione communis *Sancta  
vita Fater*, appellaretur. Postquam robustissimâ, constatissimâ  
que charitate pestiferis adfuit; & codem ipso malo percussus, eius  
propè iam videretur vim superasse, ad extremum tamen victimus  
post percepta Sacraenta, de morte, cui succubuit, triumphauit.

Postre-

Postremus successit die quindecima Septembbris ciuidem

P. Franciscus Oloart, Belga, Tornaco Neruiorum oriundus, vir annis maturus, & meritis; agebat enim vnde sexagesimum aetatis, sed decimum ab initia Societate duntaxat annum, postquam videlicet annos vicenos quinos ipsos Curionem tam sedula in omnes operae egisset, ut Pastor bonus, & Pater pauperum vulgo diceretur. Iampridem ardens desiderio iuuandorum pestilentium, impetrarat ab hinc biennio, ut Ihsulas mitteretur, ibique suis adeundi periculi vicibus prestolaretur. Interim pijs sece commentationibus ad tam grande ministerium sedulè comparabat, totis tribus mensibus, quos ibi fuit, acri verberatione in se quotidie scuens; & deinceps alternis diebus cilicio & flagro corpus exercens. Vndeclimo die quatuor hoc erat charitatis certamen aggressus, vitam in eo gloriosè depositus.

## GERMANIA. CAPVT III.

Vnus extintus Viennæ.

**S**VAS quoque manubias eodem hoc ipso anno reculit Germania, Viennæ Austriae per charitatē de morte viatrix, vbi ad diem vnde uigesimum Nouembbris

P. Andreas Vuunder, Germanus, patria Freienwaldensis in Silesia, post nauatam impigrè Societati totos vnde uiginti annos operam, vicenarius in eam ingressus, lue pestiferâ, quam ab ijs contraxit, quorum saluti studebat, iictus occubuit.

ANNVS M. D G. X X.

## LUSITANIA. CAPVT I.

Vnus Vlyssipone sublasus.

**V**LYSSIPONEM anno huius, quo viuimus, seculi viceximo, pestilentia carpsisse oportet, aut leuiter strinxisse, quando ea tam innoxia fuit, ut uno sibi capite litari à nostris esse contenta visa sit; qui dum alijs, sui negligens, lue laborantibus, inferuit, eadem infectus, ad diem vnde decimum Februarij, honesto fine vitam terminauit. Is fuit

P. Michael de Lemos, Lusitanus, ibidem Vlyssipone ortus, uno &  
Gg 2 quadra-

quadragesimo ætatis, septimo & vigesimo Societatis anno, vota quatuor in ea more maiorum professus.

## POLONIA. CAPVT II.

*Duo desiderati Gedani.*

**G**Edanum vrbs maritima Prussiæ iuris Polonici ad mare Balticum, hac tempestate quam celebris mercaturâ, tam hæresi corrupta, depravataque, aliquam Christiani seminis reliquam scintillam in sinu, quamuis inuita, fouet, quam Societas, ne prorsus extinguatur, suis ex instituto muneribus, summâ quam potest opere, condito intra pomœria Collegio, & Sociorum nonnullis in Vrbanâ Parochiâ, quæ adhuc ibi, vel dominantis hæresis ingratij, retinetur, collocatis assiduè euentilat. Eam vrbem hoc anno ut peltis inuasit, faciendum sibi Societas existimauit, vt suam in tantâ necessitate charitatem Catholicis promiscue atque Hæreticis impertiretur. Igitur ad opem afflictis adserendam aliquos de suo numero segregauit, duo etiam oppedita morte, quonam in eos ciues animo forent, abunde testati sunt. Prior eorum obiit ad diem octauum Octobris

**G**regorius Bobreck, gente Polonus, Coadiutor Temporalis, natu annos vnde sexaginta, septem & viginti in Societate versatus, obedientiæ laude clarus, obitis strenuè longis itineribus, multisque perfunctis laboribus, constanti cum commendatione virtutis, libentissime se in hoc charitatis certamen coniecit, inque eo sancte confessus est. Aliquando post ad diem quartum Decembris secutus est

**P**. *Christophorus Faber*, natione Germanus, Heiligenstadio inferiore in Saxonia oriundus, annos sex & triginta natus, emeritis vndecim in Societate stipendijs. Is clum insigni charitate, quam pollebat, multum prodesset Catholicis æque & Hæreticis, ad persuadendam illis pœnitentiam, istis conuersionem, neutros lue sequente sibi statuit esse deserendos. Igitur eo zelo, eaque diligentiâ infectis Sacramenta, vt integrum cuique fuit, porrexit, vt illum Patris & Matris appellazione, & ingredientem per compita gratulando, beneque precando prosequerentur. Tres menses ipsos suam illis operam commodauit; donec afflatus eadem contagione, perceptis etiam Sacramentis, à vitâ discessit. Catholici suis immortuum in obsequijs, fréquentे pompâ, suis ipsi humeris ad humationem; eius charitatem miris laudibus vel ipsi perfidie sectatores, ad cælum extulerunt.

ANNVS

## B E L G I V M .

Brugis eruptus P. Ioannes Mans.

**C**oortâ Brugis Flandrorum vrbe, grassanteque vehementer hoc anno vno & vicesimo huius seculi, pestilentia, Magistratus atque vnâ Episcopus, difficultem, & cum aperto coniunctam vite discrimine procurandorum hospitalium prouinciam detulere Collegij nostri Rectori. Eam vt ille perlibenter admisit, ita sedulò administrauit, donec eodem ipso pio in opere ad diem vigesimum octauum, Nouembbris immortuus est, tanta suorum peccatorum detestatione, vt in morbo reperetet identidem conuersus ad Deum: *Ab occultis meis munda me, Domine: Delicta iuuentutis meas, & ignorantias meas ne memineris: & quæque alia talia in eandem hanc sententiam suggerebat animus, pijs istiusmodi affectionibus apprimè suetus.* Fuit is

P. Ioannes Mans, Belga, in Zelandis Ziriczæ natus, ex annis vitæ duodecagénis, & initæ Societatis tricenis, totos duodetriginta Brugis commoratus, nauatâ diligenter operâ saluti hominum, per omne nostri instituti ministeriorum genus, dudum quatuor votis solemniter obstrictus. Mirus extitit eius in omni vitæ officio, cùm agendo, tum loquendo, candor atque sinceritas; quâ vnâ potissimum arte cunctorum sibi facile benevolentiam adiunxit; præsertim cùm esset promptus consilio, quod ab eo viri quique magni reperabant. Pacis & charitatis tuendæ, vel si propterea forent aspera atque aduersa toleranda, perstudiosus fuit; & in componendis dissidijs mirè felix. In gubernatione multa prudentia; mala præuertere, quâm curare libentiūs. In suis ad virtutem dirigendis, inque agendis & promouendis ad finem negotijs egregia industria, Ieiunijs, atque alijs asperitatibus multùm addicitus, & ferè ad omnem laborem primus. Amorem paupertatis, sui contemptum, excelsum in aduersis animum, accuratam regulis obtemperationem, exemplo magis solitus docere, quâm verbo.

Vnus in Gracia ; item Unus in Polonia , sublati .

**C**Hiūm Ægæi maris Insulam inhabitat nostra Societas , & reliquias Christiani nominis cultu iam diurno sustentat . Vestante Græciam , adiacentesque Insulas pestilentia per annum alterum vice- sum huius decimisexti seculi , dum laborantibus presto est , vitam glorioſo fine per mensem Iunium terminauit .

P. Dominicus Stella , ipsa è Chio oriundus , quatuor in Societate vota professus ; vir ad Confessiones audiendas , obeundasque missiones indefessus atque impiger .

At Cracoviæ , vrbe Regni Poloniæ principe , ad diem septimum decimum Septembbris eodem charitatis agone sublatus est .

Matthaus Debinski , gente Prutenus , ex ordine Coadiutorum ad domesticâ ministeria , vicenarius in Societatem ante annos nouem adscriptus .

A N N V S M. D C . X X I I .

### GERMANIA. CAPUT I.

Olomutij duo desiderati .

**G**RASSATA per Morauiam pestis hoc anno tertio vigesimo post millesimum sexcentesimum , Nostrorum prouocauit industriam & charitatem . Olomutij , quæ princeps eius Provinciæ vrbs est , duo cum peste luctati , succumbendo triumphauere ; prior ad diem tertium Augusti

Adamus Kratzman , gente Bohemus , Pragæ ortus , Coadiutor Temporalis , & eius ordinis egregium per suam virtutem honestamentum . Prompta in eo ac celer obedientia , quam varijs in ministerijs præclarè exercuit , nihil vñquam imperij detrectans , nihil tergiuersari solitus . Mansuetudo tam placida , tamque constans ; vt indignationis vix primi quidam motus existerent : tanta silentij cura , sermonisque parsimonia , vt qualelibet seu interrogationem , seu responsionem vix bene tribus verbis absolveret : denique otij fuga tam pertinax , vt si nihil proprij muneric esset reliqui , quo distincetur , vel oraret , vel legeret aliquid , vel farmenta per domum colligeret ,

vel

vel ligua finderet, vel demum paumenta deuerreret: vniuersis & quæ nostris, externisque carus. Vixerat annis tricenis in Societate; obiit Sacramentis rite comparatus ab eo ipso Patre, cui fuerat comes additus in opere charitatis. Alter ad diem sextumdecimum Augusti defecit à vita.

P. Iohannes Kapplerus, Germanus, Nouoforo in Silesia oriundus. Is post administratam annos aliquot Parochiam, rerum humana-  
rum pertesus, ad Societatem animum appulit, & gradum Spiritua-  
lis Coadiutoris sortitus est. Vir ingenij facilitate & morum mansue-  
tudine, omnium benevolentiam & prona in se studia meritus. Nihil  
illo moderatoribus obsequentius, vt siue peregrinandum foret, siue  
concionandum, seu danda Conscientibus ægris, saqisque opera, præ-  
stò semper & in procinctu esset. In urbem vt pestis inuasit, summis  
votis expetiit deuoueri periculo pro solendis, iuandisque morbo-  
fis; coque enicit argumento, quia iam olim Parochus experiundo  
didicerat malum illud superare. Accedebat etiam, quod nemo unus  
Parochorum omnium totâ vrbe vellet experiri discriimen, eique se-  
vel ob deferendum Eucharistia mysterium obiucere. Iple verò dum  
suo magis ardore, quam necessitate languentium metitur operam,  
suam, illosque attrectare, componere, versare non abstinet, tactus  
ipse quoque plagâ malignâ, primùm dysenteriâ laborauit; à quâ mor-  
tem visus imminentem præsentiscere, datis ad Speriorem litteris, So-  
ciorum precibus se perquam humillimè commendauit, errata sibi  
sua, Dei appellato nomine, condonari postulans, cui vocationem So-  
ciatis studiosissimè gratulatus, in eius curam, paternamque prou-  
dentiam se penitus coniiceret. Deinde generali institutâ Confessio-  
ne, ceterisque perceptis Sacramentis, apostemate totum à capite sini-  
strum latus occupante interemptus est exatis anno quinquagesimo, &  
sexdecimo quam Societatem adiisset.

## C A P V T I L

### Vnus Bruna consumptus.

**A**ltera Morauiae, neque ea ignobilis vrbs est Bruna, quam Do-  
mo Probationis mixta Collegio Societas incolit. Ibi suam item  
edidit stragem iues, & Societas opportunis, vt solet, præsidij oc-  
currit. Eo charitatis in conflictu, diem extreum septimodecimo  
Calendas Septembbris morte conficit

P. Ioan-

P. Ioannes Holtzelius, Germanus, Misslingensis in Austrâ, Coadiutor Spiritualis formatus, annos natus duodequadraginta, duodeuiginti bonis artibus in Societate traductis. Ministrum eius Domus in præsentia gerebat, & infirmis cuiusque valetudinis & generis egrediè nauabat operam. Et vinctos in custodiâ, & peste vexatos mirâ charitate conuisit. Id posteaquam diu multumque egregiâ curâ, labore; diligentia, studio præstítit, posteaquam compluribus ex vsu magno fuit, & decem dies cum vnâ, cum alterâ, & tertia peste luctatus est, à nouissimâ superatus, ex his tenebris in lucem illam sempiternam excessit.

### C A P V T I I I.

#### Vnus item Rummouij mortuus.

**C** Rummouium eadem in Morauia ciuitas haudquaquam postrema est, quo non semel antea Nostri profecti, cum sedem ibi Societas nondum fixisset, cum hoc etiam anno missionem instituissest, in ea plurimis perfunctus laboribus, dum anima & corporis peste laborantibus salutaris esse impensiùs nititur, pestem, mortemque sibimet ipsi accersiuit ad diem quintumdecimum Septembribus.

P. Nicolaus Muzick, Germanus, Czochouiensis è Silesia natus annos unum & quadraginta, actis in Societate non minus quindenisi. Vir magno spiritu, & acri studio animarum, quarum vnius adiuuandæ gratiâ non raro diem per inediā duxit in vesperam, longo etiam pedibus confecto itinere. Plerumque suis socijs ipse, quamuis Novitijs & è domesticorum Adiutorum ordine, in Missionibus ad mensam ministrare; illis lecto, alijsque, opportunitatibus cedere, quod commodiùs agitarent; ipse humi requiescere libro quopiam supposito capiti vice pulvini. Paupertatem impensè colere, & vel ideo pauperum patronus esse, quorum leuandæ necessitatì nunquam omisso animo esse, nunquam languido studio. Tantâ castimonix diligentiâ, vt graui etiam in necessitate atque ægritudine cautum vellet, ne qua corporis ipsius pars vllijs pateret aspectui, nedum exponeret ipse tactioni; vtque fortuitò id semel accideret, tulit grauiter, & in Socium increpauit incuriam, iussitque attentiore in posterum curâ esse. Patientia documenta cum semper alias, tum verò multo præclarissima in morbo dedit; cuius vim, dolorisque acerbitatem vel demitigare, vel dissimulare, partim orando, nunc pium quidpiam cantil-

cautillando; alias illustrem P. Ioannis Ogilbæ nostri in odium fidei occisi historiam ex anagnoste prælectam audiendo. Incredibile verò memoratū est, quām profundā teneretur ipse cupiditate martyrij; quām ferret ægrè, ab salutari procuratione mortalium se morbo arceri. Hæc atque istiusmodi alia religiose exempla virtutis, exceptit haud absimilis clausula sub vita finem. Illud identidem, cùm ad extrēma iam vergēret, iterare: O bone Iesu, prostrus sic fiat, ut tibi collibitum est: prostrus obsecundetur voluntati tui. Ante triduum peregrinabundus adierat ad B. Virginem Vvenirisliciensem, ibique animum expiatat; nunc ex homologis repetendæ copiam exoptabat; sed cum eam habere, atque in nostrorum complexu domi, & amabili religiosorum coronā non posset emori, Brunenses Nouitios absens oravit, ut pro se Salutationem Angelicam semel quisque ne grauaretur edicere; Deum autem obtestatus est, ne iacentem se sineget, & quasi residem in lepto mori; & confessim quanto potuit nisu desiliens, flexis humi genibus, & in B. Virginis Matris imaginem oculis firmè defixis, inter brachia Nouitij, quém socium habuerat, animam edidit, bene, præclareque factorum meritis exornatam. Corpus finiti Parochi tumulo pro ara principe templi Parochialis honorificè mandauere.

## B E L G I U M . C A P I V T I V .

*Leodij P. Perpetnus Martini: Traiecti allus quidam, extinti.*

**B**Elgium hoc etiā anno exercitum est; & Leodij quidem ut se ad subcidium eorum, quos pestis afflasset, exposuit. *P. Perpetnus Martini*, Belga, Dionanti ortus, lætari omnes, seque iam vel peste contentos emori dicere, quando essent à tali viro salutis opem habituri. Nimisq; eius spectata vitæ, morumque sanctimonialia vel ab ipsa vsque intantia fuit; à qua per insignem sui, mundique contemptum, ad virtutis fastigium enīsus est. Itaque de se nihil vñquam prædicare, neque loqui magnificè; regimalle, quām alios regere; controversias inter alios, ut sit, enatas, componere. Asper in se adeò, ut propè posset wideri crudelis. Calculi acerbissimos cruciatus, sectionemque deinde tulit tam firmiter; ut neque questus quidquam fuerit, neque vultum contraxerit. Diuinis rebus perpetuo intentus, omnes ad carundem

amorem excitabat. Cum Leodij Syntaxin adolescens doceret, iam tum passim clarescebat opinione sanctitatis. Postquam se charitatis in tabidos officijs decessit, vix quindecim luxere dies, cum pridie Nascentis Deiparae Virginis, quo die sibi ob eiusdem Virginis honorem in diem indexerat, peste corripitur, & tertio post die extinguitur, decimo scilicet eius mensis Septembris, etatis suæ anno altero quinquagesimo, ab initia Societate, in qua tria vota solemnia tredecim ab hinc annis ediderat, undevicesimo. Ingemuit Ciuitas eius morte, vulgata; & cum per frequentissimas vias funus duceretur, adeò non horruit populus; ut solemni pompe vix posset transitus aperiri; nihil à sancto corpore se reformidare, contagij dicentibus; venerantibus alijs flexis genibus, alijs ad tumultum usque festâ acclamatione prosequentibus. Solemnies exequiae illi primùm seorsim à Parochis, mox ab vniuersis coniunctim factæ sunt; & ex illa die pesti mora, quod P. Perpetuus futurum predixerat, iniecta est.

Traiequi ad Mosam in eodem instanti opitulandi munere diem suum, hoc est, quartum decimum Septembris confecit.

Bartholomeus Ghesteels, Belga, Viluordi oriundus, Coadiutor temporalis, annis in Societate tricensis ex quinquaginta quinque vita, confectis.

## POLONIA. CAPUT. V.

Leopoli tres i. unus Premislie, descederat.

**D**uplicauit priorem numerum, strages in Polonia, & quaternos omnino capita sua ornata charitatis insignitus, terma Leopoli ex ordine, unum deinceps Premislie sustulit. Primus ad diem trigintimum Septembris occidit.

P. Andras Kuhn, gente Prutenus, quartus & quadraginta tertius annos, aetatis in Societate vicenis. Alter ad diem nonum Octobris s.

Marcus Zuzulensis, natione Polonus, domesticorum ministeriorum Adiutor, annorum duodecima triginta, duodecim in Societate. Terminus die terria & vigilia: Octobris abiit.

Matthias Ploceris, è Masonia Polonie Provinciorum, Coadiutor istidem temporalis, altero & quadraginta aetatis, duodecimo Societatis anno. Quartus demum Premislie undevicesimo Novembri die emigravit.

Allertus

*Albertus Bhdkonski*, è Podolia, quæ & ipsa Polonia Provincia est, annos natus quatuor supra quadraginta, sed octo duntaxat in Societate versatus, in qua patiter ipse seruial obsequia tractauit.

ANNVS M. D. C. X. X. I. V.

SICILIA. CAPUT I.

Panormi sublati tres.

**P**Anormum urbem Sicilie pulcherrimam atque elegantissimam fœde violauit hoc anno quarto currentis seculi supra vigesimum lues illata per corruptas merces ex Africa. Sed eam S. Rosalia, cuius, Virgo Regia, cuius in vicino monte, cui Peregrino vocabulum est, ita fortasse, quod in eo ipsa dudum peregrinata, vel domo peregre commorata, & commortua sit, eius ibi corpus insperantibus & querentibus alia fossoribus, post annos circiter quadrageitos, inuentum est, à lue vindicavit. Luculentam infectis operam Nostri præstitere trés in eo sernitio aëtam cum laude ultam posuere. Primus ad diem alterum vicessimum Iulij; is fuit

*Iacobus Amatus*, Siculus, Catinus natus, Coadjutor ad opera domestica, pietati, obedientiae, mortificationi deditissimus; annum agens etatis tertium & tricenium, nonum Societatis. Alter, qui postridie, hoc est, tertiuicessimo Iulij obiit, fuit

*P. Iosephus Curti*, Siculus item, sed ortus Panormi, vir morum grauitate, & religione venerabilis, quatuor vota professus, vade sexaginta natus annos, actis in Societate tricenis binis & nonynā dignitate functus. Postremus occubuit die quinta Septembris

*P. Hieronymus Calderarius*, Siculus etiam ipse, ex oppido S. Marci, qui annos vicenos, ex quadragenis binis etatis, traduxerat in Societate, moribus compositissimis, & suauissimâ mansuetudine ornatus, quatuor vororum solemissi professione deinceps.

Addo his (quando suo loco omissus est) anno 1575. 28. Martij Messanæ simili morte nobilitatum *P. Angelum Sibilla* maiorem, in Diœcesi Messanensi natum, tam yste innocentia, quam ardentissimâ in Deum charitate Angelici sui nominis laudes egregias imitatus.

GERMANIA: CAPUT II.

**M**orauiam annus superior male habuit pestilentia: ea hunc etiam in annum protelata, vnum e Nostris insignem atque industrium operarium Hranizij, quod oppidum ad Franciscum S.R.E. Cardinalem à Dietrichstaen pertinuit, deprehendit, atque ægris dantem operam illigavit, atque ad diem tertium decimum Augusti consecit. Is fuit

P. Ioannes Scutellanus, Ostranice ipsa in Morauia natus, qui annos vicenos tenuis in Societate traduxit è quadragenis quipis, quos yixit, cum religionis commendatione, gradum sortitus Spiritualis Coadiutoris. Litteras humaniores diu iuuentutem edocuit; & eandem Latinis concionibus ad virtutem in Academia formauit. Subinde Hranizium allegatus est aduersus Heresies depugnaturus; eique biennio post detraxit quamplurimos, & conciliauit Ecclesie; donec illatâ in eam urbem populari iuc, Parochi munia moribundis exhibenda suscepit; quoad impetu charitatis abreptus, neque sui recordans periculi, neque opera aut vite parcens, virus ab infectis hausit, & triduo consecutus est, priusquam è proximo acciri posset, nam in loco non erat quisquam, à quo sarcis curaretus præsidij. Sed illi charitas, quâ nulla pôtior curantia est, pro mysterijs emortualibus abundè fuit. Humatus eo in templo est, vnde Ministellum nuper exegerat, ibique ante aram maximam solemni pompa depositus.

Moguntiæ hoc in eodem charitatis exercitio duo vitam absoluerunt, omni commendatione digni: prior ad diem trigesimum Octobris

P. Ioannes Mering, Germanus, ortu Coloniensis: alter ad diem postridie Calendas Nouembbris

Ioannes Esch, itidem Coloniensis, Coadiutor Temporalis, annos duodecim septuaginta natus, quatuor actis & quadraginta in Societate: neque de his quidquam præterea nisi exploratum est.

## POLONIA. CAPVT II.

Octoni in Polonia extincti.

**S**VAS quoque superioris anni reliquias habuit grassantis pestilentia Polonia; & Lomze quidem triumphauere de morte omnino quinque: primus Augusto mense, sed obscurum quo die

P. Paulus Piansus, è Provincia Poloniæ Masouia ortus, Florenti ætate annorum tricenûm quinum, & septenâni denum in Societate. Alter postridie Cal. Septembbris eum secutus est

P. Ioannes Przedzdiecki, & hic è Masouia, totidem cum priore natus annos, sed tredecim actis in Societate duntaxat. Eum excepit proximè ad diem septimum Septembbris

P. Ioannes Gogolevuski, itidem Masouita, unde quadraginta annorum, vnde uiginti in Societate stipendiorum. Quartus ad diem septimum vigesimum ciuilem Septembbris successit

P. Stanislaus Kuczevicz, Masouita quoque ipse, quatuordecim in Societate de triginta septem ætatis, annorum. Postremus hoc clausit agmen, die vndeциmâ Octobris

Nicolaus Gruda, Coadiutor temporalis, nono aditæ Societatis, quadragesimo nono anno ætatis.

Derpati, quæ Liuonia ciuitas est mercaturâ nobilis, sed pertinacce in Catholicam Ecclesiam perfidiâ, Calendis Septembribus, dum curandis ægris dat operam, extinctus est

P. Ioannes Osnitius, è Masouia ortus, annorum duodecim septuaginta, & quadraginta quatuor in Societate.

Gedani, quam clari nominis ob mercaturam, tam foedi ob hæresim, vrbe Prussiæ, haud procul fauces amnis Vistulae, dum suam operam sponte ad auxilium pestilentium oblatam, comparatus prius per generalem exhomologesim, & spiritualia exercitia, egregie nauat, in eo charitatis officio animam posuit die septima Septembbris

P. Simon Suvietek, natione Polonus, anno ætatis quadragesimo quarto, septimo vigesimo Societatis, octauo ab hinc in gradum cœctus Spiritualis Coadiutoris. In eo viro admirabilis fuit animi demissio, permotionumque animi omnium sedatio. Non raro licentiam extorquebat à Moderatoribus, ut sibi liceret, vel iam tum Sacerdoti, libentibus illis atque annuentibus, communia domi lisana, clam socijs, cluere; cuerrendie ambulationibus aliorum operam

operam anteuertere ; mendicabula in fmetis oblitescientia stipe & pio sermone recreare . Sæpè in cœnazione verberare se publicè : si quem à se crederet , sumptu verbi alicuius offensione , alienorem , supplex prouolutus in genua deprecari . Animarum zelo tantoperè feruebat , ut haberet in volupate ad xgros noctu accersiri ; pauperes infirmos visere atque expiare . Multum apud omnes & consilio valuit , & facundiâ , & acerbâ animorum molestias uno sæpè verbo deterxit . Paupertatis eius studium vel hoc vno ab exemplo didiceris ; quòd à Monialibus , quibus ad officia spiritus ipsum decennium frequens seruierat , nihil vñquam munusculi , ut assolet grati animi studio , admiserit ; negaritque yllum sibi xrcum suppeteret numisma , solitum pietatis sigillum , quod , cùm ab le postularetur , præbere posset : adeò rerum omnium penuria erat . Otium atque desidiam pessimè detestari ; & quidquid à procuratione proximorum reliqui temporis esset , id alijs negotijs impiger impendere . Tam exactè scilicet suas temporis , atque officij rationes putabat .

Alenstainij demum , quod etiam ipsum in Prussia oppidum est prope Brunshergam , ad diem decimum Octobris sublatus est

Matthias Bock , natione Germanus , altero tricesimo ætatis , septimo susceptx Societatis anno .

## GALLIA. CAPVT III.

*Parisij crepns unns.*

**S**VUM quoque Lutetia Parisorum charitati tributum pependit , ybi Septembri mense , ne Belgis popularibus suis , ne Germanis , ne Heluetijs in extrema linea constitutis , quorum per consuetuta Societatis officia iuuandorum gratiâ ibi versabatur , vllâ operâ deesset , occupuit .

P. Adamus Huart , domo Luxemburgensis . Is enim , vt duorum , qui pestilentia iecti , iacebant destituti præsidio , Confessiones exciperet , euocatus , ab illis mortuum hausit , quo quartum ad diem , ipso ætatis in flore confessus est , annum agens septimum post tricesimum , ab ingressu in Societatem sextumdecimum . Multa viti mansuetudo fecit amabilem yniuersis . Ita frindere proximis , vt quòd commodaret omnibus , neque labori parceret , neque molestiæ . Visus est per x statem haud semel , cùm arderent omnia calori-

caloribus, ipso meridiē; atque adeō summo in testu, ad bina, ter naue exire milliaria, ut moribundum sux gentis nescio quem Sacramento Pœnitentia impertire, cūm nullus esset alius in propinquuo, qui ob sermonis peregrinatatem illi posset operam dare. Iam, verò quānam ille supremo in morbo fecerit, quāque dixerit, illi consentanea tempori, longum esset tametsi coniunctum eximia, cūm pietate, singillatim referre. Nunc profleri, maximē id sibi acerbū esse; quod tot annos, quos in Societate vixisset, haud satī studiūisset is esse, quēm oportuerat, sanctaque eius leges iubebant. Nunc orare, obtestatique eum, qui sibi ministraret, ut suo nomine, sociorum singulos conueniret; & veniam ab ijs supplex posceret, si quid in aliquem forte prauo exemplō peccasset. Alias Deo supplicare tanto animi sensu, ut mirum esset, in tantis, in tamquā acutis doloribus, adeō præsentī animo esse possē. Id autem inter cetera repetebat identidem: *Adangē laborem, Domine, sed add patientiam; & illud, Dominus est; quod bonum est in oculis suis, faciat;* & his ipsis in verbis placidissimè expirauit.

A N N V S. M. D C. X X V.

## SICILIA. CAPVT I.

*Vnus Panormi desiderans.*

**M**Agnum hic annus xvii currentis quintus vicesimus stragem. Sociorum sedē fortunatorum, dedit, in Septentrionalibus præsertim Provinciis, quacum vix aliquam reliquit faveris & clavis immunitem. Sed prius eas quām percutiāmus, vnu in Sicilia prætercundus non erit, quēm annos anterior reliquum fecerat, extitatis Panormi quosim luyrāt centi. Is ibidem loci ad dictū nonum Febrerū, occuluit. Nomen illi sicut.

*Teantes Peptif. Plaet. et. pura ipsa Sicilia, in quocte populi, quid. Palatium Etatior. vi vogantur. collata. Conditum et. p. yndicantes, latet affidens, tractumetas, studiū precar. onis.*

## POLONIA. CAPVT II.

Viceni varijs locis in Polonia mortui.

**P**Olonia apprimè ferax palmarum fuit, vicenis omnino varijs in locis vno hoc anno desideratis, quos cælo victimas charitatis dedit. Primus in Prussia Gedani die duodecimelimo Martij compos eius gloria extitit

- *P. Simon Vualterus*, patria Prutenus, qui quadragenarius Societati aggregatus annos vtiliter vndenos in ea transegit.

- *Varlauix*, quæ Regni in medio sedes hodie Regum est, quinque illigari peste ab ægris collectâ interempti sunt. Agmen ad diem alterum Maij & vicesimum duxit

- *F. Joannes Frusino Vuski*, oriundus è Masquia, quatuordecimus duntaxat in Societate emeritis stipendijs, quam tricennarius quinarius iam tum Sacerdos adierat. Successit postridie

*Ioannes Zehovvicz*, gente Polonus, temporalis Adjutor, annorum vnius & triginta, & tredecim in Societate. Excepit tertius die sextâ Junij

*Ioannes Mrozovvicz*, è Malouia, Coadiutor idem domesticus, annorum triceppum ternum, septennum in Societate. Quartus subiit ad diem septimum decimum Iulij

*P. Andreas Volurap*, domo Prutenus, annorum quatuor & quinquaginta, trium in Societate supra triginta. Clausit hic agmen die vndetrigesimo Iulij

*P. Martinus Scerbinius*, natione Polonus, annos natus duodequinquaginta, sex & viginti versatus in Societate,

Torurnij, quæ mediterranea vrbs Prussia est, Vistaꝝ imposita, sed impia atque alienis à fide Catholica erroribus obsita, vñus ad diem vicesimum quintum Junij hoc charitatis certamine perfunctus est

*P. Gaspar Patyakovvicz*, natione Polonus, ternos duntaxat annos in Societate, sed cum laude, versatus.

Rauꝝ, quod oppidum Malouia est, vñus item eodem ipso quinto & vigesimo Junij die occubuit

*P. Stanislans Vieluncensis*, gente Roxolanus, annos ætatis tres & triginta censens, duodenos in Societate.

Plociꝝ, quæ item ipsa eiusdem Provinciæ vrbs est ad amnem Vistulam, bigi interiērē felici morte; alter ad diem Iulij septimumdecimū

*Jacobus*

*Iacobus Pielaskewicz*, è Masouia ortus, Coadiutor temporalis, annos sex & triginta natus, in Societate quatuor & decem. Alter ad diem septimum uicesimum eiusdem Iulij.

*P. Albertus Piotrovuski*, gente Subsiluanus, annorum triginta septem, & septem ac decem in Societate.

Pultouia ad diem vigesimum Iulij unus diem extreum eadem pulchrâ morte confecit.

*P. Lucas Radzikowensis*, ortus in Masouia, exactis in Societate annis vicenis quinis, vniuersim quadragenis quinis.

Vilna, vrbe principe Lithuania, terni hoc studium charitatis executi sunt. Primus ad diem sextum Augusti.

*P. Petrus Klukowuski*, gente Subsiluanus, annorum duodecim xaginta, & trium ac viginti in Societate. Alter ad diem eiusdem Augusti duodevigesimum.

*P. Gabriel Rzadkovuski*, natione Polonus, qui natu grandior in Societatem iam tum Sacerdos adscriptus, septem annos & decem in ea vixit, usque ad annum unum etatis & sexagesimum. Postremus ibi die septimo Octobris occubuit.

*Ioannes Spirabu*, domo Prutenus, Coadiutor temporalis, sexto trigesimo etatis, decimo Societatis anno.

Graudenti, oppido Prussia ad decimum Augusti diem à vita per pestem ab ægris sumptam discessit.

*P. Joannes Groskowicz*, è gente Roxolana, confessis in Societate denis stipendijs, annos natus tres & triginta.

Posnania verò quæ Maioris Polonie principatum habet, tres capita sua charlati déluota morti obtulere. Primus ad diem quartum decimum Augusti.

*P. Martinus Poborius*, natione Polonus, domo Cuiaviaensis qui quamuis etate deuexa (nam annum agebat septuagesimum secundum, Societatis duodequadragesimum, & ab accepto Spiritualis Coadiutoris gradu vigesimumquintum) magno sese animo in obsequium peste letorum obtulit; & illis annum iam alterum obsecutus, tandem ut se quoqne contactum sensit, humili prostratus, aspernatusque cibum ac potionem, quod iam nullius humanæ rei se dicere indigere, diem totum orando transegit, ac deinceps sanctissime demigravit, magno sui desiderio, nec minore sanctitatis opinione reliqua. Virtutes eius fuere præcipue Obedientia candor atque simplicitas; suimet ipsius contemptio; puritatis Angelicæ solers amulatio; paupertatis in vicu, cultuque corporis ad omnium.

vsque mirationem, consecratio, ut vestibus semper attritis atque obsoletis, calcitrâ strumenticâ cum vili stragulo, pro lecto, reliqua etiam supellecile omnium abieci simâ viceretur. Charitas in iuandis, expiandisque, tam egentibus in Nosocomijs, custodijs, hincetis; tam in sotibus sententiâ capitali damnatis. In summa, tanta virtus integritas & innocentia, ut illi quod in Sacramento Penitentiae remitteres atque absolueres, crebro vix ægrè comperires.

Alter ibidem Posnaniæ postridie, hoc est ad diem quintum decimum Augusti sublatus est

Jacobus Sober, natione Polonus, Coadiutor temporalis, annos quinque & sexaginta natus, quatuor & triginta ductis in Societate. Tertius diem duodetrigesimum eiusdem Augusti fortuitus est

P. Ioannes Trzemesnensis, item ut ille Polonus, sexagesimo octavo, altero & trigesimo anno Societatis.

Lomza duo confessi sunt: alter die vigesima Augusti

P. Ioannes Kosinski, oriundus è Masouia, natus annos triginta septem, & quindecim in Societate; alter ignoto die

P. Ioannes Miloncius, item ipse Masouita, septem & quadraginta annorum, sex & viginti in Societate.

## GERMANIA. CAPVT III.

Vnus Olomutij, duo Praga defuncti.

T Ut charitatis athletas dedit hoc anno Polonia, nunc Germania, Bohemiaque honesta funera percurramus. Et primum Olomutij quidem in Moravia cecidit ad diem Junij quintum & vigesimum

M. Georgius Pabelius, Scholasticus, domo Glatzensis, annos duodetriginta natus, septem exactis in Societate.

At Praga Bohemiæ princeps & triurbs binos extulit alterum ad diem vnum uice simum lulis: is fuit

P. Ioannes Faber, Germanus ex Eisfeldia, trium & quadraginta annorum, vindeuiginti in Societate, ab tribus in ordinem Spiritualium Adiutorum adscitus. Posteaquam diu Grammaticæ scholas explicuit, Ministrum alicubi primum, nunc verò Subregentem in Alumnaorum Cotuictu gerebat, cum eam domum lues occupauit. Potuit ille se libentibus admodum, probantibusque

Modera-

Moderatoribus periculo eximere : sed illa in consternatione maluit P. Regenti solatio atque auxilio esse; quem etiam moriendo preuerterit, & vitam religiosè actam egregio charitatis obsignauit officio. Eum aliquantulo fecutus est interuallo ad diem yndetrigesimum Augusti.

*Christophorus Neumer*, gente Boius, vnde sexaginta natus annos, trigintaquatuor in Societate, ante vicenos gradu Coadiutoris temporalis formatus, per omnia eius ordinis officia probatus, omnibus semper exemplo fuit, præsertim q[uo]d tempore socius ijs Patribus fuit, qui carceres, qui Nosocomia conuiserent, qui reos in supplicia comitarentur. Societate ab Hæreticis perduellibus è Bohemia proscripta, Romam ipse delatus est, vbi eius integritas morum, sanctaque simplicitas admirationi fuit, & voluptati : ed præsertim, quod à quamplurimis vocatus ad pileum Clericalem, constanter eam ipse libertatem respuerit, ordini suo incongruentem ratus, insolens eius honoris apud gentem suam. Proficisciens eam ab Præposito Generali, suam illi exhibente benignitatem, vnam illam flagitavit gratiam, vbi ut semper in Societate liceret nullâ eximiâ indulgentiâ, nullo priuilegio viuere ; expertum adhuc fese, sperareque deinceps experturum omnes Superiores verè Patres, qui obsequenti filio nihil suissent, nihil situri essent deseri. Sic in Provinciam postliminio reuersus, dum pestilenti tempore se proximis ægris impendit, lue coriæptus, luctatusque aliquantis per, tandem victor prostratus est.

#### C A P V T I V .

##### *Vnus Crumlouij sublatuſ.*

**N**on abibo à Bohemia, quin alterum his duobus, quamvis aliquo temporis interductu, coniungam, qui Crumlouij ad sextumdecimum Octobris diem, post paucos certaminis dies adiit, ut spes est, gloria immortalitatis. Is fuit

P. *Iohannes Janus*, natione Germanus, domo Corpensiensis in Lusatia. Etatis annum exegerat octauum supra quadragesimum, ab inita Societate vicesimum, in Coadiutorum Spiritualium classem adscitus. Varijs in ea muneribus obitis, Ministri, Concionatoris, socij Magistri nouitorum, Confessarij domi, forsique, vbi que rei bene atque ex officio geste laudem obtinuit. Olim è Tiro-

amorem excitabat: Cum Leodij Syntaxin adolescens doceret, iam tum passim clarescebat opinione sanctitatis. Postquam se charitatis in tabidos officijs dedidit, vix quindecim luxere dies, cum pridie Nascentis Deciparæ Virginis, quo die sibi ob eiusdem Virginis honorem inediā indixerat, peste corripitur, & tertio post die extinguitur, decimo scilicet eius mensis Septembris, etatis suæ anno altero quinquagesimo, ab initia Societate, in qua tria vota, solemnia tredecim ab hinc annis ediderat, vndetricesimo. Ingemit Civitas eius morte, vulgata; & cum per frequentissimas vias funus duceretur, adeò non horruit populus; ut solemnè pompe vix posset transitus aperiri; nihil à sancto corpore se reformidare contagij dicentibus; venerantibus alijs flexis genibus, alijs ad tumultum usque festâ acclamazione prosequenteribus. Solemnies exequæ illi primùm seorsim à Parochis, mox ab uniuersis coniunctim factæ sunt: & ex illa die pesti mora, quod P. Perpetuus futurum prædixerat, iniecta est.

Traiecati ad Mosam in eodem instanti opitulaadi munere diem suum, hoc est, quartumdecimum Septembris confecit;

*Bartholomeus Ghesteels, Belgæ, Viluordiæ oriundus, Coadiutor temporalis, annis in Societate tricenisi ex quinquaginta quinque vitæ, confessus.*

## POLO NIA. CAPIT. V.

*Leopoli tres i. unus Premisi, i.e., desiderati.*

**D**uplicauit priorem numerum strages in Polonia, & quaternum omnino capita sua ornata charitatis insigillis, terma Leopoli ex ordine: unum deinceps. Premisi, sistulit. Prinus ad diem trigesimum Septembris occidit:

*P. Andreus Kubo, gente Prutenus, quartus & quadraginta natus annos, altis in Societate vicenis. Alter ad diem nonum Octobris.*

*Marcus Zuzulensis i. natione Polonus, domesticorum ministeriorum Aduitor, annorum duodecim tragica, duodecum in Societate. Tertius die tercia & vigesimali Octobris abiit.*

*Matthias Plocensis, è Maloniæ Polonia. Provinciorum Coadiutor isidem temporalis, altero & quadraginto etatis, duodecimo societatis anno. Quartus denique Premisi, vnde uice primo Nonembbris die emigravit.*

*Albertus*

*Albertus Bhdkoniski*, è Podolia, quae & ipsa Polonia Provincia est, annos natus quatuor supra quadraginta, sed octo duntaxat in Societate versatus, in qua patiter ipse seruilia obsequia tractauit.

ANNVS M. DC. XXI. LV.

SICILIA.

Panormi sublati tres.

**P**Anormum urbem Sicilie pulcherrimam atque elegantissimam fœde violauit hoc anno quarto currentis seculi supera vigesimum lues illata per corruptas merces ex Africa. Sed eam S. Rosalia, ciuis, Virgo Regia, cuius in vicino monte, cui Peregrino vocabulum est, inde fortasse, quod in eo ipsa dudum peregrinata, vel domo peregre commorata, & commortua sit, eius ibi corpus insperantibus & quarentibus alia fossoribus, post annos circiter quadragesitos, inventum est, à lue vindicauit. Luculentam infectis operam Nostri prestitere trés in eo scrutio actam cum laude ultam posuere. Primus ad diem alterum viceminus Iulij; is fuit

*Iacobus Amatus*, Siculus, Catinus natus, Coadjutor ad opera domestica, pietati, obedientiae, mortificationi deditissimus; annum agens ætatis tertium & tricentum, nonum Societatis. Alter, qui postridie, hoc est, tertiuicessimo Iulij obiit, fuit

*P. Iosephus Curtius*, Siculus item, sed ortus Panormi, vir moralium grauitate, & religione venerabilis, quatuor vota professus, vnde sexaginta natus annos, ætatis in Societate tricensim binis & nona dignitate functus. Postremus occubuit die quinta Septembbris

*P. Hieronymus Calderarius*, Siculus etiam ipse, ex oppido S. Marci, qui annos vicenos, ex quadragenis binis ætatis, traduxerat in Societate, moribus compositissimis, & suavitatem manu factum ornatus, quatuor votorum solemnii professione denique.

Addo his (quando suo loco omisus est) anno 1575. 28. Martij Messanæ simili morte nobilitatum *P. Angelum Sibilla* maiorem, in Diœcesi Messanensi natum, tam vita innocentia, quam ardentissimam in Deum charitate Angelici sui nominis laudes egregias imitatum.

GERMANIA. CAPUT II.

Virus in Moraviae eruptus, 3 duo Moguntia.

**M**oraviam annus superior male habuit pestilentia: ea hunc etiam in annum protelata, vnum e Nostris insignem atque industrium operarium Hranizij, quod oppidum ad Franciscum S.R.E. Cardinalem à Dietrichstaedt pertinuit, deprehendit, atque ægris dantem operam illigauit, atque ad diem tertiumdecimum Augusti confecit. Is fuit

P. Ioannes Scutellanus, Ostraniae ipsa in Moravia natus, qui annos vicenos ternos in Societate traduxit è quadragenis quinis, quos yixit, cum religionis commendatione, gradum fortius spiritualis Coadiutoris. Litteras humiores diu juuentutem edocuit; & eandem Latinis concionibus ad virtutem in Academia formauit. Subinde Hranizium allegatus est aduersus Heresies depugnaturus; eique biennio, 1619, detraxit quamplurimos, & conciliavit Ecclesie; donec illatâ in eam urbem populari Iuc, Parochi munia moribundis exhibenda suscepit; quoad impetu charitatis abruptus, neque sui recordans periculi, neque opera aut vita parcens, virus ab infectis haustus, & triduo consecutus est, priusquam è proximo acciri posset, nam in loco non erat quisquam, à quo la- cris curaretur praesidijs. Sed illi charitas, quâ nulla potior curantia est, pro mysterijs emortualibus abunde fuit. Humatus eo in templo est, vnde Ministellum nuper exegerat, ibique ante aram maximam solemni pompâ depositus.

Moguntia hoc in eodem charitatis exercitio duo vitam absoluerunt, omni commendatione digni: prior ad diem trigesimalum Octobris

P. Ioannes Mering, Germanus, ortu Colonensis: alter ad diem postridie Calendas Nouembris

Ioannes Esh, itidem Colonensis, Coadiutor Temporalis, annos duodecim septuaginta natus, quatuor actis & quadraginta in Societate: neque de his quidquam præterea mihi exploratum est.

## POLONIA. CAPVT II.

## Ocloni in Polonia extincti.

**S**VAS quoque superioris anni reliquias habuit grassantis pestilentia Polonia; & Lomze quidem triumphauere de morte omnino quinque: primus Augusto mense, sed obscurum quo die.

P. Paulus Piansius, è Provincia Poloniae Masouia ortus, Florenti aetate annorum tricennum quinum, & septendeci denum in Societate. Alter postridie Cal. Septembbris eum secutus est

P. Iohannes Przedzdiecki, & hic è Masouia, totidem cum priore natus annos, sed tredecim actis in Societate duntaxat. Eum exceptit proxime ad diem septimum Septembris

P. Iohannes Gogolevuski, itidem Malouita, unde quadraginta annorum, unde uiginti in Societate stipendiorum. Quartus ad diem septimum vigesimum eiusdem Septembris successit

P. Stanislans Kuczevius, Masouita quoque ipse, quatuordecim in Societate de triginta septem aetatis, annorum. Postremus hoc clausit agmen, die undecima Octobris

Nicolaus Gruda, Coadiutor temporalis, nono aditae Societatis, quadragesimo nono anno aetatis.

Derpati, quæ Liuonia ciuitas est mercaturâ nobilis, sed pertinacce in Catholicam Ecclesiam perfidiâ, Calendis Septembribus, dum curandis agris dat operam, extinctus est

P. Iohannes Osmitius, è Masouia ortus, annorum duodecim septuaginta, & quadraginta quatuor in Societate.

Gedani, quam clari nominis ob mercaturam, tam fœdi ob haeresim, vrbe Prussia, haud procul fauces amnis Vistulae, dum suam operam sponte ad auxilium pestilentium oblatam, comparatus prius per generalem exhomologesim, & spiritualia exercitia, egregie nauat, in eo charitatis officio animam posuit die septima Septembris

P. Simon Suvietek, natione Polonus, anno aetatis quadragesimo quarto, septimo vigesimo Societatis, octauo ab hinc in gradum eiusdem Spiritualis Coadiutoris. In eo viro admirabilis fuit animi demissio, permotionumque animi omnium sedatio. Non raro licentiam extorquebat à Moderatoribus, ut sibi liceret, vel iam tum Sacerdoti, libentibus illis atque annuentibus, communia domi lassana, clam socijs, cluere; cuerendie ambulationibus aliorum operam

operam anteuertere; mendicabula in fmetis obliqueſcentia ſtipe & pio ſermone recreare. Sæpè in coenatione verberare ſe publicè: ſi quem à ſe crederet, ſumptu verbi alicuius offenſione, alieniorem, ſupplex prouolutus in genua deprecarī. Animarum zelo tantoperē feruebat, ut haberet in voluptate ad regnos noctu accessit; pauperes infirmos viſere atque expiare. Multū apud omnes & conſilio valuit, & facundiā, & acerbas animorum moleſtias uno ſapè verbo deterſit. Paupertatis eius ſtudium vel hoc vno ab exemplo didiceris; quod à Monialibus, quibus ad officia ſpiritus iſpum, decennium frequens ſervicerat, nihil vñquam munulculi, ut affollet grati animi ſtudio, admiferit; negaritque vllum ſibi xtreum ſuppetere numisma, ſolitum pietatis ſigillum, quod, cum ab le postula-reetur, præbere poſſet: adeò terum omnium penuria erat. Otium, atque desidiam pefſimè detestari; & quidquid à procuratione proximorum reliqui temporis eſſet, id alijs negotijs impiger impen-dere. Tam exactè ſcilicet ſuas temporis, atque officij rationes putabat.

Alenſtainij demum, quod etiam iſpum in Prussia oppidum eſt prope Brunſbergam, ad diem decimum Octobris ſublatus eſt

Matthias Bock, natione Germanus, altero tricesimo ætatis, Septimo ſucepto Societatis anno.

## GALLIA. CAPVT III.

Parisijs creptus unus.

**S**um quoque Lutetia Pariforū charitati tributum pependit, ubi Septembri mense, ne Belgis popularibus suis, ne Germanis, ne Heluetijs in extrema linea contigit, quorum per conſuetuta Societatis officia iuuandorum gratia ibi versabatur, vllâ operâ deeſſet, occubuit

P. Adamus Hnari, domo Luxemburgensis. Is enim, ut duorum, qui peſtentia iecti, iacebant destituti præſidio, Confessiones exciperet, euocatus, ab illis mortuum hauiſit, quod quartum ad diem, ipſo ætatis in flore conſecutus eſt, annum agens septimum, post tricesimum, ab ingressu in Societatem ſextumdecimum. Mu-lta viſi mansuetudo fecit amabilem vniuersiſ. Ita ſtndere proximiſ, ut quod commodaret omnibus, neque labori parceret, neque moleſtiae. Viſus eſt per x ſtatem haud ſemel, cum ardeſſent omnia calori-

caloribus, ipso meridi; atque adeò summio in xstu, ad bina, ternae exire millaria, vt motibundum sua gentis nescio quem Sacramento Poenitentiae impertiret, eum nullus esset alius in propinquuo, qui ob sermonis peregrinatatem illi posset operam dare. iam, verò quānam ille supremo in morbo fecerit, quaque dixerit, illi consentanea tempori, longum esset tametsi coniunctum eximia cum pietate, singillatim referre. Nunc profliteri, maximè id sibi acerbū esse; quod tot annos, quos in Societate vixisset, haud satis studiisset is esse, quem oportuerat, sanctaque eius leges iubebant. Nunc orare, obtestaque eum, qui sibi ministraret, ut suo nomine, sociorum singulos conueniret; & veniam ab ijs lapplex posceret, si quid in aliquem fortè prauo exemplo peccasset. Alias Deo supplicare tanto animi sensu, ut mirum esset, in tantis, in tamque acutis doloribus, adeò præsentis animo esse posse. Id autem inter cetera repetebat identidem: *Adauge laborem, Domine, sed add patientiam;* & illud, *Dominus est; quod bonum est in oculis suis, faciat;* & his ipsis in verbis placidissime expirauit.

ANNVS. M. D C. XXV.

## SICILIA. CAPVT I.

*Vnus Panormi desiderans.*

**M**Agnum hic annus xiiij currentis quintus vicesimus stragem, Sociorum sed bene fortunatorum, dedit, in Septentrionalibus praesertim Provincijs, quatuor: vix aliquam reliquit sa- neris & clavis immunem. Sed prius eas quam perenqms, unus in Sicilia prætereundus non erit, quem annus anterior reliquum fe- ccerat, extititis. Panormi sequosim luxuriantem. Is iocem loci ad dicim nomen Febreratio occuluit. Nomen illi sicut.

*Toules Peptif. M. a. r. a. patia ipsa Sicilia; in pecunia plena, quod Falacri in Graecia vocant, confici. Conditum etenim yorales, labor assiduus, et aeternitas, ita diuam precas otis.*

## POLONIA.. CAPVT II.

Viceni varijs locis in Polonia mortui.

**P**Olonia apprimè ferax palmarum fuit, vicenis omnino varijs in locis uno hoc anno desideratis, quos ex celo victimas charitatis dedit. Primus in Prussia Gedani die duodecimelimo Martij compos eius gloria extitit

*P. Simon Vyalerns*, patria Prutenus, qui quadragenarius Societati aggregatus annos utiliter vndenos in ea transgit.

Varlauiae, quæ Regni in medio sedes hodie Regum est, quinque illigari peste ab ægris collectâ interempti sunt. Agmen ad diem alterum Maij & vicesimum duxit

*P. Joannes Prusnoyuski*, oriundus è Masquia, quatuordecimus duntaxat in Societate emeritis stipendijs, quam tricennarius quinarius iam tum Sacerdos adierat. Successit postridie

*P. Ioannes Zechovvici*, gente Polonus, temporalis Adjutor, annorum vnius & triginta, & tredecim in Societate. Excepit tertius die sextâ Junij

*P. Ioannes Mrozovvici*, è Masouia, Coadiutor itidem domesticus, annorum tricequum ternum, septenatum in Societate. Quartus subiit ad diem septimum decimum Iulij

*P. Andreas Volurap*, domo Prutenus, annorum quatuor & quinquaginta, trium in Societate supra triginta. Clausit hic agmen die vnde trigesimo Iulij

*P. Martinus Scerbinius*, natione Polonus, annos natus duodequinquaginta, sex & viginti versatus in Societate.

Torurnij, quæ mediterranea vrbs Prussia est, Vistula imposita, sed impensis atque alienis à fide Catholica erroribus obsita, vnuus ad diem vigesimum quintum Junij hoc charitatis certamine perfunctus est

*P. Gaspar Patynkovvici*, natione Polonus, ternos duntaxat annos in Societate, sed cum laude, versatus.

Rauæ, quod oppidum Malouiae est, vnuus item eodem ipso quinto & vigesimo Junij die occubuit

*P. Stanislaus Vieluncensis*, gente Roxolanus, annos ætatis tres & triginta censens, duodenos in Societate.

Plociæ, quæ item ipsa eiusdem Provincie vrbs est ad amnem Vistulam, binii interierè felici morte; alter ad diem Iulij septimumdecimè

*Jacobus*

**Iacobus Pielaskewicz**, è Masouia ortus, Coadiutor temporalis, annos sex & triginta natus, in Societate quatuor & decem. Alter ad diem septimum uicesimum eiusdem Iulij

**P. Albertus Piotrovuski**, gente Subsiluanus, annorum triginta septem, & septem ac decem in Societate.

Pultouia ad diem vigesimum Iulij vnuis diem extrémum cädens pulchrâ morte confecit

**P. Lucas Radzikowensis**, ortus in Masouia, exactis in Societate annis vicenis quinis, vniuersim quadragenis quinis.

Vilna, vrbe principe Lithuania, terni hoc studium charitatis executi sunt. Primus ad diem sextum Augusti

**P. Petrus Klukovuski**, gente Subsiluanus, annorum duodecim, xaginta, & trium ac viginti in Societate. Alter ad diem eiusdem Augusti duodeuigesimum

**P. Gabriel Rzadkowuski**, natione Polonus, qui natu grandior in Societatem iam sum Sacerdos adscriptus, septem annos & decem in ea vixit, usque ad annum unum etatis & sexagesimum. Postremus ibi die septimo Octobris occubuit

**Ioannes Spirabus**, domo Prutenus, Coadiutor temporalis, sexto trigesimo etatis, decimo Societatis anno.

Graudenti, oppido Prussiae ad decimum Augusti diem à vita per pestem ab ægris sumptam discessit

**P. Ioannes Groskovicz**, è gente Roxolana, confessis in Societate denis stipendijs, annos natus tres & triginta.

Posnaniæ verò quæ Maioris Polonie principatum habet, tres capita sua charitati déluota morti obtulere. Primus ad diem quartum decimum Augusti

**P. Martinus Poborius**, natione Polonus, domo Cuiauiensis qui quamuis etate deuexa (nam annum agebat septuagesimum secundum, Societatis duodequadragesimum, & ab accepto Spiritualis Coadiutoris gradu vigesimumquintum) magno sese animo in obsequium peste iætorum obtulit; & illis annum iam alterum obsecutus, tandem ut se quoque contactum sensit, humi prostratus, aspernatusque tibum ac potionem, quod iam nullius humanæ rei se dicere indigere, diem totum orando transegit, ac demum sanctissime de migravit, magno sui desiderio; nec minore sanctitatis opinione reliqua. Virtutes eius fuere præcipue, Obedientia candor atque simplicitas; suimet ipsius contemptio; puritatis Angelicæ solers emulatio; paupertatis in vita, cultuque corporis ad omnium

usque mirationem, confessatio, ut veribus semper attritis atque obsoletis, calcitrâ stramentitia cum vili stragulo pro lecto, aliquâ etiam supellestile omnium abiectissimâ vietur. Charitas in iuuandis, expiandisque, tum egentibus in Nosocomijs, custodijs, fmetis; tum in soutibus sententiâ capitali damnatis. In summa, tanta virtus integritas & innocentia, ut illi quod in Sacramento Penitentia remitteres atque absolueres, crebro vix ægre comperires.

¶ Alter ibidem Posnaniæ postridie, hoc est ad diem quintum decimum Augusti sublatus est

*Jacobus Sober*, natione Polonus, Coadjutor temporalis, annos quinque & sexaginta natus, quatuor & triginta duciis in Societate. Tertius diem duodetrigesimum eiusdem Augusti fortuitus est

*P. Ioannes Trzemesnensis*, item ut ille Polonus, sexagesimo aetatis, altero & trigesimo anno Societatis.

*P. Lomza* duo confecti sunt: alter die vigesima Augusti

*P. Ioannes Kofinski*, oriundus è Masouia, natus annos triginta, septem, & quindecim in Societate; alter ignoto die

*P. Ioannes Miloncius*, item ipse Masouita, septem & quadraginta annorum, sex & viginti in Societate.

## GERMANIA. CAPVT. III.

*Vnus Olomutij, duo Praga defuncti.*

**T**ot charitatis athletas dedit hoc anno Polonia, nunc Germania, Bohemiæque honesta funera percurramus. Et primum Olomutij quidem in Moravia cecidit ad diem Iunij quintum, & vigesimum

*M. Georgius Pabelius*, Scholasticus, domo Glatzensis, annos duodetriginta natus, septem exactis in Societate.

At Praga Bohemicæ princeps & triurbs binos extulit alterum ad diem vnumuicessimum Iulij: is fuit

*P. Ioannes Faber*, Germanus ex Eisfeldia, trium & quadraginta annorum, vindeuiginti in Societate, ab tribus in ordinem Spiritualium Adiutorum adscitus. Posteaquam diu Grammaticæ scholas explicuit, Ministrum alicubi primum, nunc vero Subregem in Alumnorum Cotuiuctu gerebat, cum eam domum lues occupauit. Potuit ille se libentibus admodum, probantibusque

Modera-

Moderatoribus periculo eximere; sed illa in consternatione maluit P. Regenti solatio atque auxilio esse; quem etiam moriendo preuerit, & vitam religiosè actam egregio charitatis obsignauit officio. Eum aliquantulo securus est interuallo ad diem yndetrigesimum Augusti.

*Christophorus Neumer*, gente Boius, vnde sexaginta natus annos, trigintaquatuor in Societate, ante vicenos gradu Coadiutoris temporalis formatus, per omnia eius ordinis officia probatus, omnibus semper exemplo fuit, præsertim quo tempore socius ijs Patribus fuit, qui careceres, qui Nosocomia conuiserent, qui reos in supplicia comitarentur. Societate ab Hæreticis perduellibus è Bohemia proscriptâ, Romam ipse delatus est, vbi eius integritas morum, sanctaque simplicitas admirationi fuit, & voluptati; eò præsertim, quod à quamplurimis vocatus ad pileum Clericalem, constanter eam ipse libertatem respuerit, ordini suo incongruentem ratus, insolens eius honoris apud gentem suam. Proficisciens eam ab Preposito Generali, suam illi exhibente benignitatem, vnam illam flagitauit gratiam, vbi ut semper in Societate liceret nullâ eximiâ indulgentiâ, nullo priuilegio viuere; expertum adhuc fese, sperareque deinceps experturum omnes Superiores verè Patres, qui obsequenti filio nihil siuisserint, nihil situri essent desieri. Sic in Provinciam postliminio reuersus, dum pestilenti tempore se proximis ægris impendit, lue corieptus, luctatusque aliquantis per tandem viator prostratus est.

#### C A P V T I V .

##### *Vnus Crumlouij sublatus.*

**N**ON abibo à Bohemia, quin alterum his duobus, quamuis aliquo temporis interductu, coniungam, qui Crumlouij ad sextumdecimum Octobris diem, post paucos certaminis dies adiit, ut spes est, gloria immortalitatis. Is fuit

*P. Ioannes Janus*, natione Germanus, domo Corpensiensis in Lusatia. Etatis annum exegerat octauum supra quadragesimum, ab inita Societate vicesimum, in Coadiutorum Spiritualium classem adscitus. Varijs in ea muneribus obitis, Ministri, Concionatoris, socij Magistri nouitiorum, Confessarij domi, forsique, vbi que rei benè atque ex officio gestæ laudem obtinuit. Olim è Tiro-

cinio ob affectum pedem, ad liberiorem Medicorum curam emis-  
sus, cum recrudescens pertinacia vulneris nullo malagmate, vel  
industriâ se vinci pateretur, veritus ne redditum haud ita facilè ad  
nos esset nactus, supplex cælesti Medico præsentiorē opem exo-  
ravuit; in qua sanitatem, quam humanâ in arte desperauerat, cele-  
riter inuenit. Igitur Philosophia cursu, quem orsus erat, feliciter  
ad metam deducto, ad Societatem postliminio redijt; in qua velut  
agnata virtutum indeole sic unus eluxit, ut si singulis impensè stu-  
duisset; ita excelluit singulis, ut altera dubiam alteri palinam face-  
ret. Singularis cum primis animi, morumque modestia, quam &  
canities venerabilem, & ingens cuique gratificandi studium atque  
alacritas, mirificè gratam, amabilemque faciebat. Grassante per  
eam urbem contagiosa tabe, nihil antiquius, neque potius sibi esse  
sicut, quam ut adeò illustrem, tot votis expeditam benè de proximo  
merendi occasionem, vtrâque, ut aiunt, manu prehenderet, &  
certo discrimine veram Societatis indeolem exploraret. Primis iñ-  
lis noctibus, poste aquam à Sociorum consuetudine in pestiferorum  
obsequium segregatus est, visus est in area Collegij, multo iam  
noctis, inambulare, brachijs modo protensis, modo in crucem vel  
expansis, vel pectori admotis, ductis ex imo corde suspirijs, vultu  
in calum erecto, Deo se viuentem hostiam deuouere. Neque ad  
irritum ecedit eā deuotio. Ante mensem euolutum in eius se vi-  
scera infudit contagio, quam nulla valuit medicina sopire. Voluit  
extinctum Rector Collegij, ut ijs temporibus solet, humo per ob-  
scuræ noctis silentium mandare. Verum Senatus id ybi subsensit,  
fieri vetuit; deberi pompam patriæ Patri, deberi publicas inferias.  
Itaque vespillonibus omisis humeros Viri Senatorij funeri suppo-  
suere; alii præluxere funeralibus; adhibita sacra symphonia, & Cleri  
supplicia; atque ex Ecclesiæ ritu parentatum est.

## C A P . V T . V .

*Septem alibi per Germaniam desiderati.*

**F**vere varijs per Germaniam locis, dum se charitatis impetu  
dant in discrimen, solandis, iuuandisque contagione viria-  
tis hominibus, septem è socijs, honestam executi mortem, quo-  
rum obiter hic nomina, quando vix aliiquid præterea nancisci po-  
tui, deinceps reddam. Primus ad Crucenacum in tractu Rhe-  
nano

nano ad diem duodecimum Augusti præiuit cæteris.

P. Petrus Cremierius, patriâ Iuliaçensis, in inferiore Germania; duos supra triginta natus annos, duos supra decem in Societate. Duo Viennæ, alter Septembri ignoto die, alter etiam ignorato mense; sed penè fuisse morte coniunctos, non dubito. Alter eorum fuit

P. David Ferner, natione Germanus, domo Dambs Vvegenfis, uno & tricesimo ætatis, decimo Societatis anno. Alter

Marcus Hilleprands, è Provinciâ Germaniæ Styria, adhuc no-

uicius, vnum in Societate duodeuigesimum ætatis annum agens.

Successit Heripoli in Franconia die sextadecima Septembribus

P. Reiherus Sebastiani, gente Germanus, patria Dickirchani-

nus, annorum duodequadraginta, tredecim in Societate. Haud

longo interuallo secutus est Monasterij Vycsthaliz, ad vndeuge-

sum diem Septembribus

Christophorus Koch, Germanus, Strombergensis, annorum

vndeueiginti duntakat, & duorum in Societate. Proxime hunc,

Calendis Octobribus è vita cessit Aquisgrani

P. Hermanus Hagdorn, oriundus Embricâ ad inferiorem Rhe-

num sito oppido; qui annos egerat in Societate vicenos, vniuer-

sim ternos & quadragesimos. Denique postremus Aschaffenbur-

gi, oppido Mæno amni imposito ad diem quartum Nouembribus de-

migravit

P. Joannes Evangelista Gortnerus, cuius ne patriam ego quidem,

neque ætatem potu vestigando cognoscere.

## BELGIVM. CAPVT VI.

### Duaci tres interempi.

B Elgio suam laudem in communi calamitate complures asserue-  
runt, gloriosâ morte perfuncti. Chorum duxere Duacenses,  
tergemino funere decorati. Primus postridie Calendas Augusti ex-  
his tenebris in illam lucem sempiternam excessit

P. Nicolaus Dñ Pont, Belga, domo Tornacensis, uno quadra-  
gesimo ætatis, duodeuigesimo Societatis anno, Vir summis atque  
imis iuxta carus, propter insignem vitæ probitatem, cum præcipua  
in dirigendis conscientijs facilitate, industriaque coniunctam.  
Elucebat in eo modestia, comitas, mentis bene libi conscientia  
secu-  
titas

ritas & candoris, aetate & familiaris animi cum Deo coniunctio, iuuandi proximi festor, & morte & vita ipsius impatiens; quo charitatis igne incensus sic exarsit, ut cum propter paucos insectos periculum proprium minimè videretur adeundum, iussusque propterea esset eminus & griseus adesse, statim ipse comitus accedendi facultatem vehementer poposcerit, & impetrabit. Deinceps vero ita in opus incubuit, ut malo breui contracto perecliter extinxus obierit. Pridie eius diei, quo die de medio abiit, sub sacram Vnctionem, percupide efflagitauit, suo ut nomine gratia P. Proutinelli maxime redderentur, quod se nobilem illam in palestram misserit; deinde ut suâ vice quispiam in cenaculo erratorum veniam a socijs posceret: demum ut a Deo precibus socij contenderent, ut se ad mortem usque faceret in Diuina voluntaris ac prouidentiae suu conquiescere. Proximus excessit die nonâ Septembbris

P. Ioannes Chisaire, Belga, Montibus Hannonia ortus, annorum undequadraginta, ex quibus in Societate viginti transgebat. Is cum insignem animi ardorem atque alacritatem ad hoc sanctum iuuandorum pestilentium munus presulisset, priusquam se illò conferret, pauperibus una congregatis publicè libentibus Superioribus sportulas dispergiuit, ad eosque in compitis adhortationem egregio animi sensu habuit. In eodem officio, ea sua in agros charitatis, modestia item & mansuetudinis edidit egredia documenta, ut magnam sui admirationem passim in ciuibus excitaret, atque ex admiratione benevolentiam amoremque procieret: tantoque in eum fuere studio, ut postquam contagio afflatus est, cum solito diutiis aegritudine teneretur, neque conualescendi spes breuis existeret, atque ab aliorum Patrum contubernio, qui pestilentiis nauabant, videretur esse separandus, ne illorum consuetudo noxae foret, domo suâ pro se quisque vicini Ciuium illi cedere contendebat, ut tam bouii Patris, quemadmodum aiebant, vita ac valitudini consultum irent. Successorem eius muneric in eam sibi conditionem dari sustinuit, ut si vires integrascerent, suum ipse quantocvus in locum rediret. In morbo sepius exiuit è potestare mentis; quo tempore insignis eius morum sanctimonia patuit, & singularis in Deiparam amor atque veneratio. Nihil tum illi frequentius in ore esse, iis eiusdem Virginis elogis, quæ Lauretanis Litanijs comprehensa sunt, Excitabat identidem in animo suo cupiditatem migrationis, iis verbis: *In dominum Domini latentes ibimus;* videbaturque futuræ post hanc mortalem vitæ quandam

iam

iam tum dulcedinem prægustare, animumque aberrantem solis pietatis officijs oblectare. Tertius ad diem tertium uigesimalium Octobris secutus est

P. Ioannes Bachelet., Dionanti natus in Eburonibus, annorum octo & triginta; in Societate septem & decem; vir magno animo, atque inuisitâ constantiâ, quam ad ultimum usque spiritum æquabilem semper officio retinuit. Animam cum iam ageret, adstantem socium, qui cum preces fundebat, ita nouissimis verbis affatus est: *Ego deinceps, carissime frater, loqui nequeo, tu perge tamen orare pro me: & mente ad Deum conuersâ, horæ supremæ præstolatus est; nec longè postmodò placide mortem occupauit.*

C. A. P. V. T. V. I. L.

Dionanti desiderati sex.

**D**ionantum Eburonum est oppidum abunde frequens, Mox amni impositum; ibi sex Nostrî pio in opere mortem appetivere. Primus unde uigesimali Augusti die P. Guilielmus Frerart, finitimo illo in tractu Givetî natus, annorum duodesexaginta, vicenum binum in Societate. Totos illos nouem annos, iam Sacra dos & Dionantensis Canonicus Societatis copiam sollicitârat, priusquam illius particeps fieret. Excelluit animi singulari candore, zelo animatum, & mira in comparandis ad mortem ægrotis industria; à quo illum officio nullum neque morbi genus, neque personarum obscuritas & abiectione, nulla molestia absterrebat. Ingerere se utrumquamque in domum, ubi ægri essent. Ad infectorum peste obsequium ita se ardenter contulit, vt domo, in quam è nocte reciperet, nondum parata, maluerit morte impatiens pernoctare sub dio, quam vnicam, ut aiebat, animam in salutis dilectione reliquam facere. Alter ibidem pridie Calendas Septembres excessit è medio-

**I**oannes Hazart, patriâ indidem, anno sextoticesimo ætatis, quintodecimo Societatis, Coadiutor temporalis, diligentia & virtutum aliarum exercitatione Societati suo in gradu ex sententia probatus. Tertius successit die quinta Septembres

**Nicolans de Bry**, eadem patria, eodem orline, sed annorum quinquagenum, in Societate septenum; orationi tantopere deditus, ut quidquid aliunde temporis natus esset, eadem impenderet.

Quar-

Quareus post hunc postridie obiit, hoc est, die sexta Septembri

P. Hugo de Noyelles, Belga, Bethuniæ natus, annorum septem & triginta, ex quibus egerat vnde viginti in Societate, miti vir ac placidæ indole, eaque modestiâ, vt quendam sanctitatis sensum lè intuentibus afflare videretur. Quam in seipsum durior & inolem-tior, tam benignior faciliorque in alios. In motibus, inque colloquijs iuxta humanius & grauis; acris custodia sensuum. Ea vultus hilaritate isti se formidoloso ministerio obtulit, vt ciceret alijs lacrymas; & moriens reliquerit ingens sui desiderium. Die quartodecimo Septembri excessit quintus

Henricus Molineau, Molinensis, ætatis quinto trigesimo, Societatis quarto, Coadiutor temporalis; carus semper, acceptusque omnibus tum animi candore, tum promptâ benè de omnibus merendi voluntate. Incredibile quam pijs colloquijs teneretur, quam orandi crebritate, non raro lacrymis temperata. Nostris abeuntem valere iubentibus, hilari vultu mortem negabat ed se reformatre, quia quod brevior ea foret, ed cœlestis etiam fore sibi gloria celeriore usuram. Postremus denique obiit octavo vicesimo Septembri die

P. Ioannes Andrieu, Insulensis è Flandria, uno & quadragesimo anno ætatis, septimodecimo Societatis; flagrantissimo salutis hominum studio, adeoque aspirans ad Deum, vt acerbam duceret vitam longiore, & curationem corporis ægrè admitteret, ita securè dictans: Si Deo fruendum aliquando, cur non illico, cur non modo?

### C A P V T V I I I.

Insulis duo; unus Atrebatii, mortui.

**I**n suis, Flandorum vrbe iuxta frequente atque opulentâ, ingrauescente, qua se anno præcedente præmonstrauerat, contagione, postulatu Magistratus, expositi sunt, & fortiter eâ in palestra dimicantes occubueré duo: prior die tertio vicesimo Augusti

Michaël de Lattre, oppido Lanoyo in Belgio ortus, Coadiutor temporalis; annorum septem supra triginta, quindecim exactis in Societate. In huius vita fuit illud eximiun, & magna laudis in parte ponendum, quod Ianitoris munere septem annos ipsos impigre sedulq[ue] gesto, precationis, in operosa, perpetuâque conuersatione,

memor

memor ita semper extiterit, ut vita eius assidua visa sit esse comprehensio. Nimirum obuersabatur ei perpetuò Alphonsi Rodriguez, quem studio haberet æmulari, memoria, cuius exemplo obsequenter animum ad id pietatis genus induceret. Omnibus incessit lectiis, vbi obtigile sibi vidit infectos peste iuuandi prouinciam, quam flexis genibus ambitiosè poposcerat; cuiusque adipiscendæ gratiâ frequenter sacras epulas, vt ipse aiebat, adierat: atque ex eo tempore, quo voti compos est factus, illud obtinuit, vt eadem se dape quotidie, vel potius in dies singulos posset instaurare. In eo vero ministerio ita se religiosè atque ex officio gessit, vt Pater ille, cui socius fuerat, scriberet ad Superiorem, cum verè non hominem, sed Angelum videri potuisse. Alter die quintodecimo Septembris de medio excessit.

P. Guilielmus Bartier, Insulis ortus, annorum quatuor & quadraginta, cuius dimidium egerat in Societate, & varijs in munerebus nauum se operarium domi militiaeque præstiterat. In Confessionibus audiendis assiduus, animarum prædam constanti patientiâ opperiebatur. In pauperibus adeundis, solandis, in corrogandâ, erogandâque stipe usque adeò diligens, vt Pater pauperum totâ vrbe audiret. Nullus cum labor in visendis Nosocomijs, ægris que ad tolerantiam firmandis, frangere; nullæ molestiæ fatigare, nulla peruigilatio languefacere. Denique in charitatis officijs freni semper indiguit, non stimuli. Diu curam à Deo pestiferorum inter litandum postulauit; qui diuinâ in exercitatione, dum sui profusus, alijs se totum impenderet, perculsus ipse transiit ad vitam immortalitatis.

Atrebati, quæ caput Artesix, & yrbs sanè luculenta est, ad diem quintumquigesimum Augusti, dum lue contactis insigni charitate atque alacritate, approbantibus valueris consultit, eadem corruptâ, integris sensibus è vita decepsit.

P. Iohannes Aupaix, Montibus oriundus in Hannonia, annos natus tricenos senos, & quindenos in Societate moratus, vir in quo magnus cluxit rerum cælestium amor, & in iuuandis mortalibus zelus.

## Antuerpia extincti nouem.

**M**Agnam Antuerpia cladem hoc anno, sed oppidò gloriósam, accepit, nouem è Sociorum numero, qui se deuouissent, à peste consumptis. Primus die septimuicesimo Augusti abiit

P. *Ioannes Beaufermez*, Brugis, vrbe luculentâ Flandriæ ortus; qui quinto ab hinc anno, administratâ iam sexennio Parochiâ cum laude, tricenarius in Societatem nomen suum professus, omnium in ea bonarum artium exemplis clarus vixit; tantâ in primis animi demissione, ut licet ægris iuandis dies propemodum nocte que continuaret, tanquam suo ipsius labore non satur, alijs se solum libenter adiungeret. Obedientiæ studio ad omnem Superiorum nutum prouolare. Castimonia planè Angelica: & in opere tantus amor, ut cum perincommodè habitatet, immigrare tamen aliud in cubiculum aliquanto commodius constanter abnuerit. Precandi studium ingens, & communis orandi hora tanta curantia, ut ob eam, peruigilatis etiam apud ægros noctibus, somnum discuteret, eam alias; si necessitas cogeret, integraturus. Sæpius die conscientiam explorare, neque examen omittere, quod particulae vocitamus. Horas Canonicas flexis genibus, & ferè coram Venerabili Eucharistiâ recitare. Beatissimæ Virgini Deiparæ Rosarium, quotidie, & priuatâ pietate Immaculatae Conceptionis laudes dependere. Cibis delicatioribus, cupedijs, bellarijs, & mensis secundis omnibus, sui genij fraudandi gratiâ, temperare. Noctem eam totam, quando Batauorum copiæ Bredam à Catholicis circuimissam vi liberare decreuerant, insomnem duxit in templo, precibus, & stagris Diuini Numinis fauorem propitians. Luce gliscente magnis precibus impetravit, ut eâ laborantibus nanas posset; præstitaque præstrenue, donec afflatus contagio, Sacramentis perceptis, & Hymno Ambrosiano ad Deum laudandum recitato propterea, quod sibi in Societate contingeret emori, quæ summa votorum illi fuit, piè conquieuit. Alter postridie Calendas Septembres extinctus est

P. *Franciscus Schottus*, Antuerpiæ natus. Is toto biennio Societatis ingressum importunis precibus efflagitauit, ut eius sui maternique voti, quod illis vnum, & peruetus erat, compos existeret. A prima pueritia fuerat ad omnem laudem institutus; urulas adorare

nate puer, & Diuinas laudes concinere: cibum sibi deducere, quem pauperibus, dum non suppeteret aliud, erogaret. Societatem decimo ab hinc anno vnde uicenarius ingressus est, in eaque laus eius præcipua fuit à tradita rudi pueritiae catechesi. Tantâ nauandæ pestiferis operæ cupiditate flagravit, vt ipse, cum ea res comperendinaretur in diem, in moerorem atque languorem inciditerit. Vbi demum, quod gestiebat, id consecutus est, ecce continuo, qui vix ingredi per imbecillitatem corporis ante potuisset, is totam nunc per urbem alacer obuolitare. Inter ea verò quæ id temporis ad exemplum præstítit, illud illustre est, quod pauperum aliquando tuguria obiens, cum vnius pulsatis foribus nemo aperiret, nemo intus responderet; nimurum omnes luctabatur cum morte, ipse per fenestram scalis admotis irruperit, & singulos, ut tum lieuit, ad illam extremam lucam instruxerit. In hisce charitatis officijs, expiatam Sacramentis animam gloriösè pro Deo, pro fratribus posuit. Postridie mortis eius, seu, ad diem tertium Septembribus secutus est eum

*Ioannes Egger,* Brugensis, quinto tricesimo etatis, tertiodecimo Societatis anno, effigies perfecta earum virtutum, quæ maximè Coadiutores temporales, quorum in sorte fuit, virtutes exornant. A sudoribus ille diem auspicari, & aliorum facilè trium vnum curare munia: tum verò sibi visus induluisse genio suo, cum omnis recreationis expers, aliorum vices, ut eâ ipsi frucentur, obiret. Instare apud Moderatores identidem, sibi ut agris in componendo cubiculo, vilioribusque servitijs præstò liceret esse; semperque ea libentiū aggredi, à quibus abhorrente ceteros proclives esset: cumque ei copia fieret, ea cilicio præcinctus sexenumero gerebat, ut suum asinum (sic appellabat corpus) attereret. Paupertatis etiam in eo studium eluxit: & in B. Virginem adeò singulis affectus. ut ad conciliandam illi Bredanorum Ciuium venerationem, in eam urbem, cum Batanis fuisset crepta, prægrandem eius effigiem suis humeris, calceamentorum soleis depositis palam omnium in oculis latus intulerit. Quartus die decimâ Septembribus elatus est

*Theodorus Heeren,* Belga, Leuvvardie in Frisia natus ante annos vicenos quinos, quorum ègerat in Societate quaternos, nauus omnino, suisque in officijs perdiligens Coadiutor. Humiliter ipse sentire de se, promptusque esse obsequi omnibus; mulçoque libentissime cotirari Sacerdotes, qui noctu accerserentur ad ægros. Si-

lentij, modestia mira custodia; simplicitas & candor animi ingenuus, ut nihil moderatores animæ suæ celatum, nihil peccatore clausum haberet. Vehementer precibus etiam atque etiam contendit, ut suam pestilentibus operam posset impendere. Ab infecto socio, quem curabat, data dexterâ sponsonem expressit celeris sibi à Deo mortis exoranda. Neque plus biduo eidem illi superstes fuit.

## C A P V T X.

*Quinque reliqui Antuerpiæ mortui.*

**S**ecundum hos quatuor, quos superiori capite retuli, primus reliquorum Antuerpiæ sublatus est die tertiouigesimo Septembri.

P. *Ioannes Callant*, Gandavii in Belgio natus. Is postquam à primis vnguiculis ita fuit ad omne virtutis officium institutus, ut ad æquales suos sèpè concionalis, aliàs catecheticus, orator existaret; ad comprecaendum secederet, seque in latebras abderet; ubi etate atque ingenio adoleuit, ambitam triennio ipso Societatem, anno hujus seculi sextodecimo, ætatis alterouicesimo complexus est; in eâque subito profundæ humilitatis & cæcæ obedientia posuit illustria fundamenta. Omnia ille è Maiorum nutu, præscriptioneque regularum agere; viliora culint, dominisque cetera officia voluntati habere; suam cuique operam promptam exhibere. Pietatem, orandique studium magnis quotidianis incrementis augere; pios sermones libenter, prudenter citra fastidium inferre. Cùm pueros humaniores litteras condoceret, ad omnem eos virtutem sollicitè voce vitâque formabat. Ipse cùm doctrinarum studio diligentiam nauaret, tradendæ Christianæ doctrinæ fructum cupientissimè sequebatur. Carceres item & ergastula misericordis illis mortalibus solandis adire; & ad vitam ex officio, Sacramentorum ope, corrugendam, formandamque hortari, tantâ vi, tantâque contentione, charitatis, ut sèpè lacrymas extorqueret audientibus. Ad extremum, ehm se in pestilentium obsequium egregiè magno charitatis impetu contulisset, eâdem implicitus contagione, post instaurata vota, postque sacra percepta mysteria, claram pro Deo mortem appetivit. Menstruo post illum intervallo ad diem quartum uigimum Octobris abiit.

P. *Paulus*

P. Paulus Aegidij, Tractandi ad Mosam in Belgio natus, actis ante Societatem annis septemdecim, atque in ea solis vndenis: Castrensis primum Missionis, & subinde Naualis cupiens: ne diutius: vtrius præstolari cogeretur, vltro se hanc in palestram dedit. Illum paulo post ad dieum vndetriximum Octobris excepere duo; alter

Thomas Verleyen, Brugenensis, annos natus vnum & triginta, septem in Societate, vir inter graues sue sortis Coadiutoris domestici labores, festiuus semper & latus. Alter

P. Laninus Vvouters, Bruxellis in Brabantia ortus, quinquagenos quinos ætatis, tricenos senos Societatis annos numerabat. Is Romam mox à tirocinio missus, ibi Thicologiae doctorem habuit P. Mutium Vitellescum, qui Societatem vniuersam Præpositus Generalis obtinuit. Inde confectis studijs reuersus in Belgium, Dua-ci Philosophiam, Audomari atque Antuerpiz Theologiam de Moribus explicauit. Post alia alibi munera cum laude gesta, in Hollandiam allegatus est; ubi dum saluti procurandæ mortaliū, in illa laboris & periculi refertâ prouinciā vacat, Amstelrodami communem in carcerem primū, fraude nefatij Ministelli, mox in fœdum scurrarum ergastulum detrusus est, multòdumque criminum iniuriosè póstulatus: vnde illum cùm neque sua valeret innocentia, neque virorum principum intercessio eripere; eripuit prælens eius medijs in periculis prudentia. Maltum in ea bienni custodiā laboris exhaustum est; multum in multos boni collatum. A duobus Arminianæ sectæ Ministris, quorum pertinax odium nullis officijs domare potuerat. Iudibria, contumelias, calumnias, falsa testimonia gaudens sustinuit. Sui curam in Præfecti carceris arbitratu: prorsus coniecerat. Ibi Horas Canonicas, quamvis ægræ tenebriscoſi in loco, nonquam recitare omittere; Rosarium B. Virginis euoluere; Sacrarum rerum commentationem, actorum cum sua conscientia rationes, vt in Societate mos est, habere. Ad hæc, magnam sacræ Scripturæ partem lexitando memoriā accepit, cùm dicere soleret, eum sibi videri diem perijisse, quo non ex ea quippiam animo complexus esset. Sed disce hominis innocentiam uno ab exemplo. Verbum illi aliquando imprudentius, vt rebatur, in Coadiutorem adolescentem exciderat: profectus non ante quietem ipse capere, quām esset eam iniuriam deprecatus. Tantus illi Divine Eucharistie amor, tanta eius fruen tæ cupiditas, vt eā ne se se fraudaret, neu sacrum cogeretur omittere, ieiunus ad tabidos,

cum

cum ante lucem vocaretur, adlœtus; id eo sotio, in morbo, quod summa nocte esse, ac propè capitale persuasum est. Deiparam Virginem ita familiariter venerari consuerat, ut imbre aliquando in itinere, suo suique comitis nouitij capitibus imminentem, recitatis eius Litanis tantisper suspenderit, dum viæ metam tetigissent. Multum amari ab omnibus, multum ipse in amore vicissim omnibus respondere. Quà ille gratiâ, cum insigni morum suauitate coniuncta, misum quantum ad discordiosos componendos animos, similitatesque tollendas apud omnes valebat. Egenos, infirmosque quâ verbis, quâ re corrogatâ solari, & in eorum auxilio frequens & multus esse. Tandem impetratâ multis precibus pestilentium eurâ, in eo charitatis agone vîctor succubuit. Postremus hunc annum Antuerpiæ ad diem duodetricesimum Nouembbris absoluit.

Bernardus VanderPeel, Thénis in Brabantia natus, post vigesimum etatis annum ingressus in Societatem, decimum in ea Coadiutoris temporalis in gradu confecit.

*ANNVS . M. D C. XXVI.*

*SICILIA. CAPVT L.*

*Quatuor Panormi, tres Sacra desideratis.*

Panormi recruduit hoc anno millesimo sexcentesimo vigesimo sexto, sedata superiore, atque ut erat spes, penitus extinta, beneficio S. Rosaliae tetra lues, & nobiles quatuor pugiles confecit. Primus eorum die tertioicelimo Januarij decessit.

P. Vincentius Bongiornus, indidem oriundus, annos natus non plus tricenos, actis in Societate quatuordecim; morum humanitate, & iuuandi ægros studio præstans. Alter undetricesimo die eius ipsius mensis Ianuarij

P. Hieronymus Plasamonijs, item Panormitanus, annorum septem & quadraginta, viuis & triginta in Societate, olim tria vota solemní ritu professus, animo semper ad labores in Dei causâ subeundos erecto. Tertius ad diem sextum Aprilis emigravit

P. Petrus Baffardus, & hic Panormi natus, annorum vnde tricinta, vnde decim in Societate, præstantis ingenij, & eximiarum opinionem virtutum relicta. Quartum & postremm huc locum moriendi ad septimumdecimum Maii diem obtinuit

P. Vincen-

P. *Vincentius Galletus*, Panormi de summo loco vir, sex & quadraginta natus annos, tricenos in Societate, & quatuor in ea votis obstrictus; neque magis splendore natalium, quam Philosophia, Theologiaeque scientiam, praesertim Moralis, quam aliquamdiu docuit; adhac, modestiam, animi demissione, ardentissimam in omnes charitatem, continuo religiosae disciplinae studio illustris, a primè de sua Civitate meritus, tum alias, tum hoc ipso tempore, quo procyrandis ad pestiferorum auxilia rebus necessariis cum summa autoritate praefectus fuit.

*Sacca* in eadem Sicilia, urbe maritimâ Australie ad littus, cum eò quoque pestis aspirasset, dum se ijs impendunt quos ea contigerat, ab eadem correpti, imperfectique sunt tres à nostris. Primus ad diem Martij sextumdecimum

*Ioannes Baptista Bonerba*, Coadiutor temporalis, Catane in Sicilia natus annorum quinquagenum senum; quadragenum in Societate, Alter postridie

*Antonius Virduccius*, ortu Calaber etiam temporalis Adiutor, & grandis natu, annorum septuagenum octonum, & undequadragenum in Societate; candore, charitate, mansuetudine probatissimus. Postremus pridie Calendas Apriles

Magister *Franciscus Murena*, humaniorum literarum professor Neti in extrema Sicilia ad Pachynum natus, annorum quatuor & viginti, atque octo in Societate, egregijs cum naturæ donis, tum gratia instructus.

## BELGIVM. CAPVT II.

*Nouem varijs locis sublati.*

**A**ntwerpia superioris anni reliquias prima ceterarum hoc anno charitati pependit, uno ad ceteros capite adiuncto, die octauo Aprilis. Is fuit

P. *Guilielmus Verbeke*, domo Brugensis, annos natus undetriginta, undecim ætatis in Societate, nobilis ingenio, sed charitate præstantior. Duos præstitit Silua Ducis extrema Brabantie, ad Hollandie vicinitatem, civitas. Uterque Aprilem habuere mortualem, prior die decimo, alter duodetrigesimo; ij fuere

P. *Guilielmus Bronchorst*, Belga, Uvesopius, ætatis suæ anno trigesimo, initæ Societatis octauo. Alter

P. *Philip-*

P. Philippus Gualterius, Antuerpiensis ; quarto quadragesimo  
ætatis, vno vicésimo Societatis anno.

Armenterit, quod oppidum in Flandria Lise fluvio impositum  
est, unus altero & vicésimo die Maij litauit.

P. Adamus Vualteri, oriundus Leodio, uno & quadragesimo  
ætatis, vigésimo adeptæ Societatis anno.

Duacum tribus impigris hominibus orbatum est anno inclina-  
to. Primus eorum decessit ad vndecimum Septembribus diem

P. Aegidius Groesinka, patria Leodiensis, annorum vnius &  
quadraginta, & vndecim ab Societatis ingressu. Vir indefessi zeli,  
pietatis summae ; in laborum omne genus, ne qua in re decesset offi-  
cio, nullâ sui indulgentiâ, effusus. B. Virginis Deiparæ studiosus  
in paucis ; cuius ipse cultum miris artificijs, vel summo in g̃stu oc-  
cupationum, impigre promoueret. Egentium singularis adiutor,  
quorum corpora conquisitis eleemosynis aut victu reficeret, aut  
contra grassantem luem præmunitet. Ea illigatis ante annum Atre-  
bati, isto Duaci quinque mensibus ipsis sic adfuit, assiduitate, dili-  
gentiâ, studio, charitate, ut ipse tandem etiam ictus, victusque  
malo, quod aliquoties ante depulerat, exeremum vite diem p̃fissi-  
mâ morte confecerit. Eum ad diem septimum uicesimum Septem-  
bris consecutus est.

P. Antonius Cancini, Montibus Hannoniæ natus, actis vite  
duobus annis & quadraginta, eiusque dimidio in Societate. Fuit is  
mirificè industrius, & propensus admodum ad cuiusque obsequia  
voluntatis. Multus illi familiari in vsu lepos, & sanctæ salutares  
que facetiæ ; quibus etiam pias cantilenas aspersit, quas magno  
numero Gallicè panxit, & musicis numeris modificantas vulgavit,  
quo blandius in animos illiquefactæ proficerent. Hamatis ergo, fer-  
roque flagellis, ob Christi flagellari memoriam, sèpè tergum dilacerare  
soluterat. Noctes insomnes in ærorum solarium, tanta sèpè,  
tam constanter duxerat, ut iam parcissimo, & nullo propè somno  
vteretur. Anteriore anno quinquemestrem operam Insulis in-  
mortales cum peste luctantes contulit, incredibili patientiâ in sum-  
ma vescendi penuria, donec iniquitas famuli, qui cibaria, dum à  
Collegio deferret, suos in usus auerteret, deprehensa est. Vix ab  
Insulensi clade recreatus, ubi Duacum idem in opus invitatus est,  
letissimo statim animo conuolauit. Sed vix eam in arenam ingres-  
sum contagio corripuit atque absumpsit. Ut primum veneni macu-  
las, mortis indices, in corpore conspicatus est, erecto ad celum-  
vultus,

vultu: *Benedictus Deus*, inquit, *acceptam habere velis eam voluntatem meam, qua diurniores hac in palestra charitatis, ad eius unius gloriam labores adire gestiebam*. Inde ad mortem usque non desist incessis precibus Dei misericordiam implorare, eiusque in se benignitatem ac prouidentiam dilaudare. Imminente iam morte, cum ad egri cuiuspam excipiendam Confessionem vocaretur, neque iam se ipse moliri posset, Deum cum gesuitu oravit, ut homini damnum Sacramenti suâ gratiâ suppleret, eidemque bene per internuncium precatus est. Tertius ad diem sextum Octobris occubuit

*P. Carolus Doultreloix*, Belga, Hui in Condrusij natus; altero quadragesimo ætatis, sextodecimo Societatis anno. Varijs in officijs suæ in proximos charitatis ediderat iam ante multiplex specimen, præsertim in Nosocomijs, publicisque cultodijs, consolandi agris, calamitosisque omne genus hominibus. Obtentâ, quam feruide expetij, pestilentium curâ, ad eam salubrius obeundam, anteactæ omnis ætatis peccata generali Confessione detergit. Mirum autem quanto deinceps ardore spiritus heroicum illud incubuerit in opus: unde scilicet effectum est, ut ingentem sui apud omnes amorem, & desiderationem concitârit. Multi eius intellectuæ ægrieudine certatim preces atque alia officia deferre. Cœnobium Sacrarum Virginum è S. Teresia instituto, ipso suæ fundatrix fe sto die, quem ad tertium Nonas Octobris etiam tum agebant, totum pro ipsius incolumente sacrarum functionum deuouti octiduum. Sed aliter Deo visum, qui octauo, quam stadium esset ingressus, die ad mortis gloriam cum è cursu euocauit.

*Ariæ demum*, quod in Artesiæ finibus oppidum Flandriæ est, duo cecidere: alter vigesimo die Septembri

*Nicolans Bablin*, inidem domo, Coadiutor temporalis, unde quinquaginta natus annos, duodetriginta commoratus in Societate. Alter ad octauum Octobris diem

*Iacobus de Faulx*, cuius neque mihi patria, vel ætas, neque præter nomen & obitum, quidquam aliud exploratum est.

### GALLIA. CAPVT III.

*Vnus Deipæ mortuus.*

*E*xtrémam ad Britannicum mare Galliam unus hoc anno sua charitate juxta, suoque funere ornauit, qui Deipæ peste vexatis

xatis dum suam nauat industria , ad quartumdecimum Augusti  
diem de medio sublatus est , is fuit

*Benedictus Monetus* , quem ætas annorum quadragenium &  
vnius , aucta in Societate denum nouenum satis ostendit , Sacerdotij  
negantiâ , Coadiutorem fuisse temporalem .

## GERMANIA. CAPVT IV.

*Quini diuersè desiderati .*

**G**ermaniam quoque , præsertim quâ vergit in Belgium usque ad  
Oceanum , hoc est , per Inferiorem Saxoniam pluribus locis  
carpfit hoc anno pestilentia , cui dum strenuâ charitate socij occur-  
runt , eo in certamine vitam quinque diuersis locis hoc anno pro-  
degere . Heiligenstadij duo ; prior ad diem sextum & vigesimum  
Augusti

*F. Joannes Kempis* , domo Coloniensis , auctis in Societate qua-  
dragenis senis annis , cum ad eam attulisset vicenos ternos etatis .  
Alter ad diem quintum Octobris

*P. Antonius Berler* , oriundus è Treuirensi Diocesis , sex &  
quadragesima natus annos ; septemdecim auctis in Societate .

Duderstadij Calendis Septembribus claram eandem mortem  
executus est

*P. Daniel Lippius* , Argentorati in Germania , hæreticis ortus  
parentibus ; sed posteaquam à nostris ad Catholicam religionem  
traductus est , mirâ suum corpus severitate tractauit , frequentibus  
iciunijis , atque cilicijs ; crebrò se flagris cædere ; crebrò humili quie-  
scere ; demum alijs tormentis semet macerare . Vini sibi potionem  
inde usque ante Societatis ingressum prorsus interdixerat ; neque  
vnquam ex illo amplius extra sacrificij necessitatem , quidquam eius  
totâ vitâ degustauit : imò neque notæ melioris cerevisiam , nisi ut  
necessitatí cuiquam forte seruiret , vnquam hausit . Postquam no-  
men in Societatem dedit anno ab hinc quinto , modestia , submis-  
sionis , obedientia , ceterarumque laudibus virtutum excelluit . Nau-  
bat infirmis operam , & sterili malignoque in agro fructum sui laboris  
iam ipsum biennium expectabat ; multa tulerat , feceratque , multa vi-  
te pericula adierat , cum lue iterum correptus mortem pijissimè oppre-  
sijt , ipsis etiam Hæreticis ob insignē morum facilitatem & existima-  
tionem virtutis egregiè carus . Ætas illi erat trium & triginta annorū .

Erfurti

Erfurti in Thuringia vhus ad sextum & vigesimum diem Septembbris excessit

P. Matthias Turek, Belga, Macherensinus vnde quadragesimo etatis, vigesimo Societatis anno.

Paderbonæ, vrbe Vvestphaliæ alter ad diem vnum & vigesimum Nouembbris demigravit

P. Bernardus Allerding, Germanus è Monasterio Vvestphaliæ, tribus & triginta emeritis in Societate stipendijs.

## P O L O N I A .

P Oloniam hic annus etiam afflauit, & Rauæ nobis vhus ad diem vnde uigesimum Nouembbris ademptus est  
Sebastivnus Zelazek, natione Polonus, vicenos quinos etatis, quaternos Societatis annos subducens.

A N N V S      M . D C . X X V I I .

## B E L G I V M .    C A P V T . I .

Vhus Ipris : tres Atrebatii mortui .

B Elgium hic rursum annus vigesimus septimus voluentis seculi pestilentia momordit; & nonnulli Sociorum, dum adfunt misericordia, succubuerunt. Ipris, vrbe Flandorum, vhus Calendis Iulij

Rogerius Melantbois, Belga, Gandavii natus, Coadiutor temporalis, annorum tricenûm septenûm, in Societate vnde uicenûm, Atrebatii tres è vita per idem charitatis officium discessere. Primus altero vicenuo Septembbris die

Iohannes Brjenne, Tornaco Neruiorum oriundus, quatuor annorum & triginta, decem in Societate, quam tanto in pretio habuit, ut voto fancinerit, editum in montem, cui à SSS. Trinitate vocabulum est, vrbiique imminet; eâ si potiretur, se reprobundum genibus egressurum: præsticitque, simul ac voti compos est factus, quod voto receperat. Alter vnde trigesimo die Septembbris occidit fortunato interitu

P. Aegidius Rabache, Bethuniensis, quinque & sexaginta annos, & exactis in Societate viginti septem; vir egregie magnus

gno precandi studio ; & ob singularem. animi demissionem amori omnibus, domi forsique fuit. Tertiè in hac palæstra charitatis, nec vñā præterea vice ante aditam Societatem, dimicauit ; in qua deum viator moriendo gloriâ donatus est. Tertius ad diem quintum Decembris excessit

Petrus Thayne, Cameracensis in Belgios qui potuisset fratribus nostris in exemplar proponi virtutum ; adeò excelluit in omnibus ; eratque eâ re domesticis iuxta atque externis admirationi.

## AFRICA. CAPVT II.

Vnus in Regno Angola sublatus.

**H**abuit & suam hoc anno gloriam Africa ex charitate prognata. Angolæ Regnum est trans Äquatorem ad Oceanum Atlanticum, vbi suam Societas iampridem stationem ad animarum compendia collocauit. Ibi ad diem quartum Septembres

P. Antonius Macciadus, Lusitanus, ex oppido Villareal, P. Francisci Macciadi, eius qui altero ab hinc anno dum in Äthiopiam contenderet, mortem extrema in Africa sanguine executus est infidei odium trucidatus frater germanus ; dum attos illos mortales contagione vexatos forti charitate complexus, omni obsequio iuare ntitur, vitam ipse suam compendiosâ effusione prodegit, annos natus tres & triginta, duodeviginti commoratus in Societate. Is eam Missionem Angolanam impenso studio postulauerat ; quamque simul nactus est, ad procurandam Nigrorum hominum salutem egregiâ virtute atque animi robore incubuit. Et fuit, ut ab infestis Catholicæ fidei osoribus, ad mortem eminus sagittis petitus, Deo seruante, sospes euaderet, sagittis ad ipsius pedes innoxie prolapsis.

## GERMANIA. CAPVT III.

Quatuor Donavverda, duo Augus̄ta interempti.

**D**onavverda Civitas Imperij est imposta Danubio, à quo nomen duxit : quatuor ibi victores extitère in certamine charitatis, peste ab ægris haustâ sublati. Primus eorum prius Calendas Septembres abiuit è vita

Silvester

**Silvester Reiss**, Germanus, ex oppido Bruneck in Tiroli, Coadiutor temporalis, anno sexto tricesimo ætatis, duodecimo Societatis. Proxime illum secutus est die quintodecimo Septembris.

**P. Christophorus Rhelinger**, Augustæ Vindelicorum oriundus, dimidiatæ in seculo atque in Societate quatuor & triginta annorum ætate. Tertius vno & vicesimo die Septembris fuit.

**P. Matthias Rom**, Monachij Boiorum natus, actis vitæ duodequinquagenis, in Societate vndetricenis annis. Postremus ad diem quindecimum Octobris occubuit.

**P. Laurentius Breitfeld**, Germanus Reedlingensis, annos quinquaginta duos natus, tribus & triginta in Societate confectis.

Augusta Vindelicorum duos operi charitatis, mortique & cælio pependit. Prior occidit sexto trigesimo die Septembris.

**P. Tobias Paumbartner**, Halæ Tirolensium natus; trigesimo primo ætatis, decimo Societatis anno. Alter ad duodecimum diem Octobris.

**P. Joannes Brunscher**, Oberndorfensis in Vindelicis, annorum quinque & quinquaginta, actis duodequadragenis in Societate.

ANNVS M. D. C. X. X. V. I. I.

## BELGIVM. CAPVT I.

Vnus Tornaci & duo Belliolis mori&.

**S**ed neque annus hic sequens octauus vigesimus post decies sexies centesimum Germaniam, aut Belgium habuit funerum immunes, tametsi grauius in Galliam incubuerit. Atque in Belgio quidem tres morte diem extremum confecere. Vnus eorum Tornaci Neruiorum ad diem sextum Angusti, posteaquam mensem penè ipsum in acie versatus est, vitam honestissimam, planèque inuidendam morte conclusit. Is fuit

**P. Philippus de Noyelle**, patria Atrebatenus, annos natus tricenos octonos, vicos in Societate moratus, inque ea quatuor votis solemniter obligatus. Egerat ante iam ipse Niuellensis Collegij Rectorem, apud omnes domi forisque gratiosus. Luxit in eo mirificè pietas, & animi teneritas aduersus ea omnia, que Diuinitatis cultum spectarent; luxit obedientia, atque in Maiores suos obseruantiae singulare studium: castimonizæ rigor, eiusque tuendæ cautissima

tissima diligentia : tolerantia malorum , & cupido profunda marty-  
rij , nullâ reformatio[n]e cruciatum ; non horrere speciem , tor-  
mentorum yllam , non catastas , non sectiones , & ferrum , non den-  
tes bestiarum , neque aquas , neque ignes , dum nuditat corporis  
parceretur , quam omni supplicio grauiorem ducet . Nam quantus  
Christi amor , seu subditum plagis & penis , seu præsentem in Eu-  
charistia ? Quanta in Dei Matrem flagrantia charitatis , quam ma-  
tris sua carissimæ nomine compellabat identidem ? Eiusdem vene-  
rationem incredibili cura contendit apud alios vel excitare , vel si  
adefset augere . Valuitque eam in rem in primis apud domesticos  
egregia morum eius suauitas , & in familiari congressu temperata  
pietate comitas ; cui robur etiam adiungeret collecta virtutis op-  
nio per gestam præclarè spiritualium rerum præfecturam ; admini-  
stratam quæ ardenter zelo , & suâ industria exornatam egregiè Parthe-  
nicam dodalitatem .

Verumtamen nihil adeò mirabilem illum , totique Ciuitati  
spectabilem præbuit , atque cum pestilente morbo laborantibus fer-  
re opem instituit . Nemo certè verbis exprimere satis queat , quo  
ardore , quaque contentione formidolosam eam prouinciam ambi-  
erit ; quibus hunc animum suum rationibus explicarit . Præposito  
Prouinciali ; planè ut dispiceret id Sancti Spiritus consilium videri  
esse , Id ubi autoritate suâ P. Prouincialis atquæ assensu probauit ,  
& Magistratu flagitante , ut vni cuiipiam Nostrum id muneric decer-  
neretur , id illi ratum certumque fecit ; explicari non potest quo  
studio experiunde suæ charitatis exarserit , qua cupiditate operis  
aggrediendi . Parthenios Sodales suos (aderant tum cuiusque or-  
dinis Ecclesiastici , Nobiles , Ciues , & ipse Gubernator urbis Co-  
mes Vertaingius) extrellum pro concione cum affaretur , ac valere  
juberet , tanta eloquentia vi , tamque inusitato spiritus ardore ver-  
ba fecit ; ur lacrymas illis abundè cieret . Idem in coenatione ve-  
speri erectorum veniam supplex à socijs petijt , & se piaculari flagro  
dinerberauit . Poslera luce denitus urbis adfuit vniuersus , arque  
ingens vnda mortalium , cum ille Sacrum ad modos musicos sole-  
mni ritu decantauit . Eo peractio deductus est ab summo Prætore ,  
qui primus urbis , à Gubernatore , Magistratus est , in destinatas for-  
midoloso secessui ædes , vbi venienti præstolatus Episcopus , cum  
suo complexu , suâque gratulatione confirmauit . Is dies fuit vige-  
simus Iulij , quo primum instituit ferales infectorum domos adire .  
Ingrediebatur per urbem , gerens Diuinam in sinu Eucharistiam ,  
tantam-

tantamque animo voluptatem inde hauriebat, ut iam humana ista, omnia fluxa fastidiens, nihil præter cælestia cogitaret. Hinc ad comitem conuersus interdum, Et quem, aiebat, mi frater, nobiscum ferimus? Quotenorum, putas, Angelorum millium comitatu cingimur, qui nos ambitu quodam assectantur? Quanquam verò in adeundis vita periculis fortis admodum & animosus esset; quò tam opitulari posset quamplurimis, se vitamque suam moderatè tuebatur. Ceterū erat illi iam diuinitus decreta dies, adeoque versantem in opere haud longo. interuallo afflauit contagio; quod simul dissitum in vulgo est, ingens urbem invasit morbor. Sed ipse contrà triumphare gaudio, & iam ad celum propius aspirare. Vna duntaxat erat in curatione molestia, quod affectam corporis partem Chirurgo tractandam, spectandamque nudari oportet; ad quod officium morte ipsa grauius, sola potuit eius subigere animum religio; ac cum ut maturaret, ut se quam occyssimè expediret, Chirurgo identidem inculcare. Supremis illis diebus, dum morbo presius decubuit, multiplices sibi preces à socio, cum ipse non posset, continentē recitari curauit; & minimū quater die pium quippiam, de Communione, de Domini Passione prælegi è Luddico de Ponte. Postridie quam emortuus est Sodalitas ei primaria nostra in æde iusta fecit, operante ritu Pontificali Episcopo, presente Gouvernatore, Magistratu, frequentissimoque conuentu.

Bellioli, quod oppidum Flandrix est, duo charitatis exercitatione confecti sunt: prior ad diem septimum Septembri.

P. Guilielmus Engelbrecht, domo Brugenis, quatuor & tringinta natus annos, quindecim in Societate versatus. Litanias è SS. suorum in menses singulos acceptorum, non inib⁹ contextas quotidie recitabat. Alter ad vigesimum eiusdem Septembri diem Iodocus Van Ackere, Cortracensis, vno anno minor natu priore, vno item recentior in Societate.

## GALLIA. CAPVT II.

*Aureliaci unus extinctus.*

**G**Alliam etiam hoc anno varijs locis pestilentia foedauit; sed nusquam maior, quam Lugduni, strages. Nos ordine temporis, ut instituimus, singula percurramus. Aureliaci, quod oppidum Aruernorum est, primum funus, idque infigne, hoc est, ant-

ma ma-

ma magnæ fuit. Occidit is ad diem duodecimagesimum Augusti, quinque & viginti pestiferis carbonibus oppressus, cùm ardentesimè cupiuisset pro fratribus mori, & cùm gratiâ pestilentibus operam dare.

F. Joannes Franciscus Martincurtius, illi nomen fuit; quem ego virum optimè tum oculis subiecero, si eam hic eius epistolam recitauero, quam dedit ad P. Petrum Casanum Tolosanæ Provincie Präpositum, ut se peste laborantium obsequio destinaret. Eas hec habet: *Auriliacum nostrum, ubi hac nocte duo in duobus diversis domicilijs peste sublati sunt, præpotens Deus, isti, qui hac scripsit, miserrimi peccatoris sceleribus præcipue læctitus, die B. Virginis Visitacioni sacro visitauit. Et quamvis, ut augor, plus timoris sit, quam periculi; omnia tamen in urbe commota, & perturbata sunt; & ne malum latius serpat, timetur.* Cùm in Societate inutilis, & nullius momenti homuncio degam; at quo aliounde hucus calamitatis ob innumeram mea peccata autor sim; à R. V. lontxè postulo, ut iustitiam exerceat, istud que caput pro eorum salute, quibus tot mala accesserunt, iusta morti obeyeriat. Id est R. V. alijs concessip, eorum tantum charitatis rationem habeat, necesse est: meis vero criminibus debita supplicia, & Diuine vindictæ iuste leges istud singulare quodam iure sibi arrogant; faciuntque vi credam mecum non sine magna misericordia excessu actum iri, se hanc mihi calum contedendi misericors. Dens rationem inire velit. Eam igitur habet de re' orb' atque obtestor, per sanguinem eius, a quo, ut petitioni adeo inste annuat, interius, prout spero, mouebitur. Sane quidem, si liberum cum esse ab omni metu, qui in hoc negotio suam velet operam nauare, expedit; istud, tanquam rem certam sibi persuadeat. R. V. mea siue Diuina eiusdem munera, seu mentis stupori sit adscribendum, omnis prorsus timoris esse vacuam. Animi vero promptitudinem ad opem proximo ferendam in summo isto discrimine, maiorem quam mereor, sentio: Faxit Dens, ut maiorem adhuc indies experiar; & ut illius causa mihi mori detur, qui nostra mortuus est. Per quem, quemadmodum in Sacrosancto sacrificio, eiusdem Patri veniam, vitam, & mortem meam, cum ipsius oblatione coniunctam offero: ita manibus R. V. commito vitam huic stipites, inutilisque quidem trunci; sed aridi, & Diuina iustitiae flammis concipiendis apti. Omni studio contendò à R. V., ut auxilio mihi sit in communandis istiusmodi suppliciis aternis, cum hac opera, que peste laborantibus impendi solet à Nostris: oroque ut paternam benedictionem conatu meo imperitiri dignetur. Saluto, quod cum R. V. ventu fiat, Reuerendum Patrem Fourcaudum; & ut huic mee petitio-

petitioni suffragium, & orationes suas non deneges, vehementer ora.  
Aurillaci, die Visitationis B. Virginis 1628. Hactenus ex epistola, quam menstruo paulo plus interuallo, ingenti eo in opere mors  
oppetita.

## C A P V T O L I I I .

*Biturigibus, Rhedonibus, Camberij quatuor extincti.*

**B**iturigibus occubueré Sociorum par, Sacerdos, & Laicus eiusdem comes. Alter ad diem duodecimétum Augusti; alter ad tertium Septembbris diem: ille fuit

P. Petrus Barrage, domo Regimontensis, anno sexto tricesimo etatis, nono Societatis. Hic vero

Antonius Rapin, patria Allobrogo, Coadjutor temporalis, annorum quinquagénium, in Societate undeicennum.

Rhedonibus, urbe Britanniæ Gallicæ, seu Armorice, aetate vigesimo die Septembris gradum ad superos fecit.

Claudius Roussel, domo Catalaunensis in Gallia, Scholasticus, annos natus duodecimtina, nec plus quinque actis in Societate, ingenio maturus, & granis moribus, multa pietate, religioneque, nunquam dissimilis sibi, exceptum ab initia Societate vitæ cursum semper tenuit; fucum omnem, & vanam virtutis ostentationem magnoper aversatus, veris fesci laudibus sedulò exercuit, bonus esse, quam videri cupidior. Perpetua quædam æquitas animi, & moderationis, prudenter in consilijs, cunctum in verbis & circumspectum faciebat. Par quoque erat humanitas, omnium quibus consueverat blandissima conciliatrix. Exacto Parisijs tirocinio, Grammaticam triennium cum laude professus est: quo tempore humâiores literas audiè complexus, magnos habuit in utrâque lingua processus. Iam Flexiam, quod cum Moderatores destinabant, & Theologica studia cogitabat, cum repente erumpens in urbe pestilentia, meliorem illi charitatis, omnisque experiundæ virtutis scholam aperuit: quippe cum in ea calamitate positi, opem nostram, subfidiuntque implorassent; ipse confessum ad Superiorum adiit, eamque sibi iam anno superiore expertam prouinciam, magnâ rursum alacritate depoposcit; adhibitis quoque ex vero certis ad B. Virginem deprecationibus, ne repulsam ferret. Quin & illud à Deo enixè contendit, ut ea in expeditione tam sanctâ, tamque gloriósâ daret

daret occumbere, felicem se fortunatumque cum Apostolo reputans, si pro fratribus animam & vitam edidisset. Nec, irrita fuere preces; post eius enim diei diem quartum, quo publicum Nosocomium ingressus est, epulo cælesti, de more, accepto, pestiferâ febre corieptus, celeri morte postridie extinctus est.

Camberij demum, in Allobrogibus vrbe principe, ad diem quartum Octobris occubuit

P. Gaspar Chapelle, Allobrox ipse, Seisselliensis in Gebennensi Dioecesi, annorum quadraginta, & vndeuiiginti in Societate.

C A N P V T I . V .

201. D omus, Lugduni dena funera.

**L**Vgdunum, frequentissimam urbem, hoc anno, si vñquam aliis post hominum memoriā, pestilentia fœdè populata est vastamque propemodum reddidit. Nostri tantū in calamitate, temporibusque summis, tum suopte ingenio, tum eius populi; cuius esset in nos veritus amor & studium, charitate permotusquam, deesse; sed laborantibus adiuuandis experiri omoia; neque discrimen vñlum refugere. Ex ijs decem omnino vitam glorioſo in certamine perdidere, cuius iacturâ redimerent immortalitatem. Huius agminis extitit antesignanus ad tertiumdecimum diem Octobris.

Stephanus Col, genit Allobrox, annos natus tres & triginta, sed quatuor duntaxat in Societate exactis, vir industrius, & pietate iuxta, atque omnibus bonis artibus magnys. Hunc biduo secutus est, uitirum quindecimo dic Octobris.

P. Ignatius Pomponius, Dombensis è Lugdunensi Dioecesi, annos vndetriginta natus, quatuordecim actis in Societate: quem eius expertendæ palestræ ardor, certandique post impertamatam contentio, atque seruitas, magnoperè commendauerunt. Biduo rursum interieco, ad diem septimumdecimum eiusdem Octobris cessit è vita.

P. Franciscus Boutonus, patria Burgundo-Sequanus, è Dioecesi Bisuntina, emeritis vitæ quinquaginta, uno & triginta in Societate annis, in eâque tertio ab hinc & decimo solempnia tria vota profesus, explicata compluribus annis publicè in Academia Dolana cum egregia ciuditionis commendatione Sacra Scriptura. Sed cum illi opes animi cùm à natura, tum à gratia abundè essent; tum vero

verso nihil cum clarius extulit, quam multarum pro Christo æruminarum percessio. Missus olim Constantinopolim curandæ rei Christianæ gratiâ, adiutentibus per calumniam falsi nominis Catholicis, & hereticorum Principum Oratoribus, in tetricum carcerem ynâ cum socijs compactus est. Verum eductis inde paulò post ceteris, ipse suâ voluntate obles pro omnibus ad multos menses in custodia persistit. Reuocatus in Galliam xix. è naufragio sospes enauit. Nudus ut euasisset, latrocinijs suspicione vix ab eo manus ut abstinerentur effectum est. Sed agnitus demum è parentibus literis, quas vias ex obnî te prouidus extulerat, ad proximum nostrum Calabria Collégium deductus est. Galliae redditius, duodecim ipsos annos in somma vita seueritate traduxit, victu rausissimo, pane, & sumpto semel in die pauxillo iure; aquâ vino leuiter tinctâ magis, quam imbutâ stramento semper pro lecto usus. Interim exacta religiosis degitibus obtemperatio; silentij & secessus amor, puritas tanto custodita studio, ut eius florem illibatum ex hac infida statione in illum æternitatis portum intulerit. Lue gransante, dum supra vires in opus charitatis incumbit incredibili de celo voluptate perfusus, idem ipse malum contagio hausit; quo in morbo præclara patientia documenta monstrauit. Chirurgum orabat, ut concreta ulceribus emplastra violenter revelleret, cruciatibus exaugendis. Propè iam ad extrema ventum erat, cum ad P. Ignatium Pomponium morbi socium, violentiâ mali iam propè fractum adrepit, cumque riū Catholico ad supremam luctationem inunxit: mox sublatis, ita ut potuit, eius in lectum pedibus, vicissim ab eo sacra inunctione delibutus est; & inter pias voces demum ad Christum, quod aspirabat, excessit.

Die quintuagesimo mensis eiusdem Octobris ab hac vita per contractam ab iisdem languentibus pestis discessit.

*F. Iohannes Corlet,* domo Salonenſis, in Arelatensi Diocesi, aetatis sua anno sexagesimo à suscepta Societate, ab hinc undecimo inter Spirituales Coadiutores iustâ formaturâ descriptus; vir qui cum & Rectoris partes, & Concionatoris egregie, octonis singulis annis sustinuerat, iamque natu grandior ad quietem posse respicere videretur, difficultem istam, atque obnos iam prouinciam multis lacrymis expetiuit; sed alacri quinque dierum exercitatione levius ad palnam peruenit. Hunc biduo fecutus est, nempe septimo vigesimo die Octobris

*Mauricius Laurentius,* cuius, prater nomen, nihil mihi com  
M m 2 pertum,

perfum, exploratumque est. Post hunc successit die decimo Novembris P. Claudius Burdonus, patria Auenionensis, quatuor & quinquaginta natus, sex & triginta commoratus annos in Societate, & tria solemni ritu vota ante vicenos professus, vir apprimè religiosus, & probi exemplis, qui omnem ferè ætatem, explicandis Matheis eos, Sacra Lingua, Diuinorum Codicum scholis, contriuit. Quarto decimo dein die Nouembris excessit è vita.

Petrus Mailler, cuius item rerum, uti nuper alterius, altius, ubique silentium est. Postridie, seu quintodecimo die Nouembris mortem occubuit.

P. Laurentius Borthonus, domo Assinensis, è Diocesi Lingo- nensi, qui cùm in Societate ab anno ætatis vigesimo tredecim annos egregiâ virtutis commendatione vixisset, ardentissimè expertus seruire pestiferis; cuius sui voti compos effectus, robusto sane pectore id munera obiit, donec ipse quoque malo ferali illigatus, lxtans excessit, quod è morte defungeretur, quam tantoper exoptas- set. Eodem ipso quintodecimo die Nouembris eum comitatus est Franciscus Champinus, domo Lugdunensis, ætatis sui: quinto tricesimo, Societatis quartodecimo anno. Extremus hoc anno Calendis Decembribus abiit.

Cladivus de Chisanx, cuius omnia reliqua præter nomen, in obscurò sunt.

## C A P V T V.

### Carpentoracti unus extinctus.

**C**ARPENTORACTUM Pontificiz ditionis in Gallia vrbs est hanc Auenione prouul; ea quoque populare malum, & in eo nostrorum opem experta est. Ibi ad diem sextum & vigesimum Decembribus honestam eam mortem oppetivit, cùm nauare pestilentibus operam ardenter poposcisset.

Jacobus Vasserot, indidem oriundus, ætatis anno uno & quadragesimo, Societatis altero & vigesimo, vir laboriosissimus, mire que industrius & ingeniosus! Is pridie quam emitteretur ad pu- gnam, Dominum Issvm habuit secundum quietem præsentem, sed auersum, ac sibi terga obuertentem. Quem ille cùm flexis genibus sequeretur, obsecraretque sua sibi ut peccata remitteret, visus

vifus est sibi cum videre rursus comuersum ad se , audireque dicentem : Dimittuntur tibi peccata tua ; quo factio euigilauit actutum , tantâ animi suavitate delibutus , vt dictu incredibile sit . Mox anteacte Vitâ noxis generali Confessione expiatis , cùm sacro vesceretur epulo , tantum profudit lacrymarum ; vt eas quoque Sacerdoti exprimeret operanti . Porro curâ omnium ægrorum in dimodochio susceptâ , itâ corpora singulorum curabat & animos , vt patet esse videretur viuorum . Dein Chirurgis morte sublati , in eum ipse munus subire ; venam itis pestilentia sine metu laxare . His in opere ipse bis eo malo appetitus est ; quo demum etiam superatus , Sacramentis ex more perceptis , inter iteranda contritionis & charitatis officia vitam terminauit .

## GERMANIA. CAPUT VI.

### Duo Landsperga sublati

**S**ola hoc anno Landsperga , Bâvarie oppidum , in Germania , nostrorum funera per pestem habuit . Alter vnde uigesimo , alter vigesimosecundo Augusti die ; sublati sunt nempe P. Michaël Merck , domo Amzellensis , duodequinquagesimo ætatis , tertio uicesimo Societatis anno ; & Christians Beilinger , Hamstedensis ad Rhenum , quinto vigesimo ætatis , altero Societatis anno .

ANNVS M. D C. X X I X.

## GALLIA. CAPUT L.

### Quatuor Carpenteracti eripi.

**P**Errexit hic etiam vndetrigesimus septimidecimi seculi annus continuatis funeribus fodare , an potius ornare ? Galliam . Et Carpenteracti quidem , post cum , quem extremo superiore anno recensui , occubueré in dimicatione charitatis cum pestilentia , ex intervallo quinque : primus postridie Calendas Ianuariâ

P. Ioannes Berardier , domo Beluensis ex Augustodunensi Diocesi , duodequinquagesimo vite , quintouigesimo initâ Societatis anno atque ab hinc tertio formatus Spiritualis Coadiutor . Is cum ybique

vbiisque carus omnibus, & utilis insigni charitati ac prudentiâ extitit, flagranter optauit operam sua, diligentissimè peste contagiis nauare. Quia verò primâ die ad agrorum hospitalem sedem ingressus est, designato certo loco: *Hic me, inquit, us reor brevi humaturi es;* atque eodem ipso-loco non multò post humatus est: octo enim duntaxat dies agris seruavit; sed tanto feruore, tamque nullâ sui curantiâ, ut celeriter ab illis virus combiberit, quo confectus est. Dici non potest, quanto flagraret hanc mortem obsecundi desiderio, fruendique citò Diuini conspectus; quo moriens animum inflammati contritionis & charitatis officijs idemceterum incitabat. Secundum illum, die decimo Ianuarij abiit à vita

*Ioannes Merle,* oriundus è Montefalconio in Aniciensi Diœcesis, è duodecimtiga vitæ vix quatuor in Societate consecutis stipendijs: cupiditatis magna, quā flagitauit tabidoqum obsequium, celeriter optatum præmium consecutus est. Secutus est longulo interuallo ad diem quindecim Julij

*P. Claudius Marthod,* domo Camberiensis, vir magno natu, sexagenum senum annorum, quadragenum quaternum in Societate, duodecimè suscepit gradu Spiritualis Adiutoris; qui passim à Nostris sanctis existimatus est. Nihil unquam remisit, neque languide agere; multa diligentia, multis ardor: Vera virtutis effigies; cupidio martyrij profunda cuius à pestilentium obsequio cum imitationem quandam sibi parare constitisset, Carpenteriæ, unde aberat, adeundi facultatem à Moderatoribus impetravit. Eò simul accessit, Nostris iam in Collegio luc occupatis se se ad obsequium opemque permisit, & præmium ardentissime concupitum consecutus est. Successit post illum die quartuagésimo Iulij

*Petrus de Linere,* domo Lingonensis, Coadiutor temporalis, annorum duodequinquaginta, & quatuor ac viginti in Societate.

## C A P V T I L

*Lugduni, & ea reliqua in Provincia extincti plusculi.*

**C**ogor cum uno, quem Lugduni pestis extinxit, coniungentes plusculos eadem illâ in Provincia sublatos, quoniam eorum obitus nec certum diem, neque locum compéri, nonnullorum etiam præter nudum nomen, tempusque confusum, omnia nihil. Igitur ut

tum ut Lugdunum virosa calamitas anno superiore coorta, diutiis exercevit, diuturnioribus etiam suppetijs iuanda fuit. Id quod dum nullo discrimine conditionis agitur, cecidit eā in dimicacione ad diem quintum Martij

*Franciscus Columbus*, patria Burgo Bressianus, anno ætatis tertio uigesimo, Societatis quarto, Coadiutor temporalis. Is totos sex menses dum pestilentia viguit, egregiā charitate viribus integris præstò laborantibus fuit: cuius operæ præclarè collocare ne præmio fraudaretur, periculo iam omnium opinione defunctus, dum clementius iam esset malum, & penè restinctum, drepentē correptus occubuit.

Iam Salinis in Burgundia Comitatu, duo nobis crepti sunt; alter ad diem vigesimum Martij

*P. Nicolau Chenalier*, oriundus è pago Lotharingia, Frouilla nomine, in Diocesi Tullensi, qui annos in Societate vigintiquinque è duobus & quinquaginta vitæ, nauis ac feruens operarius impedit, in Spiritualem Adiutorem quatuordecim ab hinc annis, more majorum, formatus. Alter ad diem septimum Septembri

*P. Antonius Richardus*, gente Burgundo-Seqwanus, annorum ætatis vnde sexaginta, Societatis quatuor & viginti.

Viennæ, vrbe Galliæ ad Rhodanum sita, ademptus est nobis ad diem duodecimelimum Augusti

*P. Petrus Richardus*, cuius potissimum virtutes fuere in Deum, Caritatemque, ac præcipua in S. Burchardum, pietas, multis in eius officijs prodita: amor in pauperes, à quibus ob beneficentiam passim Pater appellabatur; neque illi maiores ullæ deliciæ, quam cum elegantissimos quoque conuiscere & iuuare posset. Tum obedientia, semper ad omnes Modera:orum nutus expedita; quorum insu octies minimū Philosophiæ cursum imparatus confecit. Demum, tanta ad labores quoq[ue] animi firmitas, vt ardore contentionis, quam veneno pestilentie, mortem sibi magis accersuisse videatur.

Vtique, quod oppidum propè aperi Lugduno, die septimo vigesimo Septembri creptus est

*P. Antonius Bronod*, domo Lugdunensis, emeritis sex & quadraginta ætatis, quinque & viginti Societatis, nouem ab edita quatuor professione votorum, annis. Vir fuit egregiā laude virtutis, & boni semper apud omnes exempli; quodque pe mirum est, diu feliciterque inter Hæreticos concionatus, eos compulit sese colligere, atque à contumelia temperare, admiratione vite integratis fugi.

Iam

Iam vero postquam vrbis ea, manu de Hæreticis ab Rege capta, eodem illò reuocatus, vbi fuerat antea cum laude versatus, dum exercebat omnia boni concionatoris officia, & peste, quæ intusserat, afflitos solatur, id quod ardenter gestiebat, à Deo consecutus est, ut eadem peste illigatus diem suum obiret. Singularis eius extitit extremo vite in actu sensus pietatis: singularis item Cipiatis, consublato, sensus doloris.

*Gratianopoli*, quæ proximè Allobroges vrbis est, in Prouincia Delphinatu, die octauouigesimo Septembri occubuit.

*P. Iacobus Trompel*, patria Viuariensis, septem natus annos supra triginta, decem commoratus in Societate.

Iam vero eadem Lugdunensi in Prouincia, sed loco inexplorato, incertoque die, mensie Nouembri obiēre

*Jacobus Emmanuel Albardus*, gente Allobrox è Valle Augusta, Scholasticus, annorum septem & viginti, & sex in Societate

*Daniel Arnier, Ioannes Salet.*

*AquisSextijs* item Nouembri, Decembrique ignotis diebus obiēre quinque: & lextus vndetricesimo Decembri, qui fuere

*Gregorius Bandasse*, domo Arnicieensis, annorum vnde quadraginta, vndeccim in Societate:

*Andreas Geraud*, Allobrox è Diœcesi Gebennensi, annorum vnde sexagenum, vigintitrium in Societate.

*P. Elzearius de Oraison*, vir de summo loco, Borboniorum Comitum in Prouincia, Diœcesi Gallia, prolapiâ ortus, annorum vnius & quadraginta, ocionum in Societate, in qua se negabat vnam quidqnam mœstia, vel ad hore quadrantem expertus esse. Præter ceteras boas artes, quibus excelluit apud nos, etiam scueritas fuit in corpus suum, vt vestitus, nec prius somnum caperet, quam se flagris inclementer concidisset.

Adhæc ijsdem AquisSextijs eodem Decembri

*Simon Bouvet*, gente Viuariensis, annorum quatuor & triginta, denum in Societate.

*Ioannes Daniel*, indidem oriundus, annorum quatuor & viginti, duorum in Societate. Denique ad diem vndetrigesimum Decembri

*P. Iacobus Isnardus*, Aruernus, è Diœcesi S. Flori, annorum quadragenum quinum, & vicenum quinum in Societate, Professis quatuor votorum ante denos adscriptus. Is cum omnibus bonis moribus ornatus esset, perinde fortis ac domi erat misericordis carus,

Valebat

Valebat dicendi ad concionem facultate; valebat vel apud Hæreticos ipsos auctoritate permagna, prudentia, atque aliarum animi laudum gratia: nihil esse tamen illo modestius, nihil in omni vita parte mitius videbatur. Multa bene preclareque inter perfidiosos illos mortales egit: multa mala vicissim ab illis atque aspera perpessus est; sed dictu mirabile est, quantâ constantia, quam mente tranquillâ. Iam à biennio Rectorem gerebat Aquensis Collegij; & mirum quantum sibi Aquensium animos deuinxerat; quos ne temporibus acerbis desereret, quamuis patum firmâ corporis habitudine, virulentis aspirationibus haberetur obnoxius, rogaretur que à nonnullis, ut illo se periculo maturè euolueret; ut erat animi tamen excelsi, & mirè firimi, mori magis habuit studio, charitatis gratia, quam vitam periculi declinatione prorogare. Itaque dum sibi morem gerit, & ægris opem, quam porest, præstat, die Natalis Domini, venenata cuiuspiam afflatus anima, quatuor dies cum peste luctatus, Sacramentis rite perceptis de medio abiit, haud minore Ciuitatis moestitia, quam eius fuerat viuentis amor.

Duos Auenione demortuos, quoniam eius etiam Lugdunensis Provincie sunt, ad summam adjicio. Alter die quarta Decembris excessit.

Petrus Guye, gente Burgundus, annorum unde quadragenūm, yndeuicenūm in Societate. Alter ad diem duodeuicēsum eiusdem Decembribus

P. Ioannes Stella, patria Provincialis, trium & quinquaginta annorum ætatis, vigintiquinque Societatis, Philosophiam in ea, & quatuor solemnia vota profensus.

Denique Montbimetij haud procul Auenione ad diem decimum Nouembris decepsit.

Claudius Compagnot, patria Bellicensis, Scholasticus, vno & vigesimo ætatis, altero Societatis anno exacto.

### C A P V T    I I I .

*Rursum alibi per Galliam extinetti complutuli.*

**N**ondum finis funerum in Gallia; adhuc sunt aliquæ nobis reliquæ claræ mortes oppeditæ pro charitate mortalium, opis in summa destitutione egentium. Rupella tres desiderauit; quorum unus ad diem trigesimum Iulij obiit; reliquorum

duorum dies emortualis in obscurō est . Ille est

*Ioannes Noirot*, patria Semuriensis , annorum vnius & triginta, nouem in Societate . Reliqui sunt , alter:

*P. Ludovicus Desbarres* ; domo Piétaiensis , annorum septem & triginta , vnius & viginti in Societate , cuius quatuor solemnibus votis erat obligatus . Alter

*Ioannes Alliet*, gente Vasco, annorum sex & quadraginta , vnius supra viginti in Societate .

Maior Anicio clades illata , ubi septem interierū felici casu primus postridie Calendas Augusti

*Franciscus Arsenay*, gente Delphinas , octavo vigesimo octauis , quarto Societatis anno . Alter interuallo bidui ad diem quartum Sextilis

*Valentinus Seritz*, ortus in Biterrensi Diocesi , annorum quadragesimum , tredecim in Societate . Tertius & quartus eodem die septimo Sextilis

*P. Franciscus Iuye*, domo Lemouicensis , natus annos septem & sexaginta , quadraginta quinque in Societate : &

*P. Petrus Malrinus*, gente Arnernus , annorum undequinquagenum , vnde tricenum in Societate . Reliquorum trium ignoratum à nobis tempus obitus est . Sed iij fuere

*P. Franciscus Bernardus*, Velaunus , annorum sexagenum duum , tricenum octonum in Societate .

*Petrus Peletier*, Aginnensi Diocesi oriundus , annorum sex & quinquaginta , in Societate vnius & triginta : &

*Stephanus Gasaignez*, è Biterrensi Diocesi , annorum quatuor & quadraginta , trium & viginti in Societate .

Tres adhuc reliqui sunt locis singulis : primus Augusto in mense propè Turnonem

*P. Petrus Brunus*, domo Petrocoras , annorum quinquagenum duum , in Societate tricenum & vnius . Alter alicubi in Aquitania die ultimo Augsti

*Leonardus le Feu*.

Tolosæ demum die vndetricesimo Novembris

*Petrus Cantolobanus*, Coadiutor temporalis è Diocesi Claramontana , annorum duodequinquagenum , & vicenum in Societate

## B E L G I V M . C A P V T . I V .

*Duo Antuerpiæ mortui: unus in Prussia.*

**A**ntuerpiæ fecit, ne Belgium hoc anno immunc funerum, aut expers esset triumphorum. Duo ibi cecidere; alter ad diem decimum Septembris  
*P. Joannes Baptista le Clercq*, domo Antuerpiensis, triginta quinque natus annos, quindecim cotuloratus in Societate. Alter ad diem tertiumuigesimum Octobris

*P. Adrianus Crucius*, domo Gandensis, annorum trium & quinquaginta, duorum & triginta in Societate, tria vota professus.

## P O L O N I A .

**I**n Prussia, quæ Polonicarum Provinciarum nostrarum pars & Dieœcesis est, ad diem tertiumuigesimum Octobris obiit

*P. Sebastianus Cosdronius*, gente Polonus, cmeritis vita sexagenis, vno & vicenis annis in Societate.

*ANNVS M. D. C. X X X.*

## GALLIA. CAPVT I.

*Biterris unus: duo Montiliij sublati.*

**N**e anno quidem isto millesimo sexcentesimo trigesimo reddita Gallia serenitas est: adhuc vbiique pestilas, vbiique mortes; & in ijs multiplex nostrorum laborum seges; dum se pro fratribus, sui prodigi, in discrimen coniœciunt. Primus annum ineuntem, hoc est, Calendas ipsas Ianuarias Biterris consecravit, & viam reliquis præiuit ad cælum. Is fuit

*Ioannes Laguille*, gente Vasco, annos in Societate non amplius septem, in vita unum amplius & viginti moratus.

Montiliij eodem quidem ipso Ianuario mense, sed incomerto adhuc die, de medio excessit

*P. Ignatius Martgnac*, gente Sebusianis, qui dimidium ætatis quadragintaquatuor annorum duxerat in Societate. Illum ad sextum-decimum Februarij diem secutus est

P. Ludovicus Bonillet, domo Chardensis ex Augustodunensi Dioecesi, uno & quadragesimo ætatis, quinto vigesimo Societatis, septimo nuncupatae quatuor votorum professionis anno. Vir ille fuit, qui modestia, pietate, alijsque officijs omnibus, & bono passim exemplo genuinam se probavit sobolem Societatis: annos aliquid commoratus Montilij, Catholicis amori iuxta, atque Hæreticis terrori fuit, concionum suarum & qualem eximiæ laudi fructum consecutus. Eâ in vrbe coorta pestilentia cum furenter securiret, socium ad suburbana tabernacula & grise procurandis allegauit: ipse sibi solandam solus vrbum, alijs vel dilapsis, vel iam peste interemptis, vendicauit, factus omnibus omnia, Parochus, Concionator, Infirmarius; querere eleemosynas, medicinas, omnia: ipse parti-ri; ipse admouere: bis die, summa illâ sacrorum in necessitate, ciuxia id quod per Ecclesiarum Rómanarum autoritatem in certis casibus licet, ut latè docet de Sacramentis disp. 8o. sect. 3. Suarez, & alij, & celebrare; baptizare infantes; emortuos humare; languentibus intrepidè Sacra menta præbere. Ingrediebatur per vrbum altera manu Christi de Cruce pendentis effigiem, altera carentem virgam præportans, ad se versum venientibus monumentum periculi, quo de via tantisper, dum prateriret, decederent. Interim amabili vultu serenitate, & blandâ allocutione retrare vniuersos. Patrem patriæ, suæque vrbis passim illum vrbs appellare. Cupide gestiebat animam, non pro amicis solummodo, sed pro inimicis, hoc est, Hæreticis quoque etiam opponere ad periculum, præstò semper, atque in procinctu vel illos, si admitterent, laborantes adire; neque verò sic acriter eum hostes, quæ lenitas erat hominis, ut alios nostri ordinis assolent, auersabantur. Moniales ijs temporibus usque adeò asperis omni destitutas auxilio mirificè inuit. Ita recreabat inopes, afflitosque à fortuna, ut de illo passim, nec immitiò, videretur illud ab omnibus usurpari: *Tibi derelictus est pauper.* Priùs paulò quam morbum ipse contraheret, literas dedit ad P. Stephanum Binetum Præpositum Provincialem, sancta cuiusdam plenas generositatis. Indignum se, qui tali in causa morceretur, qui Apostolico illo in ministerio caderet; peccatorum suorum se veniam petere; si quid sibi accidat, orare se maturè iam nunc, ut suis eum precibus socij prosequantur & alleuent. Hæc illum agentem, atque meditantem, die decima Februarij pestis inuasit, contagione venenatae animæ, quam haustæ à femina, quum & gram solaretur, audiretque confitentem. Visa est vniuersa in eo Ciuitas agrotare;

agrotare ; neque omnium quisquam fuit, qui non cupidè suppeditaret, quidquid ad eius curationem, salutemque pertineret. Tanta vero contra dedit ille gaudijs signa, quod pestilentia, quod in opere charitatis, quod in Societate vitam ederet ; tanta rursum præbuit argumenta pietatis, ut eliceret ihs lacrymas, qui ad seruum atque opem præstò illi erant. Assidue Christi Seruatoris Crucifixi signum, oti, capiti, cordi apprimere, & disfluuiari. Demum admirabiliter tolerantiæ febrim vehementissimam quadriduum passus, sacramentis ritè præmunitus, animo atque obtutu in Christum Dominum defixo, tranquillissime conquieuit. Funus mirabile doloris atque amoris significacione ab omnibus ordinibus celebratum est.

## C A P V T I I .

*Complures alij extinti in Gallia.*

**A** Venione terni diem supremum gloriose in opere confecere. Primus ad diem duodecimigesimum Ianuarij Gabriel Gouffet, domo Lanchensis in Clamomontana Diœcesi annorum vigintiquatuor, duorum adhuc tiro in Societate. Alter ad diem tertiumuigesimum Martij :

P. Antonius Fournier, Valentia, vrbe Gallie, oriundus, annorum vnde quadraginta, duorum & viginti in Societate. Tertius quinto uigesimo die Aprilis

Ioannes Journey, Belga, Valencianis, oppido Hannoniae, ortus, annorum quatuor & viginti, trium in Societate.

Aquis Sextijs unus obiit ad diem vndetricesimum Ianuarij

P. Joannes Regnierius, domo Lingoniensis, annos natus duos & quadraginta, quatuor & viginti commoratus in Societate ; & quatuor ei votis solemniter autoratus.

Cadomi, quæ vrbs Normandie maritima est ad Britannicum fretum, tres occubueré Julio ineunte, primus ad diem tertium ; reliqui duo ad diem quartum. Ille fuit :

Stephanus Camus, domo Aurelianensis, Scholasticus, anno etatis uno & vigesimo ; altero Societatis. Hi verò fuere

P. Robertus Lignier, patria Caluomontanus, annorum quatuor & quadragenum ; quatuor & vicenum in Societate : &

Renatus Codretus, Parisiensis, Scholasticus ; altero & vicelimo

vicelimo ætatis & sexto Societatis anno. Ebreduni. Delphinatus Urbe, duplocarus hic episcoporum numerus est. septem obiit in consagratione charitatis absuntis. Primus viam moriendi patre fecit ad diem quintum decimum Julij.

P. Antonius de Digne, patria Dignensis, qui ex ætatis annis quinquagenis quinibus, tricenos in Societate, senos denos professus, quatuor votorum exegit. Vir, cui adeundorum pro Christo, pro Ecclesia laborum cupido, & inexhausta animarum sitis, non sexcentis quidem, iisque laboriosissimis expeditionibus, saturanda, potuit hominis verè Apostolici vocabulum promereri. Ardentissime expetit peste laborantibus ex Iesu esse; quo in opere, paucis diebus, ut erat feruentissimus, sive negligens, pestem, mortemque lxtans executus est. Ignatio Fondator eodem die diem ultimum eadem gloriâ finientes, Hos menstrua inter, capedine, ad diem quintum decimum Augusti securus est.

P. Gerardinus Pensi, Lugdunensis annorū 56. vixit in Societate annis 36. Coadiutor Spiritualis formatus 19. Ianuarij 1614. homo feruentissimus & amansissimus laboris pro salute animarum. Bis inserviit peste afflictis, quo in ministerio tandem 1630. anno obiit 20. Iulij Pigneroli; idque audiissime optauerat post multos labores exantatos in varijs missionibus, in quibus magnâ semper cum ædificatione operarium se exhibuit in confusibilem, & ybique bonus odor fuit Christi & verè filius Societatis.

P. Dominicus Girig, Pedemontanus annorum 31. Societatem ingressus erat 8. April. anno 1618. magnæ omnino spei, & virtutis. is dum vni è nostris peste afficto magna cum cautione seruit, eadem correptus obiit Pigneroli, 22. Iulij. 1630.

P. Carolus à Cruce, anno 46. Diocesis & urbis Nemausensis ingressus erat Societatem anno 1605. 10. Aug. Professus 4. votorum 12. Martij anno 1622. dum seruit in hospitali militibus febri & peste laborantibus pestem hausit, sanctè se ad mortem disposuit, magno cum pietatis sensu obdormiuit in Domino Gratianopolis 22. Aug. anni 1630. vir fuit bona semper ædificationis tam Melitæ ubi vixit inter equites Gallos, quam in Gallia ipsa ubi varia ministeria obiit magnâ cum ædificatione.

P. Petrus Jorna, domo Regiensis in Provincia, natus anno 1586. Societatem ingressus 1603 atque in gradum Coadiutorum Spirituum adscriptus. Multa illi prudentia, multum studium animarum. Adhac, homo pragmaticus & negotiosus, dum rem Collegij familiarem

Si arcem praevararet diligentier atque utiliter cui opera dum intentus peritragatus vibem, pestilentia videt universem virgeri. Igitur haud in postremis esse velle, qui laborans succurrat: id quod egregie domini pietatis moribq; contracto, celeste suæ charitatis præmium adeptus est? Haud permultum post duo eadem die quartuagésima Augusti decessere alter suscepimus, sicut obiit in super ceteris.

Petrus Badel, Ministriolensis è Diœcesi Aniciensi, tres & sexaginta natus annos, quorum quinque supra quadraginta Societati studuit, in temporalium Adiutorum gradum ab annis septem & viginti adscitus. Elius spectata semper pietas fuit: plenus officij, eaque re omnibus magno amori. Peroptauit ægris operam dare; atque ex ea mercedem contupitam tulit. Alter fuit.

Andreas Odo, gente Delphinis, è Diœcesi Gratianopolitana, duos & quadraginta natus annos, duos & viginti versatus in Societate, formatusque ab annis undecim Coadiutor temporalis. Dni pectoris omnia passim invaderet, is animosè Nostris qui restituerant in Collegio, ceteris in tutâ dimotis, inseruens, boni labores fructum haustrâ etiam lue percepit. Eum sextus excepit ad diem nonum uicissimum Augusti.

P. Petrus Allier, patriâ item Delphinis, sed è Diœcesi Ebreniensi, natus anno 1595. ad Societatem admissus 1614. Venerat ipse Lugduno, Philosophie scholas enucleaturus; etiam laborare contagio conspicatus vrbem, statuit illi opem abs se quoque etiam ferendam esse; quin in conatu vitam edidit immortalitati. Calendis Septembribus postremus obiit.

Ioannes du Bois, gente Lotharingus è Tullensi Diœcesi, annorum triginta, sed quatuor duntaxat in Societate; paucos ante mentes ad seruilia sui gradus Coadiutoris temporalis officia missis ex Auenionensi tirocinio, probatam fecit domi forsique probitatem & charitatem suam, in cuius exercitatione, dum se peste laborantibus impendit, magna sua voluntate, felicitateque consumptus est.

Gratianopolis suum quoque funus hoc anno duxit ad diem alterum & vigesimum Augusti. Obiit ibi scilicet

P. Carolus de la Croix, seu malis, à Cruce, vel Crucium dicte, eni Nemusum alij patriam faciunt, alij Montempessulum. Annos erat emeritus quadrigeno's senios, vicenos quinos in Societate, octonos à suscepto quatuor yotorum Sacramento solemnii. Nauarit aliquamdiu Melite suam industriam præstrenue militibus Hierosolymita-

lymitanis suæ gentis: unde redux in Galliam renauauit, eandem diligentiam fatiscentibus in nosocomio febri, lueque militibus; à quibus eodem illigatus contagio pulchram, ornatamque egregio sensu pietatis mortem oppetivit. Sunt qui eius occasum referant ad diem quartumdecimum Augusti; sed è fortasse die pestem contraxerit, quam octiduo fuerit executus. Ut res sit, ego eam in medio relinquo.

Camberium suos etiam tres cælo dedit; primum die quarto-decimo Septembri. Is fuit

*Antonius Euerardus*, gente Allobrox, Montecalvensis, annorum quinque supra sexagesimum, trium supra quadragesimum in Societate. Alter die undetricessimo Nouembris occubuit

*P. Enemundus Moreau*, domo Diuionensis, annorum ætatis sexagenum, quatuor & triginta in Societate. Tertius postridie, nimis ad diem Nouembris tricesimum

*P. Ioannes Bertrandus*, ortus in oppido S. Ioannis in Diœcesi Mauriacensi, anno septimo tricesimo ætatis, altero vicesimo Societatis, quatuor vota solemniter professus.

Tolosa denique unum habuit charitatis funus, quo diem nonum Octobris illustravit. Is fuit

*P. Ioannes Malicensis*, domo Sanctoniensis, annorum quinquagenum quinum; vicenum octonum in Societate.

## ITALIA. CAPVT III.

*Parma desiderati undeniginti.*

**N**unc gradus in Italiam faciendus est, cuius primam partem funeribus propemodum exhausit pestilentia, & Nostrorum ingentem edidit stragam ardens charitas. Primus impetus in Parmentes fuit, vbi vitam optimo exitio compendifecerunt omnino nouemdecim; quorum alij iuuandis ijs, quos constaret esse iam afflatos eo malo, segregati à consuetudine ceterorum; alij in vita communi, omnium promiscuè adeuntium solatio, quād difficultiore cautelā; tām periculosoire congressu, seruientes, utriusque certe capitum suorum deuotione charitatem executi, eodem censu habendi sunt. Primus igitur ex acie ad victoriā egressus est die quartā Maij

*P. Venustus Roberti*, domo Parmentis, ætate sexagenarius, societate

cietate circiter vicenarius, tria vota soleminiter professus. Is à quopiam ex multitudine inter audiendam eius in templo Confessionem haustâ lue, simul in Collegium ingressus est, nullo metus indicio, fronte porrectâ, composito ad risum ore, curatori fecit indicium, & domesticum in limodochium vtrò concessit; ibique tranquillo animo, Sacramentis acceptis, quātriduo è statione decessit. Fuit illi promptum ingenium, & felix memoria; quæstionum de officijs ut indefesum studium, ita peritia vulgari maior. Sed cùm indeoles esset astrictior, timidiorque, & lingua balbutiens, erant opes illæ animi lucis quidem & publicæ dignitatis inaneæ, sed in loco haud-quaquam vsus expertes, præsertim quòd ille cùm ferè tenuioribus operam, eamque assiduum daret, semper erat in manu suas ut diuinitas, quamvis in umbra, tamen commodo multorum explicaret. Huic proximus excessit die sextâ Maij

P. Dominicus Collesantus, domo Balneoregiensis, tertio quadragesimo ætatis, tertio ouicesimo Societatis anno, in qua fuerat Spiritualis Adiutoris gradu decoratus. Primus epidemîa inuadente seiungi à ceteris ad ægrotorum leuationem ardentissimè expetiit, & suo quodammodo iure, ut aiebat, quòd se voto obstrinxisset, eam prouinciam occupauit; egitque præstrenè vicenos, aut circiter, dies; visus aliquando scalis ad fenestram admotis in opertam se domum penetrate, ut ægro, quem ibi iuxta pestis atque incidia depascebant, & Sacramentis opitularetur & cibo. Is Perusiae primum, dein Patauij, demum Ferrarie dederat olim literis humanioribus operam: atque hinc dato in Societatem nomine, Romam anno seculi volvientis septimo ad tirocinij rudimenta profectus est. Ijs cum laude positis, in suam illam, vnde fuerat adscitus, Prouinciam reuersus, Philosophiaæ spatijs emeritis, Grammaticæ ludo Parmæ inclusus est. Quadriennio, de more, conseccio, nuncium grauioribus alijs doctrinis Moderatorum assertu remisit, & vno quietis anno perdiscendis priuatim Græcæ linguæ præceptionibus Placentia traducto, pristinum suum infimæ Grammaticæ in ludum Parmæ se retulit, eique deuotam ætatem, egregio modestia documento reliquam impendit; tantâ acœuratione, studiboque commodandi pueritiae, ut vtriusque iam linguæ scholas faciliorem redactas in ordinem ex vnu suo parauerit, in lucem, bono publico, si tulissent tempora euulgandas: Interim & doctrinæ de moribus operam ex interuallo diligenter, & Confessionibus audiendis nauare industriam. Ad hæc, laudata in co-taciturnitas, laudata charitas, de-

Spicentia sui, corporis afflictatio, consuetudo cum Deo assiduis ad eum aspirationibus nutricata; exacta præterea domestica disciplina custodia; indulgentiarum comparandarum, ne quid à morte pendendum reliqui fieret, sollicita cura: ut ad omnem veræ landis partem nihil quidquam illi defuisse videatur. Postero post hunc die, seu die septima Maij abiit è medio

*Bartholomaeus Grumellus*, patria Brixensis, Scholasticus, annorum tricenūm, & octonūm in Societate; in quam, expleto Parmae Philosophiae curriculo, professus nomen suum, Nouellaria, per omnē virtutis gradum prima posuit rudimenta tirocinij; ut iamrum P. Ascanius Marazzius eius magister, tanquam de vera perfectionis effigie, de eo passim cum alijs loqueretur. Secundūm tirocinium, & edictam pueros, de more, Grammaticam, Theologiae spacio immisus est: tantaque fuit eius ingenij commendatio, ut altero Theologiae anno promagister in Collegio Nobilium Philosophiam Receptoris vocabulo, subdoceret. Multæ in eo artes bona; sui contemptus; exactio disciplinæ, fraternæ charitatis æmulario plusquam vulgaris, denique abolutæ virtutis ingens cupidio, Vetusum Indiæ adeundæ consilium in rem præsentem felici compendio transmouit. Igitur expressâ multis precibus à Præposito Provinciali iuandorum ægrorum copiâ, dum Patres curarent animos, ipse vietu corpora recreabat. Erant vno tempore secretis illis in ædibus omnino sedecim è Nostris illi curantœ destinati, qui cum se mutuis aliquando sermonibus ad ingens illud officium incitarent, Bartholomæus nescio quo maiore instinctu haud cunctanter asseruit esse omnes, præter vnum, eo in opere diem clausuros: habuitque prædictio ratum euentum. Ipse paucis diebus, post sacra libata mysteria, suum inter primos concluſit.

## C A P V T I V .

*Aly tres Parma sublari.*

**O**ctauus Maij dies fatalis fuit simul duobus; quorum alter *Sacerdos*, alter *Scholasticus* adhuc Sacerdotij expers erat. Prior fuit

*P. Dominicus Zadaeus*, oriundus *Salodiō* ad *Benaci lacus* ripam, annus natus duodetriginta, in Societate quatuordecim. Mancus ad Societatem se adiunxerat penè puer. Subinde *Placentiae* politio-

politiore literaturâ ita se excollerat, ut excellenter omnem orationem, seu vinctam, seu liberam pangeret; eâ re Moderatorum præiudicio iam tunc edocendis Rheticam nostris destinatus; præsertim quod & mores commodissimi, & mite ingenium, & bona animi opes illi abunde essent. Rauennæ tamè placuit ei muneri proludere, instituendâ quadriennio, ut fieri solet, primis literis eâ iuuentute: Iam nund verò Parmæ tertii stipendijs sacra Theologiae merebat, nouus paucorum dierum Sacerdos, cùm ea tempora incubuerunt: Gestiebat ipse perque optabat inter eos nomen profiteri suum, qui se languentium seruitio dedicarent: sed quoniam eius temperatio corporis aliquanto mollior contagioni videretur obnoxia, expers optati sui iussus est vna cum alijs secretum in rus ad persequenda studia concedere. Postea verò quâta multitudo existibilis morbi metu perturbata cœpit ædem nostram usurpandis ad præsidium Sactamentis densè frequentare, Dominici placuit absentis haberi rationem. Igitur ad communionem periculi dominum reuocatus, incredibile dictu est, quanto gaudio, quantâ prosperantiâ, certam ad mortem, ut socijs in digressu profitebatur, accurrerit. Nec longa mora: primis ipsis confessionibus traxit virus, coque paucis diebus crepus est. Qui casus ipsi tamen neque insperanti, neque illibenti fuit: nam quo die postremum ad aram fecit, ipse sibi, quodam quasi diuino instatu supremam eam hostiam fore præsentiens, suis manibus ad æternitatis iter impendens, viaticum auspicatò dedit. Eodem illo octauo die Maij occubuit.

*M. Hieronymius Bofsius*, ortu Parmensis, annorum sex & viginti, septem in Societate Scholasticæ & ipse, iam alterum ab auditis Philosophicæ scholis animum Grammaticæ superioris magister. Aspirabat ille quidem vehementer ad Indias: sed præsentiore charitatis fructu delinitus, cùm ruti degeret à periculo procul, in eam se flamnam dare votis ingentibus petessuit. Vbi copia veniendi facta est, nulla cunctatio: in medium se pestem ferre. Ibi seruere, agere: domos in vrbe, lectos in Nosocomio concursare. Sic paucis diebus malum contraquæ allectum; ipse vel in morte iucundus & hilaris, sic erat indoles, vitâ excessit. At die duodecima Maij fecutus est.

*F. Franciscus Gherardi*, patria Montalbottensis in Piceno. Ætas illi tricenaria, anni in Societate quatuordecim. Egit ille primam & etatem Parmæ sub suo suo eiusdem urbis Gubernatore; ibique,

Grammaticæ rudimentis imbutus , animum aduertit ad Societatem . Tirovinio Nouellariz per omnem laudis commendationem posito , Placentia deinceps biennio incubuit ad studium eloquentiæ , Parma ad Philosophiæ tres ipsos annos . Rhetoricam ipse Mutinæ subinde duos annos , mox vnum in Collegio Nobilium politiore m . omnem literaturam tractauit . Tum spatum ingressus sublimioris de Deo sapientiæ , tantâ ingenij abundantia ad metam venit , ut nisi temporibus arque interita fuisset exclusus , iam tum , iussu Moderatorum , & vnuersam disceptare Theologiam , & mox eam partem , quæ de officijs est , aggressurus erat explicare . Paulò antè sacris inauguratus ; quâm pestis ingrueret , necessariorum rogatu missus in patriam fuerat cum germano suo fratre Pyrrho , Canonico Partensis , ut sacra in Aede Laureti , ad illa Deiparae , Deique Homitis honoranda vestigia , Deo primâ litaret hostiâ coram suis . Ibi dum amicorum solatio commoratur aliquantisper , ecce nuncius , Parmam laborare contagio , iamque finitimarum urbium vsu atque commercio esse interdictam . Continuò Franciscus abire velle à suis , velle Parmam curriculo reuolare . Retinere illi , vrge re , obniti ; fidem se illi recipere de facultate à Præposito Generali adipiscendâ Vrbis inuisendæ . Sed ille firmus in proposito redeundi stare ; certum esse . cum ijs , quibuscum vixerit , commori salutem , vitam , omnia præ charitatis officio postputare . Igitur viam confessim arripere , vorare ; nusquam in Collegijs resistere ; Parmam aspirare , neque , dum eò appelleret , animo conquiescere . Atque ut appulit , continuò Prouincialis ad pedes genibus flexis obuerter rogare , obtestarique , sibi vt formidolosæ prouincie copia fiat ; eam ob rem aduolasse , spretis suorum hortatibus , monitis , consilio , & panè vi , quorum maximis ingratij profectus sit . Sed Prouinciali tum quidem sic visum est , ne compotem eum suæ sententiae , desiderationisque efficeret ; sed vrbe excederet , & in rusticatu cum ceteris incolumitati studeret . At post non multò facta redendi potestas est , & ægris mortalibus suo periculo consulendi . Id ille quanto gaudio sit orsus , quo studio , quo ardore amoris executus , superuacaneum reor esse dicere . Nimirum enim congruerunt omnia ei flagrantia , cuius impulsu tantopere festinalset . Paucis diebus noxio quopiam aspersus anhelitu ccepit languere , & continuò bubo tetterimus totum eius pectus insedit . Hinc ardor acerimus , atque acerbissimus dolor , cuius ipse totum triduum egredie , sine questu , sine gemitu , perfrens , animam demum , ut optauet

optauerat, edidit charitati. Multæ in eo viro laudes fuere, quibus: aliorum amorem & existimationem, atque ex illa sibi nomen Angelii vulgo parauit. Plenus omnis officijs; in Deum religiosissime prius esse; Moderatoribus obsequens, & regulis omnibus accurate obtemperans; in semet, atque in suum corpus inclemens & durus; lucis osor atque splendoris, suique despiciens animus; studiosus salutis omnium, flagrantia charitatis. Testem habeo diurnum eius contubernalem, qui quidquam in eo se unquam à perfecta dijunctum, absolutaque virtute negat obseruare potuisse: omnium obsequio semper fuisse prestos; semper ea solitum occupare feruitia, quæ aliorum ferè fastidijs, aut laboris, aut humilitatis gratiâ adhæsererent. Sapè in triclinio prodire linea in veste obsoletâ & decolore, fluxo petaso, laciniosoque ad Sociorum pedes osculandum aduolui, & humi sedentem vesci. Exhibere se P. Ministro seruilibus culinæ ministerijs, eluendis peregrè venientium vestigijs, atque alijs talibus officijs promptum. Ita per domini ingredi, ut qui cogitatione cœlestia volueret: ita coram diuina Eucharistia immoto corpore insistere, ut qui ab alienatus foret, aut omissus ab animo. Denique discipulorum suorum, dum temuit literarium, ludum, apprimè studuisse profectibus, ad disciplinas illas quidem quascunque tractarer, sed multò maximè ad Christianam pietatem, atque artes bonas. Verisimilimum sibi quoque esse certis indicijs, vehementer eum ad Indias aspirasse. Supremo in morbo aberrantem animo illud identidem iterasse, propter Sanctam Obedientiam, ut quæ virtus illi maximè cordi fuerat, propter eandem extremum se libenter edere spiritum testaretur. Videri potuit fratri suo Pyrrho, vel constantiam virtutis suo in exemplo propositâ, vel etiam à morte suo precum apud Deum suffragio saluti fuisse; nam anno postero Societatem ille, Sacerdotio suo lauto dimisso, complexus est, inque ea nomen hodie cum dignitate sustinet Procuratoris Generalis.

## C A P V T V.

*Parme item quæcunq; alij extinti.*

**P**Ioannes Baptista Riccerius, cum se morbosorum auxilio Parmæ consecrasset, & primùm in vrbe, mox in Nosocomio ad S. Lazarri operam illis egregiam impendisset, consuetudinis eius contagio

tagio infectus, ad diem quartum decimum Maij, Sacramentis, de more, præmunitus, è vita latus demigravit. Eo in morbo cùm mens illi dimota malitie euentia, ut sit, minime constaret, extimescere sese diuitiæ arcana iudicij præferebat, cui suorum peccatorum edere, probareque rationes non posset. Sed erant ea deliramenta salutarium vestigia cogitationum, quibus habere se consuebat in omni officio, inde usque à pueritia bonis moribus ætate traduca. Nimis in ortu Brixensis: cùm esset, Parinam adolescens ad Philosophiarum studia concesserat. Ibi cum eiisibus & qualibus ita eodem in contubernio fuit, ut mira viramque in partem ingenii dexteritate, neque ab illorum amicitia familiaritateque diuerte-ret, & suum semper integrum studijs literarum atque virtuti locum seruaret; eaque agendi gratia cùm neminem omnium vñquam offendere, tum verò non paucis vñilitau fuit. Expedita Philosophiæ se ad Societatem applicuit; & posito Nouellariæ bienni tirocinio, Bononiam triennium in Grammaticæ præceptis explicandis impendit. Inde Parmam ad Theologicas Doctrinas traductus, vbi ad carum finem quadriennio peruenit, & cām publicè vniuersam defendere, & subinde Philosophiarum scholas explicare iussus, ab utroque eo officio pestilentia ingravescente prohibitus est. Erat illi amabile ingenium, mores facilissimi, prudentia cuius idonea futura magistratu, vbi usus adoleuisset & xeras, quaæ tricenū illi duntaxat annorum fuit, septenū in Societate. Postridie quam hic obierat, ad diem scilicet quintum decimum Maij decessit.

*Thomas Sedaccius*, domo Bononiensis, Coadiutor temporalis, annorum vndeque adraginta, quatuordecim in Societate qui cùm ex culina, cui longam debeat operam, ad ægrorum curam, suo fuisse oratu secerus, suā sanctā hilaritate magno solatio infirmis fuit toto bimestri: hæmitate, obedientia, charitate, & laborandi contentionem commendatus; cuius in ægris curandis studium, mortisque ea in causa contemptum vniuersi magnis laudibus depraedauere. Eodem ipso quintodecimo die Maij obiit.

*Ludonicus Parenti*, ex oppido Parmensi agri S. Secundo, natus annos duos & viginti, ex famulo domestico effectus socius, vna die tiro, & votis nuncupatis cælestis hæres, Societatis institutus. Nimis operam ille faciens vestibus domi locabat eo consilio, ut cùm se Nostris probauisset, in eorum numerum adscisceretur. Interea incidit ea temporum acerbitas, in qua versamur. Audiuit autem in Gallia fuisse prouper hominem, qui simili rerum articulo

ticulo in eam conditionem, fuisse cum Superioribus ægrotantium, pelle ministerium depactus, ut si fors cum corriperet, ex illo censeri deberet nostro in coetu collocatus. Igitur eo Ludouicus exemplo eandem in sententiam cum Superioribus pepigit, et praesertim etiam cogitatione suffulcus, quod vita longinquitas ad alieni semper etris incrementum pertincret. Itaque paucis diebus inserviit; huc corseptus est; Societati Sacramento dixit; ad celestium nostrorum concilium latans emigravit. Biduo post hosce, hoc est septimodecimo die Maij eodem profectus est.

*Franciscus Smeraldus*, ortu Parmensis, natus annos vnde triginta, vnde decim in Societate, Theologie iam alterum annum emetieus, ferventissimam in ægros charitatem exercuit, impetrata magna precibus et secretionis prerogativa, cum qua spem Indianum, cupidè commutauit; quamuis eam ex seculo extulisset, eaque redeposito Sciarra nomine, Francise nomine ex Francisco Xavero Indianum Apostolo adsciuisset. Secundum tirocinium Rauenæ ac Bononiae literas humaniores ex intervallo cum laude professus est. Parma Philosophia percultus est, & Theologiam auspicatus, Mathematicas cum ea scholas imgebat, ijs postmodum exercendis iam tum Moderatorum consilio destinatus. Sed prima hominis commendatio ab innocentia nullo violata flagitio fuit: altera deinde, ab ingenuitate, modestia, facilitate ingenij, morum candore; quoniam neque sicut, ut nemo unus omnium illum absque Angelii, vel adolescentis Angelici prænomine appellaret. Mirum vero quiddam valuit illud, quod longo prius tempore cum Horatio fratri suo, tum alteri suo perfamiliari dixerit ascueranter, neque inaugurandum se vnuquam Sacerdotio, & mortem eo ipso anno, quo reuera occubuit (nam cum diserte signabat) oppeturum fore.

## C A : P V T V L

*Ibidem & P. Hyacinthus Grillus desiderans.*

**V**ideri potest, nec iniuriâ, virtus unius, qui iam nobis hic ordine commemorandus est, aliquanto ceteris fuisse splendidior; ut qui contentiore fortasse studio mortem honestam alienæ domi quæsierit, quam plerique suæ. Cereres illi fuere Placentia; Parma spatium; & cælum meta, ad diem alterum & vigesimum Maij contacta. Is fuit

*P. Hyacin-*

P. Hyacinthus Grillus, nobili loco Genue natus; emeritis iam  
tum vix quatuor & triginta, atque in Societate annis duodecim  
Genua missus olim puer annorum duodenum ad Parmense  
Collegium Nobilium, ut cum qualibus ibi magistris Societatis  
bellissime formaretur ad bonas literas & honestos mores. Anno  
undecimo huius seculi, Rheticis præceptionibus iam satis infe-  
ctus, ad tirocinium Societatis Nouellariam concessit. Eo peracto  
Placentia retractauit eloquentiae præcepta, tantis eâ in facultate  
progressibus, ut eam illa cùdem ipsa in urbe, post triennis Philosophia  
studium Parmæ emensum, quatuor ipsos annos egregiâ cum  
laude tractârit; nisi quod eius amicitate discipline aliquanto im-  
piensius oblectari visus; & inanis nescio quid elegantia, præsertim  
in lingua Italica, consecrari, timori Superioribus & cura fuit, ne  
ad illud piatus dicendi genus si plus nimio adhuc resceret, eloquen-  
tiam suam atque abundantiam ingenij, quaestus magis vanæ fictæ que  
landis, quam saluti mortalium, & honori Diuinitatis haberet. Eius  
suæ sollicitudinis illi facto à Moderatoribus indicio, ut erat indole  
planè facillimâ, atque optima mentis, animum continuò transtulit  
in partem alteram; & cum ad ordenda Theologia studia Parma  
venisset, ibi ad omnem se modestiam componere. Nihil illo de-  
missius, nihil sui despiciens, pietatis, Diuinæ procurandæ glo-  
riæ, seruandorumque hominum, denique nihil illo perfectæ disci-  
plinæ, atque omnis officij studiosius. Vincitorum custodias, agroto-  
rum hospitales domos, quamvis otij fructus à Theologia suppedita-  
bat, inuisere; fontes ad decreta supplicia comitari, verbis erigere;  
in summa, quamplurimis, ut cuique fas esset, opitulari; id demum  
studio habere. Postea verò quam Theologia finem imposuit, insus  
ad S. Rocchi Parmæ pro concione dicere, ita ad id munera animi  
appulit, ut verbis nequaquam aptis atque compositis ex memoriæ  
fidei repetitis, sed effervescentis animi ac redundantis af-  
fluentiâ suppeditatis vteretur ad populum, eumque suis ipsius ar-  
doribus niteretur incendere. Ceterum ut ea dicendi vis atque  
contentio firmiora latera, quamqua ipsius essent, & vires corporis  
ampliores requireret; aliquid illius pristinæ elegantia statuit, quo  
damnum illud sarciret, admittere: quare dici non potest, quanto  
populorum studio, quæ celebritate nominis audiretur. Sed ea ipsa  
dicendi varietas, Moderatoribus, integratâ sollicitudine, ad noua  
consilia momento fuit. Illum enim P. Hieronymus Forlanus Par-  
mensis Rector, quem olim ordinentem Theologia studia, con-  
trarijs

trarijs apud Præpositum Generalem officijs , ab Indica expeditione deduxerat , eam concionandi , quam tunc inierat , viam ratus Italiae , magis , quam Indiæ profuturam ; eandem nunc ipsum retinuisse religioni habuit , & nouis officijs priora sibi diluenda constituit . Et cùm ab Indicis cogitationibus Hyacinthus ipse nunquam animum deduxisset suum , renouandis etiam consilijs locus Præposito Generali citra notam Hyacinthi fuit . Hæc interea dum ancipiti deliberatione geruntur , & Hyacinthus Placentiæ secundâ multitudine concionatur , ecce Parmam à lue vastari dirum in modum , & sociorum lectissimam manum vlrò morti ob charitatem autoratam esse perfertur . Quasi quædam inde flamma delata esset , sic insolito ardore correptus Hyncinthus est , vt illicè abeundi , suamque egentissimis hominibus operam impendendi à Præposito Provinciaли Marco Garzonio , quamuis illo quidem cunctante , sed demum lacrymis , atque infimis precibüs , cùm ad Patris ille se pedes quater abiesset , obtestareturque ne se præsentissimâ sempiternæ salutis occasione , quam aliâs fortasse nunquam adipisci posset , frustratum iret , tandem euicto , facultatem impetrârit . Nec mora ; socijs , vt quemque fors , obuiam ferebat , arcto complexu valere iussis , precatusque nonnullos familiaritate coniunctiores , vt piacularē propediem pro se sacrum faciendum curarent (adèo nimirum & suæ mortis certus , & minimè verens erat) equo consenso Parmam aduolat , ardens animi , ac fronte oculisque charitatem spirans . Sed ne ardore peccaret , paululum refrigeratus est , cùm ædes ingressus Collegij , socium vnum in sandapila compositum , alterumque ex eadem lue expirantem offendit , ac tertium ad suprema sacramentis comparari . Itaque audita illius vox est : Non cogitaueram calum adèo esse vicinum . Sed male anime , moriamur victima charitati . Nec vltra hæc verba timor fuit : nam eadē ipsa nocte , exorato Rectore domesticum in limodochium divertit , impatiens vel vnius noctis habendæ procul ab terrestri , vt aiebat , paradiſo . Mox ad ægros foras digressus , totamque obambulans & cursans urbem , incredibili animi , corporisque contentione , & feruentissimæ significatione charitatis , languentibus adesse , sacrificare expiare , ac reficere perseverauit . Abierant iam dies aliquot incolumi , cùm ignotum in senem , cultu Sacerdotali , qui facie nescio quid humano maius præferret , incidit in Ponte Parmensi , blandeque interrogatus , ecquid rei agat ? Ille vero , cù se decumbentibus è lue , quæ Sacerdotis essent , officia præstare . Tum rursus ,

alter : id enim uerò Deo gratum esse , & propediem ab eo mercedem laboris accepturum. pergeret porrò, ac se ad suprema componeret. Sic vterque digressi , cùm illicè reslexisset oculos Hyacinthus , ut suum illum vatem curiosius agnosceret , iam ille videri desierat , neque à quoquam , quid illud hominis esset , rescitum est . Ceterum handvana fuit ea vaticinatio : nam die postero , eodemque Dominico sacræ Pentecostes , cùm inter litandum Hyacinthus ad offerendam ex ritu hostiam Deo peruenisset , ingenti stomachi perturbatione coactus est sacris absistere , & mysticos illos amictus , iam peste contactus , exuere . Quantis ille tūm gaudijs ex vicinitate beatitudinis exultārit , quām latus mortem expectārit , quis queat verbis exprime ? Continuò Rectorē accerserēt ; qui simul eminus in conspectu fuit , prouolui Hyacinthus in genua , seque in cælum , tendere professus , benè sibi ut pregetur , detque noxarum veniam , obsecrare cūm lacrymis . Qui Rector , ut erat etiam ipse tenerimi pectoris , non potuit , præter lacrymas , quidqnam rependere . Sic demum Hyacinthus acerbissimis , triduo doloribus excruciatus , sed animo mirè tranquillo , Sacramentis piè perceptis , sūj ipsius , & humonorum omnium vīctor in cælum emigravit paulò prius , quām illi potestas ab Urbe adeuadæ Äthiopie perserretur .

## C A P V T V I L

Adhuc Parma duo alij emortus .

**P**osterio quām P. Hyacinthus elatus est die , hoc est ad diem tertium uigesimum Maij , ecce aliqd ex pliq funus  
*P. Iulius Casar Tedeschij* , ortus Ferraria , anno altero trigesimo -  
 xatis , tertiodecimo Societatis , Nimirum ab eius ingressu , secundum tirocinium , & Grammaticam doctam Mirandulæ Philosophiam  
 Parmæ , continuatoque studio Theologiam ad finem deduxerat , viâ  
 perulgata maiorum ; cuius interim eluxit vsque pietas in Deum ,  
 in Deiparam amoris teneritas & obseruantia : multa in moribus fa-  
 cilitas , in vultu hilaritas , tranquillitas in animo permotionis atque  
 iracundiae nescia ; otij atque desidie odijum ; aduersorum patientia ;  
 Moderatoribus obtemperatio flecti quoquid facillima ; denique de-  
 hoc tantum admitti , quid Deo maximè cordi foret . Igitur ut Theo-  
 logiam deduxit ad exitum , habendis deinceps concessionibus desti-  
 natus , ire Bussatum , eoque in secessu argumenta dicendi meditata  
 digerere

digerere iubetnr. Sed pestilentiae terrore prohibitus accessu, retro Caronam, vbi Parmenses socij rusticabantur, per saltus ac devia regressus, operam suam pestilentibus adiuuandis Rectori detulit, eamque ratam vt haberet, etiam atque etiam obtestatus est. Igitur ad opem nostra Parmensi in æde multitudini præstandam principio remissus; mox vt P. Ioanues Baptista Ruerius in suburbanis ægrorum tabernaculis ad S. Lazari sublatul est; eius in locum ipse continuò latus inuasit. Paucis diebus opere præstrenue colloca-ta, ipse malo tam vehementer aspersus est, vt cum ne referri quidem in Collegium ad curationem posset, ibidem ad S. Lazari magno cuiusdam è Theatinis Patribus viri chatitate præstantis studio curatus sit; & oppetitâ, Sacramentis acceptis, gloriandâ ea morte, compositus, & eius nomine vicino patricti, ad indicium & discrimen, inscripto, terræ mandatus sit. Posterâ die qua quartaniesima Maij fuit, abiit item è medio

Bartholomaeus Canestrinus, domo Placentinus, quatuor & vi-ginti natus annos, septem emeritus in Societate: in qua tanto sui deuexandi studio flagrauit ab ipso vsque primordio, vt omnes suos & quales antegressus esse videatur. Concessit illi P. Alcanus Ma-razzius Novitiorum informator, suis adhuc induito vestibus, vt primis aduenerat, vt nundinali die 'cucurbitas' in forum proser-ret, easque immoderato pretio emptoribus indicaret, quod præsen-tibus esset derisui: cumque austerioris aliquantulum esset ingenij, cum demum hilarari videbatur, & frontem explicare, tanquam proprio quodam gaudio delibutus, quoties vsi sibi venit aliquid, quo vel ostentui foret alijs, vel quoquo alio modo, naturæ, suo-que genio aduersus ire. Hic ille Parmensis temporiis ad Philosophiae studia Büsseti tertium iam incumbebat annum, atque eam artis lux opportunitatem minimè prætereundam ratus, im-pensè instare, vt Parmam sibi liceat ægrorum solatio ire. Obsisti non potuit flagrantissimæ charitati: facta cundi potestas est. Viam pedibus emetiri placuit, laboris studio. Simul appulit Parmam, domesticis ægris, urbanisque iuuandis, consolandis mœtoribus ita animum instituit suum, nullius ut officij desideratio in præteritis, quoad ferret eius conditiō, relinqueretur. Vbi verò se post octo cir-citer dies, eadem occupatum esse lue persensit, plenus gaudij, Deum laudare hymno Ambrosiano exorsus, quod reliqui temporis ad vitam fuit, ingentes inter cruciatus, quos voluptati habebat, cantando du-xit, ac demum sacris delibutam mysterijs animam latans egit.

*Parma rursum extincti tres alij.*

**A**Dhuc pulchra Parmæ funera, adhuc robustæ insignia charitatis. Calendis Iunij desideratus ibi est

P. *Andreas Barpi*, Belunensis in Venetorum Dioecesi, anno duodequinquagesimo ætatis, sextouigesimo Societatis, & quatuor in ea votorum professus. Vita melioris initium haud illi multum ab simile S. Ignatio fuit. Adolescens versabatur Patauij, doctrinis, ut assolet fieri, parandis intentus. Valebat inter æquales gratiâ; eiusque autoritatem multi, si quid incidisset, ut est id genus ætatis maximè discordiosum, vltro sequebantur. Igitur ut in partes, orto fortè dissidio, diuersè est itum, & temerè consertæ manus, Andreas in tibia vulnus ignea glandis accepit. Hoc illi scilicet salutis principium fuit. Dum enim hæret in curatione lecto defixus, anceps animum cura distrahere; cogitare quām periculosâ conditione rēs humanæ habeantur, quām cæ fluxæ ac fragiles, quām incertâ spe. Hinc sensim earum fastidium; firmarum, quæque perennaturæ nobiscum sint, ingens cupidus. Denique animum ad religiosæ virtutis studium sibi instituendum duxit. Confirmatus igitur è vulnera, magnarum cogitationum plenus Societatem ita complexus est, ut ad nullas absolutæ virtutis partes omisso esse animo statueret. Et habuit enim uero tantos in omni laude progressus, modestiâ præser-tim ac submissione animi, mortificatione, suique victoriâ, precatio-nis studio, atque ardore amoris, ut eximium in eo quiddam omnes suspicerent, & mirabundi venerarentur. Primam Societatis æta-tem egit docendâ Ferrariæ, Placentiæque tres annos. Grammaticâ; tum descendâ Parmæ Theologiâ; secundum quam Ministrum ibi gessit primò Collegij, dein contubernij Nobilium, tam integrâ commendatione prudentiæ, ut ibidem agere Rectorem iussus, in-credibili omnium approbatione septennium continuârit. Ibi opes eius animi clarius eluxere; magna prudentiæ & consiliij vis subitis atque ambiguis in rebus, constantia mentis & celsitas; nullum per-turbationis indicium, nihil in verbis, in gestu incompositum, omnis actio, motusque omnis tranquillus; multa cum Deo familia-ritas & consuetudo, multa confusio; denique in componendis que nascentur dissensionibus nihil præceps, nihil alteram in partem proclue; sed æquabilis animi sedatio, & cura sollicita æquitatis.

Erat

Erat hac tempestate Parmâ profectus ad Foroliuiensis Collegij trastandam gubernationem. Sed cum Busseto defluere secundo Pado Ferrariam nequiuisset, locisque omnibus formidine contagionis arceretur, Parmam redire satius duxit, & sociorum exemplo, qui rem ibi fortiter geregabant, ad apicem charitatis eniti. Permissus est primò Sacramentis in templo multitudini ministrandis intendere: inde domesticum ad Nosocomium latus, tum ibi, tum paulò post iu vrbe salutarem languentibus operam prestisit, donec ipse quoque etiam afflatus gloriosam mortem oppetit. Hunc exceptit die quintâ eiusdem Iunij

*Vincentius Contri*, domo Lucensis, annos quatuor duntaxat & viginti natus, quorum Societati triensem impendit seruilibus intentus officijs instituto suo. Egerat, priusquam Bononiâ veniret ad Societatem, artem aurificis, & nunc Placentie tricliniare operam Nostris prestabat, elatiore nonnihil ingenio iuuenis; quo in ne id illi noxæ olim, ut scepè solitum est, atque eius constantiae foret, amabili prouidentiâ cavit ac praeuertit Deus; & proposito P. Hyacinthi Grilli, nuper inde medium in pestem, charitatis impulsu, Parmam profecti, exemplo permouit hominem, ut eadem ipse vestigia persequi peroptaret. Missionem igitur à Præposito Prouinciali expetit. Vrgentii concessa est. Parmam aduolat; & in familiare domi morbosorum secessum illicè sese committit. In aditu pronus osculo limen & complexu tenens, lœtitia plenus, cum lacrymis Deo tantæ in se beneficentiaz magnitudinem gratulatus est. Sed perbreui hausto veneno, sāctis instructus mysterijs ad cælum peroptatò concessit. His etiam, meā quidem sententiâ, iungendus est, ad diem Iunij decimum elatus

P. *Ænilius Zucchi*, Parmensis, annorum quinque & quadraginta, quinque & viginti in Societate, atque in ea quatuor vota profectus. Is olim Philosophicis doctrinis imbutus Societatem amplexus, secundum tirocinium traditâ pueris Parmæ Grammaticâ, Mediolani cursum Theologiae confecit. Inde Magistrorum animaduersâ penuriâ, rursus in Grammaticæ ludum vlerò se intulit, libentibus gratulantibusque Præsidibus, eamque Reginij Lepidi aliquantis per iuuentuti promiscue, tūm verò Parmentem adscitus ad aulam Odoardo Principi priuatim explicuit: quo perfunctus officio, eadē illâ in Academiâ præceptiones enucleare de moribus & conscientiâ, & Sociorum domi valetudinibus operam dare, voluntate Moderatorum instituit: atque hoc muneris ne tūm abdicare

care quidem ille voluit, cùm pestilentia gliscente, omnia formidinis essent referta, obnoxia omnia; sed sui securus periculi, curam ægrotorum omnium indiscretè penè ex æquo agitare. Vide sollicitam hominis vno in opere charitate. Non poterat in ea densitate morbidorum, tam crebrò Medicus, atque ipse voluisset, Nostros conuisere. Sed, illis ea medentis inopia ne fraudi foret, ipse bis, ter, sèpiùs, die, vii res ac necessitas ferret, exceptam vitreis singillatim guttis vrinam omnium, inscriptamque singulorum nominibus, confusione vitande, perferebat ad Medicum, atque indicatione factâ, præscriptiones eius de singulis referebat. Hæc ipse charitatij officia dum medijs in periculis assidue exercebat, cùdem ipse lue correptus, acerbissimos inter cruciatus, Sacramentis ritè præmunitus, extre-  
num vitæ diem morte confecit.

## C A P V T . I X .

*Parma denique tres alijs sublati.*

P *Felix Malaspina*, oriundus oppido Villafranca, diœcessis Lu-necensis, ex eius oppidi Marchionibus, ad diem septimumde-eimum Iunij Parmæ, quò Placentia venerat ad ægrotorum subsidiū, pronuper eo Rectoratu perfunditus, vite cursum absoluit, cùm cœ-toris diutius eā in acie decertasset. Romæ vicenarius altero ab hinc anno & vigesimo Societati accesserat è Seminario Romano; & omnibus ibi literarum studijs ex moe confessus, Placentiæ difficultates de Christianis officijs annos aliquot enodauit. Subinde Präpositis aliquot Provincialibus additus comes, & Scripturæ promagister, tunc Rector primū Fuentinus, mox Placentinus, ubique laudis ex ijs munieribus compos fuit. Erant illi à natura mores amabiles, ingenium mite; in deliberatione prudentia, in promptu consilium, in explicando dexteritas, grauitas in actione. His accedebant opes animi auctore Deo cum industria partæ; edendi parcitas, & perpe-tua propè, valetudinis obtentu, inedia vespertina, somnus incom-modè & inspoliato ut plurimum captus; grandis & asperi cilicij crebra usura. Quam in se asperior, & inclemensior, tam blandior in alios & ignoscensior. Diuinæ contemplationis usus permagnus, & in ea perdines affectuum vena, vel cùm arida consolationum mens esset. Venerat sub ipsa pestilitatis exordia Parmam Placentiæ deposito eius Collegij Rectoratu, & suam ægris iuuandis industriam, laboreni,

laborem , diligentiam vnu in primis obtulerat , ne scilicet hac illi sui deuouendi deperiret occasio , qui Iaponiam haberet iampridem in votis sed adhuc eius incertâ expectatione penderet . Simul eius flagitationi Præpositus Provincialis assensit , Placentiam explicandis quibusdam negotijs celeriter recurrit ; & incassum ibi conatis cum demorari compluribus , etiam germanâ sorore , illicò ad inclyti certaminis arenam reuolauit . Summa domestici primum valerudinarij cura illi demandata est . Eam ipse vt egregiè sollicitâ charitate , ac diligenti studio agitauit ; ita , quod officij ac prudentiæ fuit , omne id periculi procul habuit quod ex ægrotantium vsu non esset ; eauitque ne mortem accersiuissè temerè , sibique consciisse potius , quam alij voluisse depellere videri posset . Itaque multò ceteris omnibus longinquius in acie stetit , manumque quâ domi , quâ foris , cum peste conferuit . Sed ad extremum ipse quoque gloriâ illâ donandus fuit . Adeoque duobus iectus carbonibus , altero in uno brachiorum altero in summo vertice , conselsum se muniri Sacramentis expetijt , & impatibilis triduo dolores expertus , ad erratorum suorum deprecationem , ignoscendi veniâ per interpretem à P. Rectore , scilicet , iterumque ac tertio humillimè petita , nonnullis etiam noxarum suarum coram socijs eam mirantibus animi cellitatem , aperte iustis proferri , bonorum plenus meritorum & humanissimâ voluptate perfusus ex his tenebris in lucem illam sempiternam excessit . Post hunc die septimo vigesimo Iunij obiit

P. Lucius Vrbinus , Romanus , actâ inter ephebos Ranutij Ducis Parmensis adolescentiâ , Iurisperitiæ nauavit operam , & ea in facultate Doctoralem lauream adeptus , Serenissimæ Duci ab epistolis atque arcanis fuit ; donec humana omnia pertulit , ijs abdicatis habuit in Societate receptum . In ea vitam ex virtute , atque viu bonarum artium semper instituit . Hunc ego Herosbus istis connumerandum eâ re censui , quoniam ille quidem , cum esset multitudo nostro in templo , itemque Octavio Farnesio , Ducis filio in custodia degenti à confessionibus , ad quem scipius hac tempestate itandum foret , cuiusque in familiares inuasisse pestem abundè cognosset , ipse tamen neque reformidare periculum , neque ab accessu temperare . Atque ibi sanè , quod ipse non nemini iam antea condixerat , hauis aspiratione virus , quo per viscera permeantes , breui morte confectus est , sacris prius mysterijs delibutus , postulataque , cum insigni voluntatis significatione , per alium veniâ noxarum suarum , & Christi Crucifixi simulacrum arte pia inter oscula & colloquia

*Ioannes Baptista Ghisalba*, ortus in oppido Disensano ad Benacum sito in Dioecesi Brixiensi, quinto & trigesimo ætatis, tertiodicimo Societatis anno. Agebat ædijum hac tempestate Collegij Parmensis, ab modestia, pietate, reverentiâ in alios, sui despiciuntâ spectatus. Institerat ille diu. facultatem ægris per urbem iuuandis efflagitans; sed ad extremum illi delatâ nostrorum ægrorum proculratione, tantâ cam agitauit assiduitate, flagrantiaque charitatis, ut nullas omisisse partes eius officij videatur. Tandem ipse etiam afflatus, vehementissimis exercitatus cruciatibus, triduo suscepis anteà Sacramentis piè demortuus est.

## C A P V T X.

### *Mantua deni absumpti.*

**D**Ecem capita pependit hoc eodem ipso charitati Mantua minùs bimestri; adeò seu pestilentia obsidioni iuncta, cam urbem occupauit. Primus officia charitatis vitâ mercatus est ad diem duodecimum Maij

*P. Antonius Raimundus*, ortu Tinensis, vir grandis natu, annorum septuagenûm, & tricenûm ternûm in Societate: cui proximus ordine successit die postremo Maij

*Ioannes Jacobus Viadana*, domo Brixensis Coadiutor temporalis, annos natus vigintisex, quorum nouem egerat in Societate. Hunc ad diem tertium Iunij secutus est

*Bartholomeus Zaninus*, patriâ Tridentinus, totidem annos in Societate quot alter versatus; sed natu quinque annis maior item temporalis Adiutor. Illum excepit ad diem quintum Iunij

*Jacobus Prandinus*, oriundus Mirandulâ, septuagicesimo ætatis, tertio initè Societatis anno & hic Coadiutor temporalis. At biduo interiecto, ad diem septimum Iunij duo decessere; Alter

*P. Lucas Draghus*, Catharo in Dalmatia ortus, vir innocentissimæ simplicitatis, annos sex & sexaginta natus, trcs & quadraginta commoratus in Societate. Alter

*P. Sebastianus Campeginus*, natus Bononiæ, annorum quatuor & triginta, sedecim exactis in Societate, nauus atque impiger operarius. Secundum hos obiit die duodecimo Iunij

*Ludonicus*

**L**udovicus Rozzius, Afolensis, Scholasticus, annos natus duodecim, septem aetatis in Societate: quem tridui interiualllo secutus est die quintodecimo Iunij.

**R**anutius Lacinus, domo Parmensis, item ut prior Scholasticus, quinque & vicenatum annorum, octonum in Societate. Biduo post illum die septimodecimo Iunij nonus excessit.

**P.** Hieronymus Furlanus, patria Verobensis, vir & annis gravior, & meritis: nam tertium agebat & sexagesimum annum, quorum sex & quadraginta impenderat Societati, tum alijs muneribus, tum explicandâ Philosophia, Theologiaque Morali; tum etiam gubernandis socijs, queis hâc ipsâ tempestate Rektor in eo Collegio Mantuano moderabatur. Extrémus ibi postridie, ad diem duodecimū Iunij abiit.

**S**tephanus Sironus, patria Regiolenensis, annorum septem & triginta, tredicim exactis in Societate Coadiutor temporalis.

## C A P V T X I.

*Cremona duo emortu*s*.*

**V**T omnem latè Insubriam, Subalpinamque perlungata Italiam pestis hoc anno est, multis in urbibus edidit Nostrorum stragam. Cremona duobus capitibus gloriose charitatis in operi sublatis deminuta est. Primus cecidit ad tertiumdecimum Iunij diem.

**L**aurentius Lueius, patria Vulturinensis, anno altero trigessimo etatis, nono Societatis. Post illum abiit ad diem septimumdecimum Iunij.

**P.** Petrus Franciscus Pineus, patria Finariensis, annorum trium & quinquagenum, sex & tricentum in Societate.

## C A P V T X I I.

*Bononia affa in peste.*

**A**Egrè tutantur pestem Ciuitates, vbi cœperit in finitima vicinitate flagrare. Habuit eam procul aliquantis per Bononia, Q9 per

per eorum industriam, ac diligentiam, qui moderabantur. At ea posteaquam inquisit, & grassari cœpit, in vulnus, Eminentissimus Cardinalis Spada, qui pro Pontifice Legatus urbem tenebat, & vna ProEpiscopus, ac Senatores ad diem decimum Iunij, consultaturi de Nosocomio in suburbanis instituendo coière ad Patrum Iesuatum Cœnobium in pomœrio. Illuc accersunt Rectorem Collegij nostri; quem quoniam valetudo morbo habebat, Ministrum pro se iubet ire, qui iussa Principis excipiat. Ille sciscitanti Cardinali, ecquis è Patribus sit in Collegio, par atque idoneus ei gubernando limodochio, quod molirentur, & alios retulit complūculos, & potissimo loco P. Angelum Orimbellum, cui abunde prudentia, & opes animi sint ad omnia. Sic hominem Cardinalis missum facit, admonitum, vt sub horam alteram & vigesimam eius ipsius diei in Collegio domi, vnaque Patres vniuersi, sibi præstolentur. Ea horâ dictâ, Cardinalis rhedâ inuehens, cum ProEpiscopo & Senatoribus in Collegium venit; coactisque vnum in locum Patribus, etiam P. Angelum Orimbellum, qui solus aberat, intentus audiendæ in templo Confessioni, iussi accersisi, venientemque honore eximio habuit, gratulatus se iam præsentem nosse, quem famâ celebri iamdudum cognorat. Tum paucis allocutus Patres, tam aptè, congruenterque dixit, tantaque vi, atque ardore spiritus, vt incenderet animos omnium, eosque suaves in lacrymas colliquefecerit. Vnus eorum P. Ioannes Baptista Martinengus, temperate non potuit, quin ad abeuntem iam Cardinalem procurreret, & eius prouolutus vestigijs orarec suas inter primos admitti partes intam religioso seruitio. Annuit è celo Deus; atque, vt postea dicam, primas omnia ille partes obtinuit, etiam immoriendi. P. Angelo Orimbelli, nequidquam detracanti, obnitentique, non declinatione periculi, quod ascisci propilis gestiebat, rogâratque iam antea per litteras eius copiam Præpositum ipsum Generalem, sed eius cuicuimodi honoris, ac dignitatis, denique summam detulit & eius, & alterius subinde, quod mulieribus statuere, Nosocomij dictaturam. Postridie manè longæ consultationi de re gerenda interfuit; & sub vesperam loca ea, quæ decreta languentibus erant, vna cum ProEpiscopo inspectum iuit. Dicū mirabile, quanto ibi gaudio à Medicis, Chirurgisque, quanto à Confessarijs, atque animorum curatoribus, cui viri perspecta virtus esset, ac prudentia, exceptus sit. Ipse Guardianus Patrum Minorum de Obseruantia, ut Cœnobium Orimbelli, Sociorumque sub potestate futurum.

acce-

accepit, cupidè vt cederet, acquieuit. Die postero rursus ad Cardinalem enocatus, acriter cum eo dimicauit, vt administranda rationem pecunie à sua cura depelleret; sed præcisè deum impetranti Legato parendum fuit. Eodem die in vesperam inclinato, ad locum se cum socio contulit, dimotisque diuersè viris, & feminis, iussis comportari grabatis, & omni, quæ foret usus, supellestibus, conductis famularibus operis, omnia digessit in eum ordinem, qui tantæ necessitati videretur idoneus. Quid ibi laboris, quid molestiarum diu, ac noctu exhaustum sit, puerare, quām describere, facilius est: præsertim ex quo coepitus est numerus ægrotorum vehementer augeri, & Sociorum auxiliarium, paucis diebus, haud sanè pauci, pro tempore, & copiâ, quos postea referam, eo in operes laboribus, ac pestilentia confecti sunt. Pupugit ingens calamitas, ac pereulit tenerrimum Orimbelli pectus iuncta dolori commiseratio; & clam in templum ingressus, Dei placationem exorare supplex, & funerum modum, malique depulsionem vehementer instiit. Visus autem est tacitos instinctus quosdam in animo persentientiæ, sospitales vrbi fore Sanctos Ignatium, & Franciscum Xauerium, si corum imploretur auxilium, seque eorum tutelæ, ac præfido Ciuitas publicâ deuotione committat. Cardinalis Senatum continuò cogit; sententiam Orimbelli proponit: & quamvis ex eo numero non decessent, qui alieniore à Patribus animo forent; tamen consentientibus omnium omnino sensibus, id quod affine miraculo plerosque visum, ita decretum est, vt Ciuitas vniuersa, more maiorum, Sanctis Ignatio & Francisco Xauerio, proximo illius festo die, sese deuoueat, & illis in fidem, clientelamque commendet. Vti decretum, ita factum ipso S. Ignatij solemni die; & obseruatum est ipso die plerosque ægrorum conualuisse miraculo, vt notariorum in tabulas relatum est, neque ullum eâ die, quod Medici confirmavere, fuisse contagione violatum. Libet hic ad posteritatis memoriam eius decreti, quo Cælitibus ijs se Ciuitas dedicauit, verba describere:

Patiens Conscripti S. P. Q. B.

Vertente per hac tempora calamitoso Vrbis statu, in nostris Patruos & Aduocatos apud Deum admittiimus glorioissimos Patres DD. Ignatium, & Franciscum Xauerium: prout tales detrecto nostro publicari volumus, tubemus: nuncenpatis tota Vrbe ad eliciendam eorum intercessionem, votis. Quocirca Sanitatis Praefettis committimus, ut hac sanctio nostra omnibus alijs Magistratibus intimeatur; quo dein-

de quisque Canum particulatim pro sua pietatis zelo erga eos exhibeat deuotionis specimina ; ut generazim postmodum , prout ab ipsis Sanitatis Prefectis relatam . & à nobis definitum erit , quod expediet , decernatur .

## C A P V T X I I I .

*Bononia desiderari nouem.*

**H**æc gesta publicè suæ Bononiæ : nunc ad eorum funera Sociorum referenda veniamus, quibus incolumitatæ eius urbis depacisci suo periculo , suòque casu studio fuit . Primus in censu venit , ad diem sextum Iulij fato functus

*P. Ioannes Baptista Martinengus*, patriâ Brixensis , annos natu s quatuor & quadraginta , septem & viginti træductis in Societate , atque in ea dudum quatuor solemnibus votis emissis . Commendauit eum humillima sui despiciens egregiè patiens aduersorum ; sui denexandi studium , & iuuandorum animorum indefessa contentio . Hanc sui Deo litandi cum à Cardinali Legato supplex impetrasset occasionem , ceratam vestem lineam nigrum induitus , obuolitare continuè cœpit ægrorum tabernacula , solando , horlando ; Confessiones excipere , sacrum præbere viaticum : in summa , nihil in omisso , quo posset opitulari omnibus , relinquebat . Quindecim hoc in studio diebus exactis , febri primum maleficj generis , mox atro carbone itus in digito , paucis diebus , æquali omnium luetu , ac desiderio , absemptus est . In eius languentis locum successerat , & postridie , quam ille occubuit , hoc est , die septime Iulij moriendo secutus est

*P. Ioannes Paulus de Brixianis*, oriundus Placentiâ duodequadragenüm annorum , & octonum in Societate . Secundum illum die tertiodicimo eiusdem Iulij mortem opperit

*Petrus Rauenna*, domo Parmensis , Coadiutor temporalis , ætate deuexâ , natus annos septuaginta , transactis in Societate quinque supra quadraginta . Postero die , qui quartusdecimus erat Iulij , decepsit

*P. Hilarius Berninus*, itidem Parmensis , tres & quadraginta ætatis , tredecim Societatis emeritus annos . Proximus ad diem tertiumuicesimum Iulij obiit

*Christopherus Galeani*, ortu Placentinus Coadiutor temporalis , annorum

annorum quinque & viginti, sex autem in Societate. Successit illi moriendo die nonā Augusti

P. Valerius Alamandinus, patriā Bononiensis; annorum tria & quadraginta sex & viginti in Societate; de quo socij Bononienses sciscitati quid sentirent, adeò dixerunt excelluisse virtutibus, ut in Sanctorum (tanta de illo erat opinio) cœtu, atque concilio collocari posse censerent; potissimæ fuere facilitas, modestia, amabilitas, disciplina, atque omnis officij studium, denique summa integritas, & innocentia. Successere post hunc uno eodemque undecimo mēnsis Augusti die, vterque temporalis Adiutor

Iohannes Antonius Zulbertus, Tridentinus, anno septimoquadragesimo etatis, vicesimo Societatis: &

Antonius Pedretus, domo Luganensis, anno sexto tricessimo etatis, septimo Societatis. Denique quintodecimo Augusti die hunc ordinem clausit.

P. Dominicus Tregulius.

## C A P V T X I V .

P. Angelus Orimbellus Bononia mortuus.

Ostquām, inclinato in Autumnum anno; post ingentem mortalia stragem, mitigato iam malo, Ciuitas emergere, & quasi respirare visa est, post quartum ferè mensem, quām P. Angelus Orimbellus, vt priùs memorauī, procurandi Nosocomij summam prefecturam, administrationemque suscepérat, & incredibili commendatione tractārat; cū extra periculum esse iam res propemodū videretur, ipse demū Orimbellus, ne optato tanti laboris præmio, velut inglorius, excideret, atrum in gutture carbonem concepit, cum ardentí atque exitiabili febri coniunctum. Simil autem atque iustum se sensit, in communem ægrotorum domum, frustà reclamantibus eius obtentu meritorum omnibus, ipse suis sedibus contulit. Ibi ceteros inter languentes, admirabili docu- mento modestiz, vir tantus, tamque haberi dignus eximus, ita decubuit, vt nullo ab alijs, nisi patientiæ, pietatisque, discrimine secerneretur. Adsuere iacenti, qui suam ibi ponebant operam, duo Patres Barnabitæ, duo item Capuccini, & duo eorum, queis ibi à charitate vocabulum est. Voluit Orimbellus apud vnum Barnabitarum (quanquam id vni nostrū à primo iam fecerat, cūm Nosoco-

Nosocomium subiret) obire totius anteactæ confessionem ætatis, & eaque re cum se ad illius, incassum orantis, ne se lecto commoueret, finitimum conclave traxisset, labantibus in eo nisu genibus, totoque corpore fatiscente, pronus in solum, animi ac virium defectione, procubuit. Igitur ad lectum relatus, ubi reuenit ad sese, confessionem pertexuit, & epulo Diuino recreatus est. Mox longam conscripsit epistolam ad Vrbis Senathm, quâ gratias illi tum demum agendas pro beneficio censuit, cum se compotem eius esse conspexit. Itaque tanto verborum ardore mortem eam, quam opperiretur, eorum se gracia referre acceptam testatus, gratulatusque est, ut eorum nemo omnium inhibere lacrymas, cum legeretur epistola, vel temperare gemitibus posset. Ut ingrauescere malum, & se iam supremis admoueri sensit, socium impensè deprecatus est, ut suum emotui corpus alicubi curarer infodiendum simo; tum ab omnibus Nosocomij administris rogata curatorum venia, perceptis humi stratis religiosè Sacramentis, Ambrosiano deinceps hymno, Te Deum Laudamus, mortem sibi egenos inter opere dam gratulatus, Deo, Deiparâ, & Archangelo Michaële vocatis in vota, presentibus in partem gaudij, quo afflueret animus, in uitatis, demum ad diem septimum Octobris, auctam, ornatamque meritis ingentibus animam edidit immortalitatî, relicto sul quantum dici maximum potest, omnium in animis desiderio. Cadaver inclusum loculo in Annuntiatæ Virginis ade conditum, neque adhuc, ut ad nos transferretur, quod acceperim, exaratum. Fuit

P. Angelus Orimbellus, domo Veronensis, annos natus octo & quinquaginta; quorum duos & triginta Societati impendit, quatuor in ea vora professus, sicutque illi per suas eloquentiae, & virtutis opes decori & ornamento. Erat, prius quam Societati se adiungeret, Virtuusque Iuris laureâ decoratus, & iam illustre nomen habebat in foro partum, arte dicendi, quâ plurimum valuit. Sed posteaquam teneri cœpit humanarum fastidio rerum, nuncio iisdem remisso, totam eam facultatem in Societate ad salutem mortalium, quæstumque animorum convertit. Vniuersam obiuit, & suis concio-nibus lustrauit Italiam, secundâ semper vsus audientium voluntate. Aduersa tot in itineribus, peregrinationibus permulta sapienter exceptit, & moderatè tulit; sui, suarumque cupiditatum, dominor & viator: nihil arroganter, aut elatè agere; pueris expiandis, imbuendisque Christianâ Doctrinâ se multum, ac libenter impen-

impendere. Romæ apud Professos dixit ad celebrem concionem.  
Discessurus, projectus in genua valedixit.

## C A P V T X V.

*Mediolani tres primū extinti.*

**M**ediolanum hoc anno quoque tam foedè, tamque immaniter depopulata lues est, ut eius circiter anni circulo ultra centena quadragena capitum millia dicantur absumpta. In tam luctuoso tempore non potuere virtutis suæ socij nostri obliuisci. Nimirum vel in ipso Braideni Collegio, literarum alsoqui domicilio, maxima domesticorum pars, hoc est, selecta iuuentutis flos, ad sapientia iuxta, religioseque perfectionis gloriam asturgens, promptam se Moderatoribus ad subueniendum vrbi laboranti stitit. Plures egere precibus, vt liceret; & cum facta facultas fuit, in gliscentes interriti flamas se conieccere. Etenim cum latius indicis manante peste, & clades exaggerante, Nosocomia quamvis amplius contactorum multitudinem non caperent; de nouo erigendo cogitandum serio Magistratui fuit; ne promiscua plebs, errabunda, destituta præsidio, incuratis ulceribus temerè occumberet, & inseputa grauius auram vitiaret. Huius cura prouincia suscepta à nostris Braidenibus, adeò constanter administrata est, vt prius exhaustum funeribus valetudinarium, quādministris ex alio deinceps alio subrogatis vacuum remanserit: neque priorum interitus absterre superstites ab tetrica illa, & operosissima seruitute potuerit; sed laboris ardui successionem accēpere alter ab altero summa alacritate; & strenue cuncti obière, uno excepo, qui tot funeribus superstes fuit. Porro quoniam quidem haud soli Braidenes socij eo in Nosocomio; sed ex Professorum etiam ad S. Fidelis Domo nonnulli claris viuismodi mortibus pro salute morbosorum, oppetitis à vita discessere, visum est utrosque confundere, ac sola temporis prærogatiuā horum inter istos facere secretionem. Igitur omnium primus ad diem decimum Iulij Mediolani mortem occubuit, cum alteri cuiquam Sociorum affecto lue bonam operam præstitisset

*Iacobus Philippus Righinus, in Domo Professorum patria Mediolanen-*

diolanensis, Coadiutor temporalis, tricenos natus annos, quorum in Societate trientem exegerat. Huic proximus ad diem quintum vigesimum Iulij decepsit

*P. Iosephus Prina*, oriundus ex oppido Plebis Incinæ, cui Herba vocabulum est, in Mediolanensi ditione, natus annos item tricenos, denosque in Societate; qui ut suo unius capite consultum saluti omnium domesticorum iter, magnâ contentione munus Iani-toris in Collegio obire petiit, arque obtinuit, temporibus urbis eius periculi sanè plenissimum; inque eo cum ingenti omnium illius desiderio, ac meroe triduo sublatus est. At post illum, sed ab illo concepta lue, dum operam laboranti præbet, quam publico Nosocomio, si data copia fuisset, deuouerat, ad tertium Augusti diem occubuit

*Jacobus Reuellus*, ortus ex Alexandrinæ Dioceesis oppido Ca-stellatio, Coadiutor temporalis, anno ætatis uno & tricesimo, initio Societatis quarto.

## C A P V T X V I .

*P. Thomas Sorensina, Mediolani abrepitus.*

**E**orum, qui Braideni ex Collegio charitati se consecrârant publico in Nosocomio, vt antecessor ferè, ductorque fuit, sic & primus omnium moriendi conditionem executus est ad diem septimum Augusti

*P. Thomas Sorensina*, vetustissimâ, clarissimâque apud Cremonenses gente ortus, annorum quatuor & quadraginta, consumptis in Societate quatuor & viginti, ediraque votorum quatuor profes-sione. Vir erat vt ætate florens, ita aspectu decorus, in consuetudine cum alijs iucundè grauis, moribus planè religiosus ac mitis; neq; auorum sanguine clarius, quam virtute: tantâ in egentes flagrantia charitatis, vt de suo cibi demenso deduceret, quod illis elargiretur. Egit alicubi Rectorem antea; nunc verò Superiorum agebat eius partis Collegij, quam præsenti subductam incendio ad campe-strem villam in agro Lomellinensi positam Moderatores destinârant. Sed adeò se vehementi spiritus impulsu vocari ad ægros iuandos persensit, vt non prius finem precandi fecerit, quam retentus in urbe voti fieri compos. ferali namque seruitio addictus, recentis hospitijs, non tam contagione, & quotidiano tabidorum interitu infamis,

infamis, quam horridi larvarum infestatione, quæ inconditè nocturnis intemperijs strepituque languentium quietem perituraarent, & insonti ac perwigili praefecto necem struerent, breui comitantibus luem præstigij de medio sublatu est. Neque enim ultra octiduum tetrica isthac præfectura tenuit; quantum videlicet ad testandam mentis excelsitatem, æterne laudi ac præmio satis fuerat. Aliud eius aliquanto tempore corpus insepultum Ambrosij nescio quid odoris expirasse, mirantibus impensè pollinctoribus, qui ad suprema funeris officia tractabant.

## C A P V T X V I L

Alij quinque Mediolani absunti.

**N**equ hic stetit Mediolanensem gloria: nam ad diem undevicesimum Augusti duo gloriosæ morte vitam consecrare. Alter corum fuit P. Petrus Franciscus Reina, ortu Mediolanensis, quinquagesimo octavis alterouicessimo Societatis anno, cui fuerat quatuor votorum obligatione pridem auroratus. Is Domo è Professorum non soldam ad omnes per urbem promiscue, quoquod res ferret, nullis valitudinum discrimine; quod & ceteri Sociorum factitabantur; itare; sed Paulum Hieronymum, quem peste coactum, ut mos est, nostris foras euererant, tertio conuenit, ut confitentem auditet, ibique creditus est pestem hausisse. Alter hoc eodem die defunctus fuit

*Ioannes Petrus Rusca*, domo Luganensis, Scholasticus, annorum tricenüm, atque undenüm in Societate. In eius funere visa est de charitate charitas triumphare: nam adolescentem Moderatores Collegij ut seruarent, à Nosocomio reuocare, atque eximere periculo nitebantur; ille ne incertæ fortunæ seruaretur, mansionem in periculo magnis precibus exorauit, & viator ex eorum premium accepit. Secundum hos ad diem undetrigesimum Augusti decessit

*Alexander Franciscus*, domo Cremonensis, Coadiutor temporalis, annorum vnius & quadraginta, sedecim in Societate, qui socii esse voluit P. Soresinæ. Mox ad diem septimum Septembris exceptit illum—

*P. Marcus Antonius Costa*, Bastæ in Corsica natus, annorum quadrage-

quadragenūm duūm, vicenūm ternūm in Societate, quem men-  
struus post P. Thomam Sorezinam labor, nec remissiore studio,  
nec inferiore virtute inter ægros exactus apprimè fecit illustrem.  
Postremus hoc in opere ad diem septimum Octobris excessit

<sup>1</sup>P. Joannes Baptista Vicecomes, domo Burgomaneriensis, anno  
tertio trigesimo ætatis, quintodecimo Societatis. Nuncium ille  
mortis è animi alacritate suscepit, ut miraretur eam ab proiectis  
ætate hominibus, id quod vslu venire nonnunquam audierat, posse  
reformidari.

## C A P V T X V I I I L

Pinaroli tres morte confecti: unus Ticini.

P inarolum extremæ ad Galliam Italiam oppidum est, ipsis sub-  
Alpibus: quod ne ipsum arcere quidem potuit à se pestilen-  
tiā. Succurrerunt & ibi laborantibus nostri, quamuis exigui nu-  
mero, sed viuidâ istiusmodi bello virtute. Tribus eorum excepta  
vita est per collectum eo in certamine pestilentem halitum; quorum  
primus oculabuit die vigesimo Iulij

<sup>1</sup>P. Gerardus Pensa, gente Gallus, domo Lugdunensis, anno  
rum quinquagenūm senūm, quorum tricenos senos egerat in So-  
cietate, in ordinem adscriptus Spiritualium Coadjutorum, vir fer-  
uentissimus, & laborum vt petamans, ita egregie perfecens pro salu-  
te animorum. Multum operæ contulit varijs in Missionibus, mul-  
tum exantlavit ærumnarum, & cum egregia semper commendatio-  
ne virtutis, atque operæ suæ fructu. Bis peste afflictis seruivit, quod-  
que audissimè cupuerat, eo tandem in obsequio pretiosam mor-  
tem obiuit. Alter ab eo postridie, ad diem primū & vicesimum  
Iulij cecidit

<sup>1</sup>P. Amabilis Sardi, de quo nunc quidem, quod addam ampliū,  
nihil accepi. Tertius die postero decessit, qui fuit alter & vige-  
simus Iulij.

<sup>1</sup>P. Dominicus Giriot, de sub Alpibus oriundus, Pedemonta-  
na in Dioecesi, vno & trigesimo ætatis anno, duodecimo Societa-  
tis, vir egregiae virtutis, & cum spe maxima. Illi pestem vnu  
è nostris, cui nauabat ægrotanti, aspersit, quâ perceleriter ex-  
tinguitur est.

Papie, quæ Ciuitas Insubrie est, ab amne Ticino, cui est im-  
posita,

posita; Ticinum alijs appellata, vñus quintouicesimo die Iulij à vita discessit.

P. Joannes Baptista Ferrerius, domo Raconicensis, anno altero quinquagesimo ætatis, vno & tricesimo initæ Societatis.

C A P V T . X I X .

*Castellione moritur P. Petrus Iustinellus.*

**C**astellionem Stiuerorum iaclytis Beati Aloysij Gonzagæ nostri natalibus, & iure dominationis oppidum nobile, ne illud hic annus quidem habuit pestis immune; multos ibi quoq; etiam mortales absumpserat. In illud incendium vltro se is, qui Rector Collegium obtinebat, cum secessu posset deuitare periculum, ipse coniecit, ut tam insigni charitatis officio anteaetiam preclarè vitam ornaret. Igitur, is aliquando ab excipienda hominis iam tum obnoxij confessione domum regrediens, abiectam publica in via feminam repetit, eodem pestilente malo iam iam tabescerentem. Ergo confessim humi propter illam procumbere, ad peccatorum exhomologesim inuitare, hortari; confessam absoluere, consolari: animo ab suimet ipsius curâ prorsus otioso esse. Ita factum, ut haustus tam è propinquo virulentus anhelitus ipsi noxae fuerit atque exitio. Nam, domum ut redijt, pestilens se morbus aperuit, qui ab Sociorum cum congressu, consuetudineque coegerit secedere. Vetus ergo ad se adire domesticis, in reducta domus parte suam cum Deo solitudinem agitans, post Diuini Corporis participationem, brevi tempore, sanctissimarum dotum plenam animam pridie Calendas Augusti placidissime edidit: magno suorum, externorumque luctu: qui, nisi periculo fuisserint prohibiti, ferequentes erant ad funebra conuenturi. Fuit is

P. Petrus Iustinellus, Brixia honesta atque opulenta domo natu, die duodecimigesimo Augusti, anno superioris seculi vnde octogesimo; Societati dein pridie Calendas Novembres anno seculari autoratus. Fama fuit, eius sepulcro visam lucem quandam, quasi flammulae instar, imminere, insigne, ut credi voluerunt, eius sanctimoniaz, quæ omnium erat commendatione, neque ex vano, celebrata.

Aiunt, illum, id temporis, cum adhuc esset in medio, illustrissimæ Virginis Cynthiæ Gonzagæ Sacrarum Virginum Antistituti grauem

morbū, quo tenebatur, si non depulisse; certè tunc quidem ex eo morituram esse inficias; neque, ubi semel consanuissest, fore, ut amplius integrasceret. Et sic vsu, quemadmodum ille prænunciārat, euénit. Camillam Trottiam cum periculo laborantem, promissâ propediem incolumitate recreasse; quam etiam eandem ipsam à graui rursum morbo repente, post suum obitum inuocatus, sanauerit. Claudiæ Rugeriæ nepotem, glande pestiferâ iam notatum, illius admonitu, concepto recitandę ad Patris sepulcrum Coronę Virginę voto, postridic sospitem extitisse. Camillam Dansiam, olei pondo pollicitam, quod eius arderet honoribus, à multorum mensium languore momento conualuisse. Catharinam Nodiam, itidem olei promissâ bilibrâ, fuisse ab acuto lateris dolore liberatam: Leonardum Saccum, grauissimâ febri, atque vnâ capitellis acutissimo dolore, neque absque contagionis formidine, cruciatum, simulatque Patrem in auxilium inuocārit, fuisse continuò restitutum. Femeninam quampiam alteram aliâ sponsione acrem ac diuturnum lateris dolorem abegisse.

## C A P V T X X.

*Oratio P. Petri Iustinelli, atque eiusdem infans.*

**S**ed age, repetamus à primo P. Petri Iustinelli vitam, resque præclarę, & cum laude gestas. Nascentem exceptit, ut antea dixi, locuples & lauta fortuna. Patri nomen Camillo, matri Hortensię fuit: quę cùm diu sterili coniugio, sed cupidissima ptoles esset, nouem ipsos annos eam à Deo precibus, votis, largitione in egentes, instituit flagitare, quò sibi scilicet aliquem ex se post fata superstitem haberet, in quo Numini, Diuinitatiqne ipsius deuota, scruiret. In hac desideratione contigit aliquando, nescio quo præter solitum sanctiore inflatu, ad suburbanam Deiparę Virginis eadem, religione cultuque apprimè celebrem egredi, & celorum ibi Reginę prolixius supplicare. Secundum eas preces, è templo ingressam obuius nobilium matronarum globus saluere, ac lēto esse animo iubet; perindeque ac si vaticinarentur, omnes uno ore, quod orauerit ipsam exorasse, & filium enixuram esse propediem gratulabundę clamant. Subinde cùm concepisset, eo tempore, quo tulit vterum, sępè sibi colubrum gestare visa est, & inania suę imaginationis Indibia formidabat. Verum infans ut in lucem venit, quod

quod dictu mirum est, cetera perbellus, ab veroque pendentem humero pelliculam, quasi stolæ Sacerdotalis instar, extulit secum in lucem, omen atque insigne, quod iam tum plerique rebantur, futurę postmodum initiationis. Certè mater ipsa, portento confirmata, fœtum illum suum Diuino obsequio confessim deuonit.

Propè iam vñtrum andum viuendi complerat infantulus, cum graui morbo cōceptus, ita ut iacebat in cunis, die quadam, in Christi Seruatoris vultum, cuius in pariete pendebat effigies, oculos defixit. Cāmilla, pueri matrtera, ecquid ille tam obstinatus significaret obtutus: sollicita. Quid intueris, inquit, mi fili? Cui puer expressis verbis sic reddidit: Intueor, etiam Dominum nostrum, aspera perpeſsum esse. Quę sanè verba merito prodigiosa sunt visa, sapientibus, cum id ètatis infantulus, quanquam haud nescitè iam tū verba nonnulla proferret, nondum ijs tamen adhuc esset mysterijs pernoscendis idoneus. Video quidem, ab ipsa potuisse matrtera, prorsus pia femina, sic à primo infantis formari atque institui, vt nescitet nisi pia, quamvis non intellecta, profari: sed, vt vt illud euenerit, certe ex optima ea institutione id emolumenti tulit, quod nihil vñquam neque leue aut lascivum, nihil non exactum protulerit ad virtutis normam. Cum per urbis compita, sicut solet, gestaretur in vlnis, si quam Christi Domini, Sanctiue alicuius imaginem, ve fit, è muro pendentem offendiceret, illico pedum agitatione, manibusque complosis indicium faciebat, vt statueretur in terra, quo posset illam ita, vti fuerat edoctus, reducto pedusculo venerari. Obseruabat in templo ritus litantium Sacerdotum, gestusque concionantium; & erectis domi arulis, atque inuerso quopiam scabello pulpitum cémentitus, imitabatur veroque, & multa eorum, quę audierat, verbo tenus repetebat. Quāprimum potuit pedibus ingredi, omnis illi penè labor fuit, panem è penu petere, quem egentibus ipse largiretur in manum. Sed prima eius ac potissima largitas in Religiosos erat, cā re, quod iam tum se diceret olim fieri velle Religiosum. Erat anus egena, quę per hiemem quotidie consuērat cō domum venire, cumque ancillis ad iguē aliquantis per se contra frigus souere; Petrus interea ligna per domum temerè sparsa colligere; ea infalcam composita, quempiam in angulum clam semouere, cūque ab igne recederet, vtelū asportandum dare, tenuimus magnę initij charitatis.

**H**AUC infantiam haud absimilis exceptit pueritia: quam nullius alterius, præter Deum, institutione ac disciplinâ sic Petrus transfigit, ut ne publicos quidem ad ludos le pateretur & spectacula, si qua dabantur, abduci, nedum ludicra, que sunt eius etatis, ipse tractaret: Aiebat, se domi gratum agitare otium, peroulutando pios libros, retractandoque gesta Sanctorum. Ex iis didicit, gradum ad virtutis absolutionem fieri oratione, & mortificatione; quas duas ideo confessio instituit, sedulò, nauiterque exercere. Iam, cum recitare quotidie geminum Officium, alterum de Spiritu Sancta, alterum de B. Virgine, arque alias in templo preces egregiâ pietatis significatione concipere. Iam tum horas complures manè ac vesperi meditando ducere, tantâ compressione, continentiaque sensuum, tantâ mentis animique presentiâ, ut occulto quadam igne totus effervesceret. Et quoniam ille quidem olim spiritus multorum saluti parabatur, inde usque ab illo etatis principio in alios sui studiis emolumenta deriuabat; eosque data opportunitate ad eternatum terum amorem, fluxarum studium incitabat, tantâ verborum vi, & pondere actionis, ut qui audissent, ergo se linerent ab illo diuelli. Sacro Diuini Corporis epulo Dominicis diebus omnibus, festis item Domini, Deiparæ, multorumque aliorum Celitum diebus, quos ad honorem habebat eximios, veicebatur: quodque id faceret apparatiū, pridie temperabat à cena, & erratorum suorum conscientiam confessione prouia deponebat. Subinde manè, simulacrum diluxerat, meditationem de Diuino illo mysterio instituebat: eo deinde percepto, in vicissitudinem referendę gratię non minus semihorâ conscrebat. Nondum in illo se bene perturbationes animi, permotionesque cœperant ostentare, cum in eas domandas, coerendasque iam ille totus intendere; sepius autes oculosque accuratâ custodiâ, huani cubare, vigiliam producere, crebrâ inediâ, atque aliâ corporis vexatione semet exercere. Abstinebat à carnibus edendis quarta quaque feria, diebus Sabatii, aliquaque permulcis: ad perugilia Sanctorum ieunia religiosa seruabat. Feriâ sextâ memorandis Domini cruciatibus se flagro cœdebat. Ad hęc, adire perspè carceres, vincis solandis; adire Nosocomia iuandis infirmis. Quo primū tempore illuc accessit, loci,

loci, languentiūmqnē illuuii ac squalore deteritus, retrō referebat pedem. Sed, collecto mox animo, & suam indignatus imbecillitatem; generosā sui victoriā, quō quidque vilius, atque ad stomachum magis horribile foret, ed constantius deinceps, firmiusque tractabat, magnā diuitiis voluptate perfusus. Tum ille tertras ægrorum q̄tanus eluere; cibum in os illis inferre, lectos & grabatos versare, compōnere; vestibus ægros exuere, stratis inferre; quodque mirem̄ magis in puerō, ipse lafana scaphiaque purgare. Ignaros edocebat elementa Christianæ vite, & ad capienda Sacra menta resiles cohortabatur. Militem perditæ, profligatæque ab annis iam ipsi quatuordecim conscientiæ, posteaquā multis eum obsequijs demortuus est, erexit ad spem salutis adipiscendæ, quam prorsus abiecerat; & adducto Sacerdote curauit expiadum, à suis sceleribus; qui cùm eā nocte, quæ proximè secura est, à vita placide discessisset, magno Petrus gaudio completus est, quod eam Diabolo ab se prædam ereptam, cæloque vindicatam, hanc illes quidem absurdè, crederet. Alterum item militem è vinculis in libertatem asseruit, corrogatā ab amicis. eā pecuniā, quæ diluendis ijs nominibus, quibus ibi tenebatur obstrictus, abundè foret. Alteri tantum æris ab se conquisiti suppeditauit, quantum ad comparandam eremiticæ vitæ, quam in ægritudine voto laniuerat, idoneam vestem rebatur affatim suffeturum.

Postquā ad annos quindecim ætas adoleuit, tum primum ad scholas nostras missus est, ut bonas artes vel ignaras condisceret, vel iam institutas confirmaret amplius, & exaugeret. Ille, coepitis insistens progressibus, & in literis processus habuit breui præclaros, & pietatem, omnemque virtutem in Sodalitate Deiparae Virginis perstudiosè fānè, ac per diligenter excoluit. Inter alia officia; quæ in præteritis relinquo, gessit illud ad exemplum illustre, ut collec̄tos domi suæ socios ex æqualibus ferè, atque elusione ipso autore studij popularibus, vniuersam per urbem spargeret ad varios ludos catecheticos, pueris, & rudi plebeule salutaribus elementis informandæ. Ipse suas eodem illo in opere ita obire partes, ut incitatus eius ardor ac vehemens, & dicendi ad confertissimum, qui concurrebat, populum vis atque contentio, in id ætatis & vite communis adolescentulo admirationem haberet cum voluptate coniunctam. Ab istis orationibus ibant concionales illi pueri ad Nosocomia, solandis, curandisque, ut cuique copia erat, infirmis; sed eo in genere officijs Petrus vniuersos assiduitate ac studio longè vincebat.

Inusita-

Inusitatum verò antehac quod, euidem obseruātim, sed periculum in agros illos planè genus charitatis Petrus istio adiuuenit ingenio suo, quodque miro illis oblectamento fuit, ut eò secum inuitatos, qui perite fidibus canerent, sodales adduceret, & moestos agrorum animos cantu recrearet. Ea verò exempli nouitas adeò popularis fuit, ut publico mirabundie civitatis excepta plausu concionatorem nostrum, cù tempestate solebant P. Achillem Gagliardum qd. impulerit, ut prædicare pro concione cunctatus non sit, octauum, ut aiebas opus misericordiae post alia septem perulgata, exegitatum qb ingeniosa adolescentis Iustinelli charitate fuisse. Sed porro etiam alio industria modo suam canendi peritiam Petrus contulit ad salutem animorum. Compererat, astius noctibus exire complures aurae captandas gratia præter suam doynam ad loca non leuibus obiecta periculis. Eos ipse, quò prodeambulantes, auertiret, ponē sui cubiculi fenestrā obiecte cns vocem modulabatur ad citharam, & intentos vbi siterat, ad horam integrā sepē inhibebat suspensos, dum frigeratis quisque corporibus ad suam yniuersi quietem recederent.

## C. A P V T X X I I .

*Petri ad Societatem vocatio : eiusque tirocinium.*

**H**is, atque alijs talibus iuuandorum ad salutem mortalium studijs, occulto velut ævo Petrus à Deo sensim parabatur in egregium vineæ suæ cultorem. Inde, ut primos illos igniculos suo sensit in animo conualescere, atque ingentem inflammam excrescere, circumferre primum instituit oculos in varios viuendi, agendique modos. Sed ea deliberatio aequi difficultis, neque anceps fuit. Continuò certum fuit, in aliquam se quandam Religiosorum hominum conferre familiam, procul ab ijs rebus, quæ primæ plerisque sunt. Sed equamnam illam ex omniibus, id aliquantò grauioris consilij visum. Igitur otium capere, & in Collegio locum sibi dari petere, vbi, omisso ab rebus omnibus animo, per Exercitia Spiritualia S. Ignatij, de se Diuinam queat experiri voluntatem. Ea preclaro iuueni libenter data. Ipse omnia timari sollicitè, atque in eam demum sententiam venire, quam, simul Exercitijs perfunditus est, istiusmodi significacione patefecit. Seuocavit in exedram Socialitatis Partheniq P. Ioannem Petrum Schinchinellum, qui eandem

dem id temporis commode moderabatur. Eo sedere iusto, conse-  
 stim ad eius pedes ipse prouolutus, impensè B. Virginis supplicare,  
 vt se Filij sui Societate dignum efficeret, cuius institutis vitam atque  
 gratem iam tum ex illo agere, certum sibi deliberatumque esset; &  
 ad Patrem inde conuersus, orare atque obtestari, vt ille suam ad  
 id operam ne sibi abnatur aut cunctetur adiungere. Subinde suum  
 Preposito Provinciali consilium aperuit; quo sanè perlibente, quod  
 voluit, celeriter consecutus est, facta liberali, quandoeunque ful-  
 set collibitum, ad Societatis tirocinium, quod etiam tum Nouella-  
 riæ agebatur, commigrandi facultate. Sed ecce; vi fit, ad meliora  
 gradum celeranti multiplex mora iniecta est. Ipse primum pende-  
 re animi, prestaret, nec ne, prius emetiri Philosophicæ cursum,  
 quem esset ingressus, an abrumpere. Paxens etiam, tum submissis  
 alijs, qui retraherent, tum suis ipse argumentis dissuadere con-  
 filium, & vrgere vehementius Alexandri Luciaghi exemplo, qui  
 eadem ipsâ in vrbe, claro genere, Sacerdotio suscepto, præclaras  
 foris omni hominum generi commoda adferebat. Ceterum, vt &  
 suas Petrus hesitationes, exprobratâ sibi diuinitatis in animo eâ tan-  
 tâ cunctatione, cortigere; & Parentis omnes rationes perscienter  
 dilueret; & recte facere diceret Alexandrum, qui Deum, quâ du-  
 ceret, vocantem sequeretur; se quoque etiam, qui alia ducatur,  
 sequi alia Deum oportere; demum in villam distrahendis per noua  
 aucupandi instrumenta cogitationibus illis, ut inquibant, mœstis  
 ac tetricis, alegatus est. Sed illas easdem ipsas artes convertit:  
 Petrus in occasionem firmandi propositi sui, nimis dum eâ usus liber-  
 tate solitudinis ad orationis, omnisque pietatis exercitationem; &  
 auiellas interdum ex interculo captatas ipse capidre, conditasque  
 pauperibus ægris apponere; nunquam interim omissa pueros & co-  
 lonos Christianis erudiendi præceptis opportunitate. Perricit ea-  
 demum constantia, demitigavitque parentis animum, ut eo an-  
 nueniente, libenteque, quin adeo etiani deducente, comitanteque,  
 pridie Sanctorum Omnitum anno sextodecimo seculari à Christi  
 Seruatoris ortu, Nouellariæ tirocinium sit exorsus. Id verò quan-  
 tâ virtutis absolutione deinceps posuerit, quo impetu ad omnes bo-  
 nas artes contenderit, ex eo mihi sanè haud absurdè videretur con-  
 stare posse, quod in omni sui mortificandi genere multus atque  
 præstrenuus; in oratione tam sui potens existaret, ut nullis in ea-  
 fese alienioribus distrahi cogitationibus fateretur; & earum terum-  
 vtrumque tantis perbreui processibus obtineret, ut Moderatorum-

iussu tractationem de Oratione mentali, quæ per aliorum dein manus peruvagata est, ipse etiam tunc nouitus elucubratus sit.

## C A P V T   X X I I I .

## Tempus studiorum eius.

**E**voluto primo probationis anno, Petrus, qui maturuisse ante alios ardore contentioneque agendi videbatur, Parmam ad ordienda Philosophicæ studia missus est. Eo in itinere comitem habuit, quem eundem mox erat habiturus doctorem ac magistrum, P. Victorianum Premolum. Ibi, dum inter se varijs in itinere de rebus, ut solet fieri, colloquuntur, Petrus alia subinde atque alias vitæ perfectioris axiomata, queis ipse suam studijs haberet formare, ut res interdum & locus admonuisset, offerre: Victorianus canec indiligerenter excipere, & ad faciendam virtutis atque interioris prudentiæ discipuli sui fidem, ea consuetat opportunè deprædicare. Vnum atque alterum pro exemplo edam. Aiebat: oportere circino nos esse persimiles, ut scilicet animi nostri pes alter, qui propositum finemque intendit, fixus in Deo sit; alter, qui ad actionem, executionemque pertinet, ad omnes Moderatorum imperium promptè se quoquò conuertat. Ad hoc, à Deo se duo, nec quidquam præterea, petere solere; ipsius amorem, ac sui odium; ea si obtinuerisset, abundè bonorum omnium fore.

Quo tempore in studio literarum fuit, nihil de sui despiciendi, vexandique contentione remisit. Sæpè laceris in vestibus apparere in publico; sæpè vtrò ac summâ suâ sponte culinx officia exequi: diebus otiosis à ludo, ire ad infirmos, illuuiem abstergere, lauare, cibos in frusta præscindere, in os inferre, atque interimi pijs sermonibus condire omnia, & pascere animos. Quidquid agitaret, vbiunque versaretur, Deum gerebat in oculis, eusque se præsentem agnoscere, modestissimâ totius corporis, atque omnis actionis suæ compositione monstrabat: ut minimè cunctanter, P. Carolus Regius, vir rerum diuinarum experientissimus, assecuraret, insigne profus atque eximum contemplationis donum à Deo Petrum esse sortitus.

Postquam alterum Philosophicî Cursus annum egressus est, Brixiam ad suos, nescio quid rei confessurus excurrit. Ibi, quamvis sui parcus parentibus & necessarijs exhibeudi, tam contra libera- lis ac

lis ac prodigus exstigit in illos veteres suos virtutis socios atque amulos; quos ne nunc ille quidem destitit exempli. atque hortatu ad egregiae laudis cupiditatem impellete. Confectis negotijs; dum Parmam regreditur, ut anni tempestas in hiemem deuext; praesertim in Insubria, est, per imbreui iter faciendum fuit. Sed ipse simul in djuersorio quoque descendebat, ita madefactus, ut erat, illuc ad hospitum, qui eò forte coeterant, gregem, nullâ sui fouendi curâ; concionarius viator salutarem habere formonem. Tanta cujus salutis omnium cupiditas obtentabat.

Emerito Philosophia; discenda triennio, Venetijs ortus esse scholas explicare Grammatica; quod ille quidem id quantâ accusatione præstiterit, quantoque opere simul ad formandos ad omnem Christianæ laudis effigiem discipulorum suorum mores incubuerit; haud illud enimvero facile explicatu est. Mediolanum Venetijs ad seueriorem Theologiam disciplinam translatus, omnium oculos breui atque animos occupauit splendore virtutis. Summè aduersus Praeceptores reuerentiâ, neque illis præsentibus, eorum unquam iniulsi caput operire: omnem operam, diligentiam, studium intelligentis eorum opinionibus nauare; neque se cum illis vñquam inter dissentire præferre quæ ipsorum inter ipsis concordia sententiae, misum quiddam ad conglutinandas amore castissimo voluntates valebat. In omni cum æqualibus congressu, ipse postremas sibi partes, ipse locum ultimum, quasi iure quoddam suo vindicare; primus, alioqui, & planè frequens ad omnij' vilia domus, & culina seruitia. Crebro se in triclinio accusare; crebro Sociorum pedes accumbentium pronus exosculari; humi cibum capere, vel corrogatum à socijs, vel ē culina mendicando petitum: interdum etiam ad illustriorem sui despiciantiam, in alba linea rögiula crassi staminis in coenationem venire; quæ sane quanquam apud nos adeo infelicia non sunt, ut potius vñ quoddam, si non euiluerunt, at certò veluti quotidiana mirationis haud sane multum inter nos habent; sūt tamen egregiā laude non ideo destituta sunt. In deuexando, castigandoque corpore quamuis ille quidem permittas erat, tamen cum istiusmodi cunque, silentio, quæ agebat, diligenter obtegeret; haud ita minutum innotuere, ut à nobis exacte referri queant. Illud vero satis exploratum est, verberanti se aliquando pridiè Natalis Dominici, animarum ignibus piacularibus addictatum compendio, visam ē terra lucidissimam flammam existere, ferrique sublimem iij. galum, quasi quoddam exaudite sua postulationis indi-

cium & pignus. Nihil eo tractabilius, aut ad obedientiam promptius esse; seque aiebat eā necessitate gaudere, quod iam suę non posset amplius indulgere, sed alienę deberet obsecundare voluntati; delectarique repulsā quāuis nunquām quidquam, quod esse alienum ab officio crederet, postularet: sed hęc eadem ipsa erat illi materia peculiaris letitiae, quod bonorum ascitorum repulsam ferret. Iussus à Confessario sincerè cuiquam & candidè arcana quædam ipsius exploraturo respondere, patuit ipse quidēm imperio; sed tantā dategendae virtutis suę verecundię, ut alterum illum defecerit animus multa sciscitandi. Studium atque amorem religiosę inopia tenuitas supellestis ipsius omnis abunde loquebatur. Nihil vanquām, tametsi exile foret, aut alteri dare, aut vicissim accipere, nisi facta à Moderatoribus potestate. Denique gratissimā suā, & amabilissimā consuetudine, coniuncta cum insigni virtutis existimatione, nou amori duntaxat omnibus, sed etiam erat veneratio; quippè qui omnes in familiari colloquio accenderet Diuino igne, & quamlibet in occasionem inobseruatus inferreret mira dexteritate salutares sermones. Sodalitatem Partheniam, sibi per hoc tempus concreditam, incredibili sedulitate, nec minore Sodaliū fructū, procurauit; atque illā cādem ipsā occasione *Libellum defrequentatione Sacramentorum elucubravit*, quem publici iuris per typos fecit. Subinde, cūm inuasisset Inhonestus mos intermissioni quibusmodicunque sermonibus obsecna vocabula, & plus in dies plusque gliseret ea turpis infamia; neque satis eam pestem posset excindere, quāuis omni ope niteretur Fredericus Borromaeus, Archiepiscopus Cardinalis; Petrus illico: *Antidotum contra pranas conuersationes, & impudica verba, conscripsit, librum longè saluberrimum, eumque magnā Pastoris optimi commendatione vulgauit.* Ceterū haudquaquam est passus istis opusculis suum adscribi nomen, cō quod superuacaneum esse censeret eum in cognitionem hominum peruenire, qui solius Dei gloria studeret & dignatione; donec ē Superioribus didicit, haud nullam in libros ipsos ab auctoris noticia deriuari commendationem, qua maior atque amplior Diuino fiat honori accessio. Eodem hoc studiorum tempore, Autumnalibus ferijs alterum aggressus est opus, quod *Triumphum Caſitatis, inscriptis;* vt ad eius virtutis studiū quā plurimos accenderet, atque oppositę faceret vitiostati mediocritatem.

## C A P V T   X X I V .

## Initiatur Petrus Sacerdotio .

Inter has optimas, utilissimasque curas & cogitationes, iuuandum  
 dorum quaquam posset arte mortalium, ad metam decurrit Pe-  
 trus suorum studiorum. Igitur Superiorum admonitu sacris initian-  
 dus Ordinibus, more maiorum, quod ad eam se dignationem aptius,  
 accuratiisque compararet, multorum opem atque suffragia, & prae-  
 sentium, & per literas etiam longe absentium mature sollicitauit, &  
 nouam contentione spiritus per omnes sese mortificationis formas  
 excoluit, nullum abire diem passus obsequij alicuius vilioris inamu-  
 nem. Postea verò, quam Sacerdotio inaugucatus est, nouo qui-  
 jecum illo, neque adeò peruulgato, sed planè laudabili, suisque di-  
 gno consilijs exemplo, primâ litare voluit hostiâ inter infirmos in-  
 domo hospitali, cù maximè gratiâ quodd ibi se diceret spiritus hau-  
 fuisse primitias; xquum videri, Deo referendæ vicissitudinem gratiæ,  
 quæ sola Deo digna posset esse, ab se ibidem auspiciatum iri. Eâ  
 die, prius domo quam exiret, ad Superiorem adiit, & humi ad pe-  
 des eius abiectus, erratorum suorum ad eam diem omnium accu-  
 satâ confusè conscientia, supplex ignoscendi veniam flagitauit.  
 Inde ad hospitale digressus, concursatis ægrorum lectulis, singu-  
 los allocutus est, atque ad sacra libanda mysteria, feruentissimâ  
 oratione permouit, precatus eosdem sollicitè, ut suis apud Deum-  
 sibi suffragijs ac precationibus ne decessent. Secundum hæc, duo-  
 denis pauperibus, ordine considentibus, Christi Seruatoris exem-  
 ple, mantili cinctus, pedes lauit, & venerabundus extersit, antea  
 ad sacrâ altare quam iret. Erat altare nitidè quidem & mundè,  
 sed tenui apparatu, qualis in loco supperebat, instructum; nam  
 aliunde quidquam adscisci commodatò Petrus veterat; satis uno  
 animi honestamento contentus; quam etiam ob rem deditgnatus est  
 suas illas ornare primitias carbasi subtilioris amiculo, quod illi  
 fuerat eum in usum ab amita paulò ante submissum. Vbi ad eam  
 sacrificij partem peruenit est, cùm Diuina solet hostia communi-  
 cantibus impetrari, derulit ad suum ægrorum cuique lectulum,  
 quorum ingens numerus erat, sacram Euccharistiam, & singulos se-  
 qui sua in verba iussos, edocuit opportuno cōtritionis officio Deum  
 præsentem venerari. Ex illa die nunquam in posterum, nisi grauis  
 prohibuisset infirmitas, Deo ad aram facere pratermisit; & alteram  
 Sacerdo-

Sacerdotij potestate, peccata condonandi mortalibus, impigrè vbique & strenuè, in omnes ille quidem promptè, sed impensiore studio in tenuiores exercevit, quorum cum perspectam haberet sinceritatem, aiebat, illorum longè refertissimum fore, præquam aliorum, regnum cælorum.

## C A P V T   X X V.

*Munera in Societate ab eo gesta.*

**I**Ta confectis doctrinarum studijs Petrus, quem rei gerendæ publicæ Moderatores admoueri maturè censebant oportere, impositas Ministri partes aliquantisper eodem illo in Collegio Mediolanensi sustinuit: quo primo in munere sic se tractauit, vt, cum ante actæ vitæ instituta seruaret, longè fulgerent illustrius in excelsò collocata eius exempla probitatis. Ad omne Rectoris imperium ipse primus accurrere, ipse obsequio in alios, quam imperio, magis vti. Occupare necessitates omnium; &, si quem vidisset alicuius fei libidinem haud indecoram habere, sed vel à petendo modestiam retineri; vel posse merui, ne (religione deposita) clam id ipse sibi vendicaret, anteverttere studiosè perlculum, & prior iubere accipere: vertebatque industria suâ ad virtutis officium, quod alienum ab officio fortasse designabatur. Agrotantium illi curæ præcipua; quos & creberrimè inuiseret, & amabili allocutione recrearet. Intenti esse omnium oculi talem in Ministrum, & certatim pro se quisque conari pulcherrimos eius in se mores exprimere: ipse ad omnem laudem calcar addere, & salutaribus monitis quemque pro ingenij conditione firmare.

Hæc illi prima functionis publicæ commendatio fuit: quæ admirum perhènè, præclarèque gesta, siveque Provincie restitutus, subducendis virtutem tironibus Nouellariæ magno suo gaudio factus est Promagister; vt, ubi spiritum Societatis ipse primùm imbibet, ibidem alios quoque etiam pro suâ virili parte eodem spiritu imbuere niteretur. Enimvero id ille prorsus egregiè præstítit, cum optimis vitæ exemplis, tum saluberrimis, quæ illis identidem inculcabat, exactissime virtutis institutis. Interim ad externos quoque deriuabat aliquam suæ operæ partem; & multos à suis domi forisque criminibus expiabat: sèpè de superiore loco, sèpè de qualibet dicebat ad populum; non rurquam ad finitimatam vicinitatem suscepit

susceptis expeditionibus, circumiecta oppida salubri prædicatione, lustrabat, animorum quam vehementissimo motu, tam yberrimo fructu: quodque latius sua proferret opera largitatem, quatuor hoc tempore libros composuit, hisce nominibus: *Stimulus peccatorum ad amorem sua salutis.* De bona educatione: De deuotione erga Beatam Virginem. De felici morte.

Nouellaria, post tempus aliquod, Castellionem Steuerorum, B. Aloysij Gonzagæ patriam, ad eius Rectoratum Collegij latus est: quam ille potestatem, ut obediens studio promptè suscepit, ita complures annos, planè dum in vita fuit, egregiè perfectèque sustinuit; suis acceptissimus, cùm amabilitate morum, tūm exemplo virtutis, tūm verò paternâ prouidentiâ, quā nihil cuiquam deferi sivebat. Iubebat, suos esse ad spiritualia tractanda negotia expeditos atque alacres, ad profana contrà & temporalia lento & segnissi atque hoc eodem ipse instituto viuebat. Puerilem catechesim studio habuit, & primâ in parte curarum: ipsem ostiatim pueros & vicatim ciere; ipse ad templum eos deducere. Tantam verò fecit huic operi estimationem, ut summarios eius reipublicæ quoisque, Gubernatorem, Fisei patronum, aliosque Iustitiae administratos allegerit ad illud suâ sapientiâ honestandum. Tractabat mirificâ dexteritate Exercitia spiritualia; & ad insuendas hominum animis, imprimendasque rerum diuinarum imagines, gratiâ atque visu valebat. Multi ad illum etiam è longinqua, Confessionis ergo confluere, quos, à noxis absolutos, paucorum dierum institutione inviros alteros transformabat. Horum talium ut in posterum esset firmitati, progressibusque consultum, duos elucubratus est librios. Alterum: *Lucem peccatoris, qua se conuerterat ad Deum.* Alterum: *Exercitium spirituale Christiani hominis.* Adhac cùm recens instruxit Collegij sacrarum Virginum ab Illustrissimis tribus Sororibus è gente Gonzaga, B. nostri Aloysij neptibus, quæ se Deo dicabant, curam subiijset, magnis eas passibus ad aiorem virtutis prouexit; atque ut excellentiam illis sua conditionis exponeret, librum scripsit, cui titulus est: *Monile Virginum, & coeterorum.* Multa præterea eo in oppido præclarè ad salutem omnium excoegeravit & gessit, quibus illi haud sanè immerito partum est sanctimonie noinea sive opinio. Ille primus instituit bis festis diebus toto anno sermocinari cum populo qui mos diu obtentus ibi est, maximo questu animorum. Ille primus induxit, ut in hibernis inopum seminarum conuentibus, quos ibi Filozzos vocant, ybi scilicet ad fila ducenda se colligunt magno

magno numero, pro fabulis, & inanibus nraenjs quæ denarrari conseruant, principiò Litanie B. Virginis, tñm sacræ recitarentur historiæ; ac subinde pijs inde collectis sermonibus ea temporis usura nequaquam falleretur, sed quæstui esset: quoque libentius eò coirent, neque, dum vitam opere faciendo quererunt, obreperet iterum animorum socordia, sñp numero sacra metalla, imagines, libellos ijs, quæ conuenerant, clargiebatur. Cùm intellexisset, irreperere in populum, atq[ue] inualescere nescio quæ amuleta cum superstitione coniuncta, qua iam à complusculis erant cœpta certis malorum generibus amoliendis adhiberi: extemplo illis exturbandis Saltantes precastiones aduersus unumquemque morborum concionauit, & libello complexus, in vulgus emisit. Ipse malorum indicem, quæ vehementius eo in oppido grassarentur, confecerat, & suis singula concionibus adorsus, imploratis etiam Principum auxilijs, & aliorum Concionatorum conuocato subsidio, ea funditus nitebatur extinguere. Hæc, atque alia talia molientem excepere tempora, quæ principio dixi, & consummatam tot, tantisque laudibus ætatem, immaturam æuo quidem illam, sed grauem promeritis, eâ morte, quam suprà memorai illustrarunt. Sed priùs aliò quā gradum faciamus, vrām eius alteramue virtutem, etiam paulò amplius delibemus.

## C A P V T X X V I.

## Nonnulla de Petri virtutibus.

**P**orrò, cùm vniuersitate in Petro Iustinello virtutes admodum essent spectabilis; tñm verò plurimum in ea ipse excelluit, ex qua ducebat ceteras, assiduâ videlicet consuetudine cum Deo, & propensissimâ in res omnes Diuinæ pietate; vt, cùm de hac vna nonnihil explicauerit, satis à me fuisse factum arbitratus simus magnæ de cœnibus expectationi. Igitur ille crebitò per diem hunc genua ad Deum flectere, & quidquid demum ageret, totâ in Deum mente videri defixus. Primi illis à suscepta religiosa vita temporibus, ab nimia precandi contentione oportuit illi esse temperatum, coercendusque eius impetus, vel intra modum aliorum, fuit, ne corpori noxæ foret. Verum deinceps obseruatum est, ipsius animum nullis externis occupationibus à Diuinaram commentatione rerum diuelli, neque alteri vires ipsius corporis, quantauis

quantauis in Deum intentis contentione. Quod verò plus indies plusque in eterni Numinis cognitionem per scholastica studia prouehebat; eò vehementius itidem in cius amorem contemplatione perpetuè accensum atque exaudium trahebatur: neque res villa tam aliena, tamque auersa proponi poterat, qua' non illicò niteretur in cius immensa bonitatis complexum; quod ille studium aiebat illud esse, quod sancti homines vocabant: *Ambulare coram Deo*. His artibus ad eam animi serenitatem, constantiamque peruenierat, ut nullis neque infirmitatibus, neque aduersis rebus, neque secundis eventibus, non fortuitis ullis casibus, frontem vultumque, hedum animum contraheret, vel explicaret. Vnum illi duntaxat grauius accidere, videlicet epistolas ultrò citrandaque non necessarias missitare; & expostulanti Patri cuiplam, nullas ad se literas ab ipso dari, quas vehementer expeteret, respondit, illum se suum errorem minimè diffiteri; neqne siturum se illum abire diem, quin obitā pallam in refectorio pénitentiā expiēt culpam illam: sed velle se tamen excusatum haberi, si tie in posterum quidem scripsisset: consilium sibi esse, id officij precationis assiduitate pessare; quod esse Deo acceptius reputaret?

Erga Sacrae Sanctam Christi Domini Seruatoris Humanitatem, quo sensu esset; quantopere afficeretur, ab inde usque etatis principiū patefecit. Iam tūm illi arulas erigere; illi Sacerdotum emulatione puer litare; cantillare vesperas, alloqui; miserari patientem. Sed, postquam in usum perfectae rationis aetas adoleuit, runc enim uero liquidissime constitut, ecquonam esset animo in suum Redemptorem. Recolebat eius cruciatus, non memoriā tantum, & sterili recordatione, sed illatis sibi ultrò supplicijs, crebrā inedia, praesertim in Domini festorum peruigilijs; adhuc, sacræ Synaxeos communicatione, calamitosorum hominum visitatione, alijsque officijs, quæ omnia eò ad excellentiorem prouexit indies virtutis modum, quod clariore deinceps perfusus est immensa eius dignitatis comprehensione. Ita gradiebatur incessu, tanquam qui Christum in suo corpore circumferret; memor, illum se prohuper exceptisse; propediem iterum excepturum. Vehementer optabat eius imitatione aduersis exerceri; & sancta quadam inuidiā tangebatur, quotiescumque andiebat, quempiam virtutis ergo contumeliam pati. Perpellebat illum eiusdem amor ad inopes, agrosque tantā voluntatis inclinatione visendos; quod præsentiore in illis suum Christum, quam ullis in alijs agnosceret. Neque vana ea-

suit, aut de nihilo existimatio: namque aliquando cùm fixisset ob-  
tutum in infirmum grauius ceteris affectum, ecce vultum eius dere-  
pende mutari, & inducere quadam Divinitatis maiestate, prorsus li-  
neamentis omnibus Christum, qualis exprimi penicillo solet, rese-  
re: quo prodigio ille primum hæcere attonitus, mox verò humanis-  
simâ voluptate perfundi.

Secundum Christum, Petrus noster amabat, venerabaturque  
principiè Christi Virginem Genitricem Mariam, cui fuerat à priuis  
vnguiculis per Carmelitanum scapularium mancipatus; subinde  
in facrum Rosarij cœtum conscriptus: cuius leges omnes accuratè  
seruabat. Grandior factus, collegit ipse iuuenum insignem manum,  
quibus ipse cùm ad laetimoniām p̄ficeret exemplo, eosdem iussit  
omnes priimo in accessu se obsequio deuouere Deiparæ; quotidie  
pensum illi persoluere Virginalis Officij; eiusdem honoribus, eden-  
di penuria colere dies Sabbati; dies Dominicas autem sacro epulo  
velcendi copiā. Ipse, cùm de Societate capessenda stetisset con-  
silium, diem Sabbati velut alijs auspiciatorem delegit ad eius pro-  
positi exitum. Ad ceteras suas deuotæ in illam venerationis exer-  
citaciones, quotidie in templo coram cius ara prostratus, post pre-  
cationem longiusculè productam, duodecim Dominicā Angelicāque  
formulā Reginam suam consulutabat, memoratis iuxcrea, totidem  
excellentijs. Eodem referebat etiam duodēnum sociorum in refe-  
ctorio confidentium quas faceret unoquoque Sabbato, pedum  
osculaciones. Litanias ipsius in dies singulos recitare; & in Matris  
Purissimæ, Amabilis, Admirabilis elogijs principiè quadam iucun-  
ditate mirificè delectari: quod se conceptum, atque editum in lucem  
eius inancipio, nuncupatis illi videlicet à matre votis, meminisset;  
et quod se peculiari quadam præ alijs ratione, proprioque titulo, ea m  
sibi Matrem esse. De ea in omni sermone inferre mentionem;  
omnibus eius amorem ac venerationem, sicuti primam salutis, &  
principiæ necessitatibus tesseram, deprædicare. Eodem hoc ipso in  
Virginem studio, non eam solùm ad calcem sui Antidotij diligenter  
inculcat; sed proprijs etiam lucubrationibus eam conatus est apud  
omnes in excelso colloquere. Nimirum edidit primum in vulgus:  
Coronam variarum salutationum B. Virginis. Deinde: Modum fru-  
guis recitandi Virginem Rosarium. Demum opus perelegans, quod  
Angelici Dñeis titulo inscripsit.

## C A P T U R A X X V I I . L

*Quoniam Placentia; unus Ponte in Tellinis, exirebatur.*

**S**VAM QUODQUE PLACENTIA, VIBS PADO IMMINENS, CUM LABORIS ET  
GLORIE PARTENI OBTINUIT: VBI DUM AFFLICIS, PESTILENTIA FERUNT  
OPEM QUATUOR DESIDERATIS SUNT; PRIMUS, AD DIEM QUARTUM DECIMUM  
AUGUSTI.

P. CHRISTOPHORUS ALCOINTUS, DOMO FERRARIENSIS, QUI EX TRICENIS  
QUINIS ETATIS ANNIS, QUINDENOIS IN SOCIETATE POSIVERAT. IS CUM  
OBTINUisset MAGNIS PRECIBUS, VENI EX EPHEBIS CURIALIBUS IDO PET  
STILENTIA SERUIRET, IDQUE PAUCIS, QUOSILLE SUPERFUIT, DIEBUS ACCU  
RATISSIME PRÆSTITISSET, INTER AGENDAM QUADEGENARIAM ILLUSTRATIONEM,  
VIRUS ERUPIT, QUOD ANTE COMBIBERAT, SE HOMINEM PAVISSIMUM  
PERCELERITER ILLUM QUIDEM, SED ANTE MUNITUM SACRAMENTIS DE ME  
DIO SUSTULIT. ALTER AB ILLO DIEM SUUM AD VNUM & VICINUM AUG  
STI CLAUSIT.

P. IOANNES FRANCISCUS NATTA.

TERTIUS AD DIEM SEXTUM ULCESMUM AUGUSTI DECESSIT.

IOANNES TONINUS, PATRIÆ MUTINENSIS, COADJUTOR TEMPORALIS, QUIN  
QUAGENOS QUINOS NATUS ANNOS; & TRICENOS SENOS IN SOCIETATE VERSA  
TUS. POSTREMUS DIE TERTIA SEPTEMBRIS OBIIT.

ANGELUS DONESIUS, DOMO FOROLVIENSIS, TEMPORALIS ITEM ADIU  
TOR, ANNORUM OCTO & VIGINTI, OCTO IN SOCIETATE.

PONS IN VALLE TELLINA OPPIDUM FREQUENS EST, VBI NOSTRI CONSE  
DERE: CUMQUE EDO SE QNOQUE PESTIS INTULISSET, HAUD SEGNIUS: ILLHIC  
QUAM ALIBI CUM EA DIMICARUNT PRO SALUTE MORTALIUM. EO IN PRALIO  
SUBLATUS EST AUGUSTO MENSE, SED INCOMPETUTU QUO DIE

P. HIEREMIAS NOLUS, DOMO CREMENSIS, EMERITIS DUOBUS ETATIS  
& TRIGINTA, VNDECIM IN SOCIETATE ZANIS, VIXIDUM BENÉ CONSECTIS STU  
DIIS LITERARUM.

## C A P V T . X X V I I I . L

*Tres Mutina abrepti.*

**M**VTINAM TRIUM GLORIA FUNERUM HONESTAUIT; QUÆ NONNULLIS ALIJS,  
& INTER EOS POTISSIMUM P. BERNARDO CELIO, AUTORI EGREGIJ  
OPERIS DE MINERALIBUS, ITA DEFUIT, VT EI TAMENTI IPSI NEQUAZQUAM

defuerint, quoniam quidem pugnæ copiam ardentissimè flagitarunt. Primus victoriz compos cecidit ad diem tertium Septembbris

*Antonius Manzinus*, patriâ Mutinensis Coadiutor temporalis, anno altero tricesimo x tatis, quartodecimo Societatis. Vitæ fuit ferventissimi ardoris, & otij summè fugiens, quiq[ue] uno tempore cùm æditui, tum sutoris, & pistoris & alia vilia præstaret obsequia, deque somno deduceret, quod labori tempus impenderet. Alter illi successit die altero & vigesimo Septembbris

*Antonius Blancanus*, dômo Bononiensis, P. Iosephi Blancani celebris nostri Mathematici fratri filius; sed iste gradum Coadiutoris domestici suâ spōste sortitus, egregiâ præbuit omnibus religiose modestiæ & virtutum ceterarum documenta. Vnde trigeminum agebat ætatis annum, decimum in Societate; atque hos omnes eò contulerat, ut hoc ipsutum mortis genus à Deo precibus intentissimis efflagitaret; cuius ut se compotem effectum consperxit, incredibili gaudio suprêmum inter agendas Deo gratias, spiritum edidit. Tertius hunc postridie, seu tertiucesimo Septembbris secutus est

*P. Antonius Palatinus*, ortu Tridentinus, anno septuaginta quinto ætatis, quintodecimo Societatis; postquam quinque & quadraginta ipsos dies incredibili diligentia, & labore per dies illos æstuos suam in ægros operam contulisset; quæ contentio publicam illi conciliarat sanctimoniaz famam. Et fuerat ille semper omnis officijs, sed modestiæ præsertim, mansuetudinis, obedientiæ plenus, omnis disciplina retinentissimus, & aduersus salutem hominum flagrantissimæ charitatis.

## C A P V T      X X I X .

*Vnus Comis; alser Monteregali; duo Cuny mortui.*

**N**ouocomi ad Lacum Larium plusculi è nostris peste consumpti sunt; sed unus eorum, ceteris fortunatior, qui se deuouit impulsu ardentissimæ charitatis, ad faciendam, quaquâ posset ope medicinam ijs omnibus nostris, quos pestilentia corriperet; eoque in conatu die duodecima Octobris innocentissimam vitam honestissimâ morte confecit. Is fuit

*Guido Ortononus*, oriundus è Corsica, inferi maris Insula, Scholasticus, annos natus quatuor & viginti, quinque commoratus

ratus in Societate. Docebat optimus adolescens hoc tempore  
Comi humaniores literas, cum se vltro in obsequium domesticorum  
laborantium dedit. Sed vide rem planè memorabilem. Erat  
inter eos qui lucem conceperat Ludouicus Chiesa, iuuenis item,  
ipse integerimus & scholæ collega: is die tertia post eum diem,  
quo primùm febre pestiferâ correptus est, alienatus ab animo, ve-  
hementer agitari toto corpore cœpit; & paulq; post mirificâ tran-  
quillitate obortâ duas ipsas horas supinus iacuit, immotus, aper-  
tis, neque vllam in partem conuersis luminibus. Secundum illud  
silentium, ducto bis altè suspirio, sciscitant Guidoni, ecquidnam  
doloris persenticeret, quod ita valde suspiraret, respondit: O si  
conspexisses & tu, que per hoc ego temporis contemplatus sum! O colle-  
gij, o urbis calamitatem! Quanta strages, qualis miseria, que labes!  
Frustra uitimini celare me morbum Magistri Lena decubantis in villa,  
qui cras hora septima moriturus est. Eheu fratribus Antonino Massano,  
& Ioanni Baptista Gatto! Eheu, Patri Flaminio Ridolsino! Sperabant  
illi quidem sese euasuros; sed frustra omnia, & nondum finis. Quid  
ita? inquit Guido. Tum ille rursus: Quia & P. Rector perendie  
morbo tentabitur, & octavo post Dominicam proximam die, hora altera-  
nicesima morietur; & die postero item P. Io: Ambrosius Vertua. Tum,  
iterum Guido: Nullusne præterea domesticorum? Imò verò, ait, &  
P. Hieronymus Villani: nec ullus amplius. Ecquid P. Alexander? ait  
Guido: Excipietur, inquit, & ille perbenè, sed denum euadet:  
Et P. Minister quid? Non morietur ille quidem, inquit, sed adeò exer-  
ebitur, ut illi plus fasis sit. Mihi verò quid fiet? Guidoni contanti:  
Morieris, inquit, & tu proximus ante postremum. Atque hæc omnia,  
vti prædicti, ita ad vnguem rata fuere. Petenti verò familiariter  
Guidoni: Isthac omnia unde cognoset? Curiosus ista tu quidem,  
inquit, quām oporeat, quaris. & his dictis obticuit, & die tertio-  
decimo Septembbris occubuit; superstite ad mensem Guidone,  
versanteque eo charitatis in studio; quem integrâ atque incolumi  
primævâ Baptismi innocentia demigrasse coniecturis abundè firmis  
comprobatum est.

MonteRegali, quæ vrbs Insubria; seu Pedemontij Mondeui  
hodiè appellata est, postridie Calendas Nouembbris occidit.

P. Iosephus Cesa, indidem oriundus, & eius Collegij nostri  
tum Rector, annum agens ætatis duodequadragesimum, alterum,  
vicesimum in Societate, quatuor illi votis obstrictus.

Cunij, quod eiusdem Prouinciaz oppidum est, duo de mense  
Nouem-

Nouembri, sed incertum quo die, à vita per pestem discessere; quorum alteri nomen fuit

P. Augustinus Sandilianus, patria Vercellæ, ætas, anni vñus & quadraginta, stipendia Societatis sex & viginti. Alteri nomen

P. Balthasar Lingua, patria ipsum Cunium, ætas anni duo & quadraginta, stipendia Societatis tria & viginti.

### C A P V T X X . X .

*Florentia duo sublati.*

**F** Lorentiam, Hetruriæ principem urbem etiam pestis hoc eodem anno vexauit, & duos nobis egregiâ probitate conspicuos charitatis gloriâ honestauit. Eorum alter ad diem decimum Nouembri excessit

P. Marcellinus Albergottus, eius Collegij Rector, patria Aretauus, vir, in quo opes animi cum imbecillitate corporis penè ex æquo certarunt. Romam ad studia literarum à parentibus, quibus erat unicus lautissimæ fortunæ hæres, allegatus, in Romani Seminarij contubernium anno labentis seculi primo successit: ibi triennio confecto, animum ad Societatem capessendam instituit. Sed à parentibus, quos in florente fortunâ liberorum orbitas eo subducto vehementer exercebat, grandis obiecta difficultas est. Egere causam apud Ferdinandum Hetruriæ Magnum Duce, ne sineret eum, nisi facultatibus paternis, & carum spe omni abdicata, quod nimime facturum credarent, immaturi participem consilij fieri. Aspera ea quidem Duci conditio visa; sed dandum ægris parentum animis nonnihil fuit. Verum illicet Marcellinus occurrit, &c, nuncio rebus humanis omnibus legitimè remisso, Societatis aditum sibi explicauit. In ea semper insigui floruit probitatis existimatione. Vires ingenij, quam corporis, excelsiores; ut in Romano Collegio, cum Philosophiae Scholas explicaret, auxiliaribus sustentari supplementis debuerit. Inde ad rempublicam latus, Florentini Collegij Rectoratu potiebatur, cum ea in urbe pestis increbuit. Igitur haud ignarus, suas non fore postremas periculi partes, qui bonum agere pastorem statuisset. Exceritijs Spiritualibus S.P.N. Ignatij se ad mortem obeundam excoluit. In eo secessit multa cum animo suo de Diuino amore, deque humanae mentis imbecillitate, perpendens; quam nulla sit spes à minutionibus culpis yniuersis, quibus

quibus amoris ardor referuerat ac relaxatur, evadendi, tametsi vi-  
tari singula & queant, & debeant; optimum factu apud se esse  
statuit, quaquam viâ honeste potuisset, hinc sese explicare, ne quod  
amori, quo flagrantissimo tenebatur, impedimentum esset, neve-  
Deum, qui sibi summè diligendus esset, ullâ vel leuissimâ noxâ  
offenderet, cui omne peccatum odio est. Tum subiit animum,  
esse in manu pulcherrimâ præclarè moriendi sortem, si liceat vti-  
Continuò Romam literas ad Præpositum Generalem dare, quibus  
potestatem sibi fieri flagitet operæ sui pestilentibus, si res ita ferat,  
commodandæ. Nec diu postea, quam eâ potitus est, accersi Pa-  
trum quisquam ad Fabri Ferrarij peste contacti Confessionem.  
Ædicius respondere, nullum esse dûm Patrum pestiferis audiendis  
expositum. Huic intervenire sermocinationi Rector, &c., iusso tan-  
tisper sibi præstolati puero, rebus domi raptim dispositis, locis  
obnientibus, eas sibi negans esse negligendas opportunitates, abiit  
ad Fabrum; confessum absolvit: atque eâ quasi sagrâ initiatione  
secretus à conuictu consuetudineque Sociorum, separatam in do-  
mum concessit, cui ad aream S. Laurentij, publicum in vicum  
erat prospectus. Eâ usus opportunitate, per fenestram eos, qui  
præterirent, orare, ut quos pestilentia tactos reculerent, ad se  
allegarent, seu ad eos ne cunctarentur accersere; idque tanto stu-  
dio, tantaque contentione flagitare, quanto quisque cupidissimus  
institutor emptores solet. Sed & per plateas euntis exultatio cum  
aliis, cum Magnum Ducem in admirationem rapuit, quod morti  
tam hilaris obuiaret. Demùm inter impendendam strenuè mor-  
bosis opem, luci ipse quoque contraxit; quam animi tantæ hilari-  
tate sustinuit, ut Ministro Collegij, cum penè iam ageret animam, ita  
perscripsit, nunquam se antea per omnem retrò actam ætatem, adeò  
verâ, sincerâque voluptate; quam nunc frueretur, suisce perfunctum.  
Hæc iam prælio mandabantur, cum ab ijs qui oculati testes rebus  
adsuere alia de Martellino allata sunt: quibus pro auctario dictorum  
hæc lubet adiungere.

Non nisi 14. dierum interuallo illi prouincie nauare operam  
potuit. Etenim idem illum virus afflauit, & intra triduum deside-  
ratæ morti addixit. Ferdinandus Magnus Dux eâ quæ de illo in-  
crebuerat sanctimonie famâ permotus, voluit illum nou ad com-  
munem luc illâ extinctorum fossam deferri, verum sub altari in-  
arca duplice tumulari. Perpetua in Marcellio pietatis teneritas, re-  
tinentissima disciplinae perseverantia, corporis afflictatio, adeò ut  
lineo-

lineorum socorum loco ipsum cilicinis vsum fuisse sit animaduersum. Flagris verò ita se iam vndequaque attruerat, ac velut hebetaratur, vt cuidam de illo corpus afflanti modo loquenti candidè dixerit, se iam locū in se vix reperire quem verberet: vix iam partem sur̄superesse quæ insista verbra persentiscat. Omnem vitæ nostræ partem sancto pīx in seipsum sauitæ studio plenam esse debere sentiebat, sed primam Exercitiorum hebdomadam potissimum: quam aiebat esse quoddam esculentī genus quod sine hoc sale non sapit. Nec deest non imperitus diuinarum rerum astimator qui disertè affirmet neminem à se auditum qui in S. P. Ignatij exercitijs ad aliorum vsum enucleandis, ac propriè iuxta Ignatianæ semitæ scopum artemque tractandis Marcellinum æquiparare possit. Inde illi mira in animos quasi dominatio; sed in seipsum quāmaxima: inde parta mortis gloria, & destinatio vt mallet mori quām charum Deum vel leuissimè offendere; siue, vt nollet viuere, ne posset offendere. Quæ deliberatio quanti momenti sit in pondere sanctuarij æternitatis, olim videbimus, nunc ad ista hebetes, si non cæci. Marcellino certè oculus vigil semper emicabat in cœlum: neque abibat è conlaui, aut redibat, quin singulari reuerentia significatione, breui interspiratione cor vibraret in Deum, conspectâ cubiculari quam præ oculis habebat imagine. Inde eueniebat, quod manus quoque nitidè atque accuratè ablueret, vt Eucharisticum. I e s u m mundis manibus tractaret; quasi cum Philosopho illo ad amici nuptias invitato seque ad elegantiam componentे diceret: *Hoc ago, ut pulcher ad pulchrum vadam.* Diuinum officium exequebatur accuratione propè ultra modum prolixâ. Paupertatem, exemplo suo alijs amabilem faciebat. Eius amore (quicquid humanum quodpiam supercilium ea de re sentiret) Senis Romani pedes profectus est peregrini pauperis ritu, cùm iam Sacerdos ad docendum euocaretur. adeò vt Societatis paupertati eximio fuerit leuamento non eâ solùm quâ erga Societatem fuit beneficentiâ & liberalitate, verùm etiam singulari studio tam exquisitè raræque paupertatis, tanquam ingenuus filius probæ matris.

Non ausim persequi singulas charitatis illius industrias cùm præcesset: quām sinè stomacho & quām attemperatè se culpæ ac pœnæ miscerit, ipseque se reum egredit ipse iudex. Suadebat verbis domesticam disciplinam: imperabat & vrgebat exemplo. Pluribus Collegijs præfuit suauissimâ rectione, sed non sine vi efficacitatis. In eorum quodam anagnosten in triclinio agere

agere videbatur arduum Patrum cuiusdam, seu quibusdam. Dissimilante Marcellinus rem accepit: & ut se primum, alios deinde suo exemplo subigeret, ipse per mensem unum, alterum, tertium,, & plures, agnoscis munus obiuit; tum illis imperium verecundè iam accepturis dixit: Nunc poterunt legere: & ipsi suâ quiuis hebdomadâ. Obedientiæ prompta ad extemporalitatem usque celeritas, etiâ tunc in illo eluxit quando Româ nescio quâde iussus, citra villam quicquam è cubiculo auferendi, aut chartas & ea quæ scriperat colligendi, atque ad futuros usus asportandi curam, itineri se dedit. Verum cum eius, illo digresso, conclave ita ut aliâ erat repertum est, redire ac ea colligere iussus est, quæ nec paupertatis studio aduersantur, & auctoris deinceps etiam vicia esse possunt; ut lune lucubrationes labore parte atque ingenio; quod in illo quantum fuerit nemo non vidit qui Marcellinum nouit seu discipulum, seu magistrum.

Sua uissimâ erga Deum fiduciâ ibat in omnibus tanquam securus prouidentiæ Dei; maximè verò ad mortem, cui paulò ante quam se exponeret, literas Firmo accepit, quas, nomine tamè abscondito, P. Joanni Baptista Bargiocco Florentia ostendit. Aiebant illæ: Pater mi, Marcelline, Deus te secum uoleat propediem. Modicum superest uitæ, ut vitâ fûncius viuas cum Deo. Nota erat Marcellino scribentis virtus, adeoque literæ prænunciæ pondus habuere. Marcellino iam in mortis aleam egresso, is qui pro eo Collegium gubernabat cum se magnâ egestate vndique circumdatum videret, consilij & opis expectandæ anxius, breui ad Marcellinū datâ epistolâ Collegij egitatem exposuit, & petiit eqquid agendum esset, ubi que renda pecunia? Marcellinus diniu plenus fiduciae: Quare inquit, in oratorio genuali. Abiit, accessito alio illo quæ nominauit Patre Minister, & locum ad orandum destinatum, eiusque scriniolum, num quid ibi pecunia lateret perquisitè dispexit. Nihil inueniens, symbolum Marcellini responso illi subesse adiecit alter ille Pater: rogandum nimis è Deum, ut subueniat. Accepit interpretationem Minister, & ad SS. Eucharistia Sacramentum, prelixè oravit. Valuit Marcellini cōsilium, Bargiocchi interpretatio, & Ministri oratio. Et hinc postridiè bene manè adolescens nulli hastenus usus in Sacrario adfuit, & Patrum cuidam, qui sacrificali ueste induendus iam se ad Sacrificium accingebat, strophiolum cum 30. vel 50. nummis argenteis Florentinis (id est plus quam 30. vel 50. scutis Romanis) porrexit subsidium Collegij egestati. Rogatus, equis

illa mitteret, pro quo orahdum esset; negavit aliud inuestigandum, orandum vero esse pro iis qui bene fecissent Collegio: & abiit. Tunc & alius, vir locuples, ad Collegium vlero venit, & se eâ nocte de Patrum egestate cogitasse, neque somnum prius capere potuisse dixit, quam subuenire decreuisset. Illis ipsis diebus fratrem suum, è vita decessisse, ac testamento iussisse, intra vnius alteriusue anni curriculum Collegio centum scuta nomine suo dari. Se vero è nocte deliberasse; præstare si nunc daret quando afflita illa tempora, & mortualis lues annonam etiam redderet cariorem, eoque videri Collegium subsidio nunc egere. Et uero ubi haec statuisset, somnum statim inuitis hactenus oculis obrepssisse. Dixit, & centum scuta numerauit; præsentanum urgentis inopie leuamentum. Hoc erat è Marcellini consilio, Deo fidere, ac pecuniam in oratorij sinu perquirere.

Atque ut Apellem hunc nostrum è linea luculentius agnoscamus, excepso quædam è literis quas hoc anno à 1. Septemb. Florentiâ Italicè dedit ad Præpositum Generalem. Peti ergo flexis genibus, vt negatam sibi à Prouincia Preposito potestatem capit in illud periculum coniiciendi ipse concederet. Quantum ad commodum meum, inquit, video posse dicere cum S. Ignatio: *Ego scio quid mihi expedit.* Nescio an quicquam se pius desiderauerim in omni vita, quam mori; vt Deum amplius non offendam. Ignis, crux, bestie veniant, & quicquid tormentorum est in hoc mundo, & altero; vt siam impeccabilis. Mi Pater amantissime, quantum boni mihi præstare potes vnicâ voce: *Ita;* ad Gloriam Dei, ad salutem & perfectionem meam, ad auxilium proximorum tam Nostrorum, quam extriorum, &c. Obligatio Rectoris in Constitutionibus est ut sit magni exempli. In rebus magnis erit magnum etiam exemplum. In rebus facilibus ecquid magni exempli est? Deus inspireret Pat. V. id quod inspirauit mihi. Si Spiritus, & Sponsa dicunt: *Veni:* & qui audit dicat. *Veni.* Amen: *Veni, Domine I 887 in cor Pat. vestra,* in responsu gratia pleno, in opere consummato. Ad extreum precor ut mihi bene preceretur, & in Sanctissimo Missæ Sacrificio de me decernat.

2. Nouembris alias ad eundem Præp. Generalem dedit, in quibus pro obtentâ potestate ait se gratias in hac vita reddere, pro dignitate haud posse, in alterâ redditurum. Se 28. Octobris ad locum separatum secessisse ad seruendum infestis. Adjunctum sibi Coadiutorem pietatis ac silentij amantem Blasium Pedretum.

Plena

Plena esse omnia consolationalis. Iamque, præter alios, duobus se religiosis Sacra menta ministrasse, quos in contactorum obsequio pestis afflavit. Ceterum ad id quod in literis moneretur, ut consuetas in simili discrimine se conseruandi industrias ne omitat, vel le se ipsum (Generalem) tanquam Magistrum perfectionis nostræ in Societate, consulere. Duo esse quibus moueri quispiam possit ad illam prouinciam experendam. Alterum, ut id, veniat ex amore, & charitate erga proximum: atque in eo casu adhibendam sibi videri cautam, & diligentem industriam, ut censura adiumenta non omittantur, quod eius qui se prouincie illi addixit opera se ad plures possit porrigeré, qui cius est finis. Alterum quod mouet esse potest, ut illa sui, seu vita sua velut prodigentia sic actus amoris erga Deum, cum desiderio vita modis concessis quanto licet osculatione abrumpendæ, quippe quæ obnoxia nimium est quotidianis noctis quibus Deus offenditur; & inchoandæ quam matutinæ vite illius impeccabilis, quæ extra omnem peccandi aleam vel discrimen secura est, licet forte ad tempus sit futura plena tormentorum plurium & maiorum quam ylla huius mundi crucigmenta esse possint, qualis est vita in Purgatorio. Atque hoc altero potissimum se permotum. Charitatem hanc erga Deum sibi fuisse pro scopo principalis; charitatem erga proximum pro accessorio tantum, ut vocant. Iam verò eum qui hoc idcirco moriendi desiderio se perurgeri sentit, videri sibi non debere querere ea quibus se contra desiderata mortis appropinquationem tueatur. Ego me urgeo, aiebat S. Ignatius M. Alias viderere fugere ad quod quartis, si tamén diuino illud instinctu queras. Atque inter hos duos fines & scopos hunc posteriorum sibi videri altero illo esse magis perfectum: ac omnis circa peste infectos officij exercitationem hoc fine nobilitari magis. Sibi verò per diuinæ misericordiæ liberalitatem, illud suggestus ad desiderandum quod est nobilius, quodque perfectum magis. Suppetere sibi è Baronio exempla illorum qui in luce quadam laudantur quod agris peste afflatis non ad ea tantum se promptos dederint facienda quibus regri illi egebant, verum etiam familiaritis illos solati sunt, usque ad amplexus, & oscula charitatis; maximè si pro explorato admittatur, quod ut proximo in rebus animi, & ijs quæ supra naturam sunt subuenias, licet vitam corporis discrimini prudenter scilicet seu ut dixi modis concessis obire; & ad bonum illud naturam excelsius illi procurandum, mortem subire. At in hoc non de ijs ait se agere quos aliqua obstringit

obligatio ad se pro alijs conseruandos ; vt sunt Prælati , vel Parochi ; verum de liberis & expeditis , qui sponte propriâ se honestissimo illi periculo ipsi obiiciunt . Atque ex horum numero se nunc esse , vtpote à cura Collegij expeditum , nec ullius Parochiæ obligationi illigatum . Hactenus dicta non videri à vero aliena . Se tamen suæ Paternitatis iudicio , iudicium suum , sententiam , desideriumque submittere . Desiderare se ab illo doceri , & ad perfecti onem duci . Illius enim esse ducere nos non ad salutem modò , verum etiam ad perfectionem . Nos autem , inquit , populus tuus , & oues pascuæ tuae . Interea dum respondetur , se non omissurum industrias de quibus monebatur ad cauendum ; id se tamen obedienti , non verò vita seruandæ , studio facturum . Concludit denique : Deus illuminans à montibus æternis illuminet Pat. Vestram , & per illam me vallem paruulam , seu fossam , clariss . Ita ibi .

Ereptus est è vita , vt optabat paucos post dies , cùm vixisset ab anni 1585. die 8. Decembris ; in Societate à 25. Martij anno 1604. vtroque die Deiparae ; 4. vota Professus 30. Maij 1621. Docuit Philosophiam , & Sacram Script. Romæ . Postea rebus Spiritualibus præfuit ; Collegijs verò per annos quinque . Quid opinionis de illius virtute singulari habuerit vniuersa Romana Prouincia vel inde constat , quòd anno 1655. in publico Prouinciæ Comitio decreuerit petendum , impetraritque à Præposito Generali , vt in eorum qui in triclinio leguntur illustrium nominum catalogum referretur , ad suauem tantè virtutis memoriam cælestionē ac auditione quotannis renouandam .

Addamus his pro eius vita corollario quasdam veluti scintillas ex eo igne qui inter asceticas S. P. Ignatij exercitationes anno 1616. in tertia Probationis anno , & deinde anno 1625. à 3. Octobris usque ad Decembrem in illo exarfit . Seligo paucas è plurimis ab illo Latinè in libello fructuum , (vt vocamus) conscriptas , dignas omnis memoriâ posterorum , nisi locum illis hic breuitas suscep ta negaret . Demus ergò ad verbum aliqua ex omnibus :

*Prima die.* Status animi pacatus & quietus , leuibus aliquibus distractionibus in orationibus , & extra tentatus , suavitate leni delibetus . In Fundamenti meditatione septies habita quomodo cum fine ultimo , quomodo cum medijs habere me debeam ex proprio Societatis instituto , ac spiritu , satis clarè cognoscere visus sum . Debeo esse Deo excellentissimâ quadam charitate coniunctus , quæ non solùm pura , sed ardens , & zelus sit ; & ad media omnia

omnia conducentia stimulet assidue; à contrarijs semper reuocet: imò ardenterissimus zelus sit, vt conducebiliora semper velit & querat; & abundantissimus sit, non solum me, sed omnia planè fini coniungere studens, & cupiens. Erga creata omnia entia charitate affici debeo conuenientia fini, vt disconuenientia, odiſſe, etiam si aliás optima sint. Secundum se nec prosequi, nec vitare. At in electione, & ysu rerum prudentissimus esse debeo, & non contentus coaducibilibus ad finem: optimis tantum utar, pensatis omnibus circumstantijs; reliqua omnia rejiciam. His duobus cardinibus excellentissimæ charitatis, & summa prudentia B. P. Ignatij, & proprium Societatis spiritum contineri versarique mihi visum est ex lectione formularum nostri Instituti in Bullis Pauli III. & Iulij III. &c.

*In Contemplatione Regni Christi.* Christus pugnat; & ipse certò viator futurus est: hęc omnia, & omnes aduersarij vieti, disiectaque tandem cedent. Quę demēntia contra vieturum pugnare, pro vincendis? Christus verus, ac legitimus, iustèque Dominus: alij raptores iniqui. Christus Iēdi non potest: isti tueri se non possunt; caro à morte, mundus à conflagratione, dēmon ab ira Dei.

*Die nonā.* Denique dēmonum machinatio his duobus contineri semper visa; Igne, & fumo (earne, & honoribus) hęc duo caue, &c.

*Die 11.* Animaduersio virilis, & notatu digna ad suavitatem faciens, ex Christo ad Ioannem itante ante vocationem Apostolorum: vt nimis si in operatione erga proximum, quem collegam, seu competitorē habendum suspicer, illum studeam, etsi minorem, obsequio & demissione demererī; familiaritatem inire cum illo; communicare res, & consilia; denique adjutorem mihi facere, non temulum pati omni officio studebo.

*Die 12.* Si benē meam, aliorumque salutem promouero, aduersitates, & obstacula à dēmone, & hominibus expectanda, &c.

*Die 14.* Quoad missam hęc addita ad prēteritam praxim,  
1. vt recitando Misericordia ad prēparationem procedant simul intellectus recognoscendo delicta, & voluntas detestando, & dolendo.  
2. vt cū fieri potest, visitem prius templum, & Sanctiss. Sacramentum, ibique illis velut auditis: Tempus meum prop̄ est: apud te, &c. Vbi est ergo, &c. Illi cor meum penitus offeram cum desiderio omnis perfectionis, tuncque apte recitabitur cum illo desiderio: Gaudium cum pace, &c. In ipsa meditatione, & oratione noua

noua & practica cognitio exercendi tres potentias spirituales animæ. Voluntatis actibus insistendum, siue bonis crebro eliciendis, ac sepius vel diutiis conseruandis & intendendis; seu pratis ac rebellibus edomandis, elidendis, peruincedis, ac veluti dilaniandis, atque dilacerandis oppositis actibus: hancque orationis formam, veluti fortem & generosam adamauit, & Exercitijs nomine censeri à B. N. Patre censui, &c.

*Die 15.* Pugnandi modus cum carne, mundo, dæmone animaduersus, ac receptius animo ad proximū. Cum carne, & corpore, separatione quadam vtendum per subtractionem ac remotionem obiectorum. At homines contrarios, & dæmones non fugā & solitudine vincere, sed illis admisceri cum virtute debeo: Et homines quidem mansuetudine vincere; dæmones humilitate, &c.

*Die 16.* Mundi, hoc est, hominum non secundū virtutem ambulantium, carnisque blanditias animo constantissimo, seuero, & obstinato reijciam, neque ad verbum quidem, aut oculorum breuem furtiuumque coniectum descendens; si indignè fiat, & contra virtutem, quicquid inde sequatur contra meam estimationem; etiam si rusticus, inurbanus, impolitus; insipiens apud complures habendus essem, &c.

*Die 17.* Ex alijs affectibus post secundam meditationem multâ cum suavitate & iudicij tranquillitate hæc ratio afflictandi corporis electa est, superiori subiecta, vt aliâs; vt, duobus diebus exceptis in hebd. singulis diebus aliquid pœnitentia corporalis ad carnem subijciendam vel castigandam exerceatur, hoc modo. Videlicet: vt vno die in prandio, vel cœna primum ferculum; alio die vltimum, alio medium relinquam: alio, ieiunij more, vltimum tantum sumam: alio die integro à vino abstineam, &c. Tempore post primam hebdomadam hoc viatum est vtile, & experientia probatum loco pœnarum sumere; vt per tres dies in hebdomada à vini vsu temperem hoc modo; vt semel tantum in prandio & cœna vinum bibam, cæterum aqua utar simplici. Circa somni & strati modum facultas aliâs habita repetenda. Enucleatius de hoc scribit alibi hunc in modum. Sic me videor bonè habere, si, præter diem Dominicum, & Vacationis, singulis diebus aliqua habeatur pœnitentia v. g. Fer. 2. flagellatio ordinaria cum: *Dé profundis*, aut *Miserere*. Fer. 3. cingulum cilicinum. Fer. 4. seu 5. relinquere vltimum ferculum in cœna ut plurimum. Fer. 6. præter abstinentiam, quæ sicut etiam per hebd. occurret ieiuniū, ge-  
stabitur

stabitur thorax cilicinus. Sabb. more ieiunij vesperi solūm ultimum  
serculum sumendum.

Præterea quinque ictus flagello in pedibus, manibus, & latere  
in memoriam 5. vulnerum Christi in Cruce. Iudicet superior, an  
expedit aliquo tempore surgere de nocte ad recitandas matutinas  
preces, cum à meipso excitor.

Die 18. Latè agit de accensis ad Indos desiderijs, incitamen-  
tis, &c.

De B. V. Hanc mihi parentem exquirendam volui, Christo me  
aliquando paritaram in virum perfectum.

In contemplatione ad amorem spiritualem excitandum, deside-  
rium conceptum purissimi Amoris in Deum; quem talem esse de-  
bere intellexi, ut diuino in me amori conformetur. 1. extensis-  
simum; ut omnia illi seruant quæ mea sunt quounque modo. 2. in-  
tensissimum: ut quantum possum perfectissimè & intimè diligam,,  
pro me, ac cæteris tūm rationalibus, tūm irrationalibus, quibus me  
prætulit, creaturis: & perfectissimo modo, quo in hac vita fieri  
possit, me Deo consecrem & coniungam. 3. efficacissimum: ut  
semper, quantum fieri potest, pro Deo operet, saltem virtualiter.  
Vnde intellexi peccata congruentissimè votari debita; cum in Deum  
referri nequeant, cui omnia debentur opera dicitur enim debere  
Deo qui negat illi id quod illius est. Deo itaque, eiusque amori di-  
caui mea quovis modo omnia; libertatem præcipue, ut clauem.  
Deinde meum esse, & omnia operandi principia naturalia, & super-  
naturalia. Demum operationes omnes cuiuscunque generis.

Frñctas exercitiiorum anni 1625. à 3. Oct. usque ad Decembrem.  
In Medit. de fine hominis. Finis meus vnicus formaliter debet esse  
diuina gloria; materialiter, salus mea. Muleo & assiduo Dei lumi-  
ne opus est, ut cognoscamus quæ nobis creature conferant, &  
quando, & quantum, ad nostrum finem, &c.

3. Die. De peccatis venialibus præclara. Concludit: Perire  
certè adhuc possim! Item 8. die.

7. Die. Quantum metetur, Deum hoc (quod inspirat) velle?  
Etiam si absit omnis culpe timor. An non cælum perrumpam, aby-  
fos penetrabo, ut faciam quod certò scio Deum velle? Adnotatis  
fructibus, adnotat in libello quædam quorum titulus: Emendatio  
vite. & particulariter descendit ad sua emendanda, & Patri Spî-  
rituali aperienda, particularique examine expugnanda. Vitandas  
diligentissimè ait occasiones temporis inutiliter terendi, etiam  
brevis-

brevissimi; quotidie Sacramento pœnitentiaz vtendum; oculis, silentio attendendū. Hæc de P. Marcellino Albergotto, quod inter nos nomē in alio superstes, flore suo fructum, & rem tanti nominis pollicetur.

Alter Florentia ad diem vndetergesimum Nouemb. occubuit, qui P. Marcellino socius & comes fuerat sanctarum expeditionum

*Blasius Pedretus*, domo Lucensis, Coadiutor temporalis, annorum trium & quadraginta, duodecim in Societate, priscâ probitate & simplicitate conspicuus.

## POLONIA. CAPVT XXXI.

*In Polonia duodeni varijs locis desiderati.*

**L**Atè per vniuersum propeinodum Poloniæ Regnum pestis item hoc anno peruagata, duodenos è Nostris, qui cum ea confitentibus opem cerebant, abstulit. Primus Poloniarum ad diem vnum vigesimum Iulij cecidit

*Ioannes Przedboriensis*, è Masouia Provincia oriundus, Adiutor temporalis, annorum vndequadraginta, duodeuiginti in Societate. Alter ibidein, sed incertum quo die, meque coniectura ducit in Decembrem mensem. Is fuit

*Thomas Rosovuski*, gente Roxolanus, annorum vndetricenüm, in Societate septenüm. Porro de mense Septembri, sed ignotis diebus alibi cecidere complusculi; vnuus die septimeuigesimo Vartembergæ

*P. Albertus Columbinus*, natione Polonus, annos natus sex & triginta: sedecim in Societate. Grodnæ verò

*P. Andreas Kofinski*, patria Masouia, ætate senum & quadragenüm annorum, religione vicenum senum. Crozæ item vnuus

*P. Andreas Komlesic*, gente Lithuanus, annorum ætatis quinquagenum, Societatis vndetricenum. Vilnae alijs

*Stanislaus Grzegorzevici*, natione Samogita, Coadiutor temporalis, décrepita ætate, annorum trium supra septuaginta, vnius supra quadraginta in Societate. Adhac, in Lithuania locis incertis codem hoc mense Septembri tres cecidere

*P. Urbanus Hepner*, gente Prutenus, annorum duum & quadraginta, duum & decem in Societate.

*P. Michael Kalck*, patria Masouia, ætatis anno altero & trigesimo, quartodecimo Societatis.

*Georgius Buslaki*, domo Prutenus, Coadiutor temporalis, annorum etatis quinquaginta, in Societate unius & viginti. Lublinum duos amisit mense Decembri; alter die octauo Decembris decepsit; alter eiusdem mensis die inexplorato: prior fuit

*P. Ioannes Halecius*, domo Calissiensis, annos natus duos & quinquaginta, commoratus in Societate triginta. Alter

*Thomas Buconius*, gente Polonus, Coadiutor temporalis, annorum septem & quadraginta; sedecim in Societate Gedani vero ad diem quintumdecimum Decembris obiit.

*P. Nicolaus Pivvnicki*, gente Prutenus, annorum trium & trigesima, octodecim in Societate. Leopoli denique nec die competto, nec mense sublatu est.

*P. Ioannes Rilenus*, natione Polonus, annorum trium & quadraginta, quatuor & viginti in Societate

## GERMANIA. CAPVT XXXII.

*Quinque passim in Germania; unus in Belgio, mortui.*

**I**N Germania quoque varijs locis hoc anno quinque deuicta per charitatem morte premium retulere. Monasterij Vvestphalise duo; alter ad diem sextumuigesimum Iulij

*P. Theodorus Schnabelius*, domo Colonensis, natus annos duos & trigesima, actis in Societate quatuordecim. Alter ad septimum Septembris diem

*P. Reinerus Egnoye*, Belga, domo Bruxellensis, grandi etate trium & septuaginta annorum, in Societate quinquaginta. Ensisheimi in Alsacia ad diem quartumuicesimum Augusti de vita decepsit

*P. Theobaldus Hendelius*, domo Bruntutanus, quinquagenum annorum etatis, vicenum in Societate. Coloniae vero decepsit postidie Calendas Octobres

*P. Theodorus Roden.*

Tridenti demum ad diem duodecuigesimum Octobris

*P. Paulus Lucas*, domo Ananiensis in Tridentina Dioecesi, annorum duorum supra triginta, tredecim in Societate.

B E L G I V M

**V**NICUS HOC ANNO BELGIUM SUX ORNAMENTO CHARITATIS ORNAUIT,  
BERGIS S. VVINOCI DIE SEPTIMA OCTOBRIÆ CREPTUS.

P. MICHAEL CRASBECK, DOMO ARTSCHOTANUS, SEXAGENUM SENUM  
ANNORUM ETATIS, QUADRAGENAM QUINUM IN SOCIETATE,

ANNO VIII M. D. C. XX. XI.

ITALIA CAPUT. L.

Decem in Italia varijs locis desiderari.

**H**OC ETIAM ANNO UNO & TRICESIMO CURRENTIS SECULI SEPTIMIDECIMI  
PESTIS INSUBRIAM, LEUIUSILLA QUIDEM QUAM ANNO ANTERIORE, SED  
CARPSIT TAMEN, ATQ; PERUGILLIS, QUAM SUA INDULSIAM MITIGARE DUM NOSTRI  
MAGNIS ANIMIS NITUNTUR, VITAM, IN CONATUS VARIJS LOCIS DENI POSUERE.  
PRIMUS POSTE IN TELLINA VALLE DIE ULTIMO MAI

P. THEODORUS VARENSIS, DOMO PAPIENSIS, ANNOS NATUS UNDEQUA-  
DRAGINTA, SEPTEM & DECEM IN SOCIETATE. PROXIMUS AB ILLO CALEN-  
DIS SEXTILIBVS CREPTUS EST FIGAROLI, QUI VICUS EST IN VRBIS FERRARIENSIS  
POMERIO.

P. MARCUS GUZZONI, DOMO VENETUS, CLARISSIMO GENERE SED  
NIHILO VIRTUTE OBSCURIOR; DE QUO VIRO, CUM DICENDA QUAMPLURIMA  
FORENT. SI MONUMENTA SUPPETERENT, EGO PAUCAS VELOUTI DE NAUFRAGIO  
TABULAS, TUMULTUARIO OPERE COLLECTAS; YTI COMPRI, REPRESENTO  
PATAVIJ IN SOCIETATEM COOPTATUS EST ANNO HUIUS SECULI PRIMO; CUM  
QUE IBI TIROCINII PONERET, ANNO SECULI TERTIO IN MALIGNAM FEBRIM  
DELAPSUS, CUM PESTIFERIS ERUPTIONIBUS, VSQUE EODI PAUCIS DIESIBUS GRA-  
UITER AFFECTUS EST, UT TUMEFACTA LINGUA, ORE PUTRIDÆ AC DENSÆ REFERTO  
MATERIA, & CIRCE DENTES CONCRETA, AGRE BIARE VEL FARI POSSER. AD  
HOC & MENTE SPENUMERO VACILLABAT. MOYBO INDIÆ INGRAUESCEN-  
TE, SANITAS EIUS DESPERATUR A MEDICIS, AC VESPERE, QUODAM SACRO  
VIATICO POSTERÆ LUCE INSTRUI IUBETUR. VENIT IN MENTEM PLURIBUS  
PATRIBUS, TUM PRESENTIBUS, TUM ETIAM ABSENTIBUS, NON ABS RE FO-  
RE, IUBERE CUM PRO HONORE B. ALOYSIJ GONZAGÆ, CIUIUS AB RECENTE  
OBITU SANCTIMONIA OPINIO VIGILCEBAT, VOTUM ALIQUOD CONCIPERE;  
ATQUE EORUM VNUS, QUI ALIBI DEGEBAT, RECTOREM PATAVINI COLLEGIJ  
DE HOC PER LITERAS ADMONITUS; ALTER VERÒ, QUI IBIDEM COMMEMORABATUR,  
CUM

etum cift iter horam noctis quintam coram nonnullis B. Aloysij reliquijs prostratus. Deum precareq; , impelli se sehsit diuinitus , vt de hoc eodem ad Rectorem referret spe accensus , ægrum diuinâ ope , ob huius sancti adolescentis merita , persanatum iri . Eustigio intermisâ oratione adit Rectorem ; quæ sibi mens sit inlecta , exponit . Rector approbat ; & reliquias , quæ penes illum Patrem erant , Ministro Collegij dat , atque vñâ negotium , vt postero die primâ luce , ad ægrum , postquam salutare viaticum sumplerit , eas deferat , ac subinde ; quod ad ipsius amplificationem nominis faciat , vovere iubeat . At quia per id tempus Beati sepulcrum nondum frequentari cœperat , neque eō peregrinandi mos erat , potestatem faciat , vel ad Diuam Virginem Lauretanam , vel quoquā alio commodius fuerit , supplicatum proficisciendi . Minister minime posterum in diem cunctatus , exemplo eum reliquijs ægri cubiculum adit , atque ex Rectoris voluntate consilium indicat votū faciendi . Eger acceptas reliquias insigni pietatis sensu ; atque a dōnore osculatus ; consilisque hoc vnum suæ ægitudinis remedium fore , flagrantibus precibus Beatum inadēat ; & votum , vt commonebatur , nuncupat . Nec mota ; levitationem experitur continuo , tantoque è nocte melius illi factum est ; vt Medicorum iudicio post die périoulo defunctus , Viatici non indiguerit ; sed pietatis causa dñntaxat participauerit Euchatistiam .

Secundum tirocinium , ita literas religiosi quo omnis officijs scholas tractavit , vt virtutis ac doctrinæ merito , in eum ordinem , qui quatuor votorum Professos continet ; egressus fit ; vir quāns sit despiciens ; tam flagrantissimè cupiens salutis alienæ . Hinc illæ continuum dicendi pro concione studium , nullo disertimine loci ; nullo delectu , illustris ille ; an obscurus esset ; in templo ; an in propatulo ; dum cuiquam profote hortando posset . Sed age , vitam eius vniuersam vna in expeditione descriptam exhibes . Argenta ; nobilè ac frequens oppidum est agri Ferrarensis : eō institutæ missonē P. Gazzonus , né cui oneri esset ; in Ferrarensis Collegij tuis tribus passuum millibus circiter ab oppido vñâ cum scelto conefisti : inde septuaginta hebdomade id oppidum pedes ire , & doctritum ad Penitentiam (sic illi cœtum hominum vocant , qui penitentiales , sub magistro quopiam ; corpus exercitent atque armatum ) multitudinem cohortationib; & multiplici officio ad veræ virtutis cupiditatē accendere , atque exemplo formare . Adesse Gubernator , & quique summarij & tante insoliti industria , tanti seruoris :

vim Patris, spiritumque mirabundi laudare. Ipse opere expleto domum peruersperi pedes tertiam sèpè noctis horâ redire, semper sudore madidus, nonnunquam & inibribus, luto sordidus, & lacer, defecatis viribus, opere & itinere ad languorem datus; sed hilarâ frônte atque animo, & eorum patientiâ laborum pro salute mortaliuin mirificè latus, quorum solandis mororibus, condonandis peccatis, leuandis quibuscunque miserijs, suz socors quietis & otij, dies noctibus continuabat. Corrogare pascendis egentibus, collocandis virginibus, pecuniam, vel qualecunque raudusculum, à locupletibus: vicatim obuios inuitare, & globo factò collectos deducere ad proximam aliquam Deiparæ Virginis imaginem pendentem in publico; ante eam de genibus Litanias primâ alternis euolnere, tum ipse ad confertos de Diuinitate sermonem habere, incredibili quam suâ dicendi vehementiâ, tam illorum animi commotione & fructu. Adhac, elementa Christianæ fidei palam suis quoque temporibus edisserebat, coque existimationis adduxerat eam disciplinam, vt cum illi consuissent etiam primores interesse, gestirent interrogari de mysteriorum sensu, & publicè respondere. Instituit & generalem inopum Communionem, quos magno numero conuocârat; & sacro refectis epulo suam singulis è manu stipem partitus est; singulos arctè, amanterque complexus, & quò per illuuiem quisque tetricor & squalidior esset, eò sibi adiungebat eos compressius, & lacrymabundus præ gaudio, obsecrabat eos, vt sibi loci quidpiam in celo suâ suffragatione pararent, quorum eius esset certa, firmaque possessio, suâ quidem, cåque, vt arbitrabatur, haud aspernabili sententiâ. Hæc ille cum foris adeò præclarè gereret; domi intorea tanta disciplinæ seuerioris religione viuebat, vt eius ne quo egredetur officio, signum edi sibi tintinnabulo iussicerit à socio functionum singularum, quemadmodum fit in Collegijs, sur-gendi, precandi, examinandæ conscientiæ, vescendi; neque aut numero ciborum, aut modo voluerit villa in re ab vsu, consuetudineque domesticâ vel latum ynguem recedi. Tantus illi vitæ regulatris amor, tantum studium.

His, & similibus alijs intentum bonis artibus coorta Ferrariae pestis inuenit; quam ille sibi minimè negligendam arbitratus opportunitatem, vtrid suam detulit operam, tum Moderatoribus domesticis, tum utrisque Cardinalibus Sacchetto & Magalotto, huic Episcopo, illi Legato, curandis infectis. Cunctari nonnihil illi principio tum personæ, tum generis dignatione permoti. Sed

vbi conspexere viri constantiam, & charitatis exequendæ voluntatē, cum summa sui despicatione coniugatam, cessere flagitanti, & Valsurani præfecturam Nosocomij primū illi commisere, cum ea cautione, ne propius ad ægros ipse accederet, neu tabernaculis eorum succeederet; iusso etiam hac vñā suæ salutis in re socio morem gerere, præcipientique parere. His compresſa repagulis hominiſ flagrantissimi charitas, aliquid excogitare debuit, quò se ciftudinet. Fenestram ijs in sepibus aperiendam curauit, queis ægrotum ab suo habitacula dirimirerentur; eā confessiones illorum perseueranter excipere; eā cōnuocatis quotidie vniuersis, à recitatis in commune Litanij Virgineis, sermocinari de rebus aternis, egrediè feruidâ contentionē dicendi. Vnus illi dolor ibi duntaxat, & graue animo vulnus erat, homines quosdam importunissimos, nihil pensi neque pestem mortemque, neque Deum habere, quos veritum non esset, vel tam præsente periculo nouis cum sceleribus irritare, idque cogi se suis oculis, nullā corrigendi spe, fiduciāque concernere. Multas ibi ab ineptis hominibus injurias pertulit, non æquō duntaxat animo, sed libenter potius & mirificè leto; tantaque ejus erat in iniuriosos homines modestia, ac benevolentia, vt vnum quempiam eorum, a quo grauius erat acceptus, sibi à Cardinali Legato noxæ deditum vltus haud aliter sit, quam officij in posterum retinendi mansuetissimā monitione.

Postquam locus iste Valsuræ contagione liberatus, ad vsum aliorum & consuetudinem solemini lustratione adscitus est, Figarolum, alterum Ferrariae suburbanum vicum, qui cum pestilentia, conflictari pergebat, P. Marcus transire permisus, eadē ibi præfecturā potitus est; neque eam aut minus ingratij suis quam priorem suscepit, neque remissius agitauit; hoc vno felicior, quod in ista virus contagio traxit, quo præmium operæ virtusq[ue] mercatus est; solitus iampridem ita de se dicere; videri sibi mortem istiusmodi ad salutem fore. Vbi se istum pestilentia sensit, nullo mortis horrore percussus, ad Rectorem Ferrarensis Collegij suum literas dedit, religiosi plenas officij, queis omnia sua deprecaretur errata. Moriens sui desiderium ingens reliquit, & gratam apud eos populos recordationem.

## C A P V T    I L

iii Breuiter de reliquis oīto.

**C**ASTRONOI in interiore Insubria ad diem Calendarum Augusti vi-

tam pio in opere morte confecit

P. Melchior Bobbins, domo Placentinus, annorum ætatis trium  
& quadraginta, septem & viginti Societatis. Posthunc ad diem  
quintum Augusti decessit

P. Vincentius Rignolius, ortu Mediolanensis, annos hatus quin-  
quagenos, duodecim minus in Societate. Paulò post ad diem  
tertium & vigesimum Augusti

P. Bernardinus Turrianus, patria Comensis, annorum quin-  
quaginta, trium & triginta in Societate, & quatuor dudum vota  
professus. Denique ad quintum Septembri diem abiit

Andreas Dordonius, domo Laudensis, annorum triginta trium,  
in Societate duodecim

Nicex, que vrbis extremæ Italæ sub Alpibus ad littus Iaseri  
maris est, terni sublati sunt. Primus mense Iunio

P. Mutins Monga, domo Alexandrinus, annorum quadrage-  
num duūpti, quos in Societate dimidiatos exegerat. Calendis Iulij  
successit

Andreas Campagnanus, patria Mediolanensis, annorum qua-  
tuor & viginti, quinque in Societate. Postreius ad diem septimum  
Iulij obiit

Ioannes Baptista Bracellius, item Mediolanensis, annorum va-  
dequinquaginta, duodecim in Societate, temporalis Adiutor

Mediolani rediuit anni superioris uno capite pestilentia liba-  
uit, ad diem undecimum Octobris. Is fuit

P. Franciscus Fanianus, patria indidem, annorum sexagenium  
quinum, quadragenum dubium in Societate.

## GALLIA. CAPVT III.

Picauij duo demorunt; quinque Tolosa.

**G**Allia quoque etiam hoc anno habuit suos victores, qui per cha-  
ritatem victoriam tulere de morte. Duo eorum fuere Picauij,  
alter ad diem quartumdecimum Iunij

P. Franci-

P. Franciscus Garaffus, patria Engolismensis, anno sexto quadragesimo ætatis, uno & tricesimo Societatis; vir, quem diutius viuere, gentis humanae interfuisset; nam opibus ingenij & doctrinæ, plurimâ eruditione per infinitam conquisitâ lectionem, dicendi facultate supra vulgarem, lucubrationibus egregijs, quales in lucem prodiere non paucæ, quamplurimis institutis, maximo futurus erat rei publicæ, simulwsui, simul ornamento. Ad hæc, in tanta laudum materiâ ingens animi submissio, modestia, affabilitas, mansuetudo, ceteræque virtutes impendio magis amabilem reddidõr. In præcipuis Galliæ ciuitatibus secundâ famâ concionatus est. A querarios natus est, sed ferè cum Ecclesia communes, quamplurimos; quorum improbis conatibus eruditissimas suas lucubrationes obiecit. Ut verò pietatem semper, virtutemque coluisse, tum maximè plusculis ante obitum mensibus, id multò visus est ardentissimè facero, seque Deo totum, ac diuinis tractandis rebus impendere, tanquam se ad charitatis certamen præsagis instrueret. Nam cùm Pictauij sua lues grassaretur, multis precibus à Moderatoribus obtinuit, ut suam infectis operam nauare posset. Quo in officio contagione curreptus, ipsâ in hospitali domo inter ægros iacere, ibique spiritum edere, verbo atque exemplo suos illos, egentes auxilijs, ad officium hortando, quam domi, maluit; sicque sanctissimè ac religiosissimè consumptus est. Alter ibi postero die hoc est, quinto decimo Junij secutus est. Amatus Castuple, domo Pictauienfia, Coadjutor temporalis, annorum duodequinquaginta, trium & viginti in Societate. Tolosæ, vrbe primariâ Garumna amnis imposita quinque cecidere; primus ad diem duodecim gesimum Junij ib.

Fulgentius Compagnonius, patria Pictauiensis, Coadjutor temporalis, annos natus vnum & quinquaginta, quinque & viginti emeritus in Societate. Proximus occidit ad diem nonum Augusti.

P. Franciscus Foreville, è Dioecesi Agathensi, anno ætatis septimo quadragesimo, Societatis tertioicessimo. Ad diem Augusti viceminum secutus est.

P. Guilielmus Fossilles, patria Caduricensis, anno ætatis uno & trigesimo, septimo decimo Societatis; tantâ latitiae significatione, ut maculas mortis indices in manibus, tenero gaudio sit exoscultatus. 14. Sept. Antonius Darinal, è Dioecesi Lombariensi, temporalis Aduitor, annos natus septuagenos, unde quinquagenos in Societate versatus. Clausit hoc agmen die quinto decimo Septembribus

P. Icarinus

P. *Ioannes Cladel*, domo Gabalitanus, annorum vndequinquaginta, sedecim in Societate, magnis onustus spolijs, quadrienni pœnitentium obsequio ferueratissime præstiro, collectis.

## C A P V T     I V .

*Alibi per Galliam desiderati quindenii.*

**B**erdigalæ, quæ etiam ipsa ad Gerumnam vrbs sita; Aquitanæ caput ac princeps est, unus occubuit mense Iulio  
*Jacobus Carrou*, domo Montargiensis, Coadiutor temporalis, annorum quatuor & triginta, quorum egerat in societate dimidium. Petrocoræ item unus ad diem nōnum Iulij.

P. *Raymundus Pelleport*, natione Gasco, grandis ævo, annorum quinque & septuaginta, quatuor & quinquaginta in Societate Billoni in Aruernia occubuere quatuor: primus quintouicefimo Iulij

P. *Franciscus Julianus*, gente Prouincialis, annorum ætatis trium & quinquaginta, Societatis septem & viginti, quam docē cum laude Philosophiâ. & Theologiâ de Moribus illustrauit, & se illis quatuor solemnibus votis obstrinxit. Alter die octauouigesimo Iulij successit

*Guilielmus Balaudier*, domo Gabalitanus, Coadiutor temporalis, annorum quinque & triginta, in Societate septem & decem. Tertius exceptie die sextodecimo Augusti

P. *Ioannes Massas*, domo Tolosas, annorum septuaginta, in Societate trium & viginti. Postremus denique ad sextum vigesimum Octobris diem naturæ concessit

*Clandius Isara*

Carcassona tres excessere de vita; unus ad diem postridie Calendas Augusti

P. *Gaspar Damasius*, domo Belmontensis, annorum trium & quinquaginta, duorum & triginta in Societate, in qua Rectoris partes, & Consiliarij ac socij Præpositi Prouincialis egit. Alter, ac tertius.

P. *Gabriel Arneus*, oriundus è S. Beato, annorum ætatis octo & quadraginta, Societatis duorum & viginti. Et

*Ioannes Lancu*, domo Auscitanus, annorum ætatis octo & vi-

Mussiponti, quo in oppido Lotharingia nobilis Uniuersitas est, duo migrauerunt; alter ad quartumdecimum Augusti diem

Ioannes Pierson, è Dicecisi Tullenus, Coadiutor temporalis, altero & tricesimo ætatis, altero & decimo Societatis anno, varijs in ministerijs, sed in munere præsertim æditui, piè religioseque versatus. Magnis precibus egerat, ut Patri cuiquam ægros à peste visitaturo socius iungeretur. Alter ad diem sextum Septembbris occubuit

*Guilielmus Benedilli.*

Malinis ad vndeclimum Septembris diem per idem charitatis genus occubuit

P. Georgius Labrones, domo Cadurcensis, quarto trigesimo ætatis, vndeuiigesimo Societatis anno, doctò iam tum publicè Philosophiâ. Tutella ad sextum diem Octobris excessere

Emericus Nadolet, ortus Petrocoris, annorum duum & trigineta, nouem in Societate. Et

P. Antonius Dipre, domo Ambianensis, annorum quadrage-nūm, duodeuicenūm in Societate.

Rhedonibus denique in Armorica clausit agmen, ad diem nonum Octobris

Guilielmus Pacot, ortus Lutetiæ Parisiorum, Coadiutor temporalis, qui cùm anno huius seculi quartouigesimo, totidem natus ipse, ad Societatem Calendis Februarijs se adiunxit, non vulgaribus in ea virtutum ornamenti exultus est. Atque in primis cā floruit suavitate atque innocentia morum, ut non mediocre sui desiderium ijs, quibuscum vixerat, post se reliquerit. Parcus verborum, sibique ac suę rei semper intentus, diuinę precationi tribuere, quidquid ab imperatis functionibus otij supereisset. Tractari tam facilis, tam prompta obtemperatione, ut iussis obniti, aut retractare, ne animi quidem primo impetu, vlo vñquam vestigio vilus sit. Charitas in Nostros iuxta, externosque planè conspicua; nihil oneris defugere, nihil laboris abiucere, quo cuiquam commodaret, nisi à regularum, Moderatorumque præscriptione videretur alienum. Mira simplicitas, sed minimè vacua laude prudentiæ. Neminem lædere, neminem peruellere; contrà ipse perstrictus ab alijs, nullum animi conurbationis signum edere. In pauperes, ut erat copia, per liberaliter, dum esset Ianitor, erogare, & domi ciborum reliquias egentibus distribuendas studiosè colligere. Animæ fortitudo tanta, ut superioribus annis semel iterumque nostris contagione.

tagione afflictis extremam operam renauarit, & in umbra quodammodo iam tum publicæ calamitati, suæque viætoriæ, formidoloso illo tirocinio prolusserit. Igitur ut eam urbem pestis incessit, nostrique ad opem expectiti sunt, ipse vltro confessim se obtulit, & vni Patrum adiunctus alacriter in periculum sese dedit. Sed paucis diebus morbo tentatus, post impatiibiles cruciatus dies ipsos quatuordecim summâ patientiâ, citrâ grauiorem yllum genitum, toleratos, felicem animam cælo edidit.

## BELGIVM. CAPVT V.

Duo Traiecti; tres Perpinianii in Hispania, mortui.

**D**vas quoque Belgium hoc anno litauit hostias charitati; cuius impulsu, dum se Traiecti ad Mosam populari morbo vexatis impendunt, occubuere, alter ad sextum diem Octobris

*Robertus Robbe*, domo Brugensis, Coadiutor temporalis, annorum undequadraginta, vnius & viginti in Societate. Alter ad tertiumuigesimum eiusdem Octobris diem

*Lambertus Cuypers*, domo indidem, hoc est, Traiectensis, itidem temporalis Adiutor, anno sextoquadragesimo octatis, undeueniesimo Societatis.

## H I S P A N I A.

**P**erpinianum, extremam Hispaniæ laciniam Narbonensi Gallie finitimam, vellicauit etiam hoc anno lues; aduersus quam de certauere strenuè Nostræ, ex quibus tres cecidere lapsi glorioso: primus ad diem nonum Octobris

*Petrus à S. Petro*, patriâ Turiasonensis, etiam tum nostræ militiae tiro, sed pulchris à natura dotibus ad suum Coadiutoris temporalis gradum instructus, firmâ valetudine, robustisque corporis viribus; scribendi benè peritus: prudentiâ, & rerum usu cuius gerendo negotio idoneus. Sed, quod est multò potius atque præstantius, multus ad orandum Deum; ad sui despicienniam strenuus; ad pacem animi tuendam attentus ac peruvigil; sed eam liberam atque explicatam, quæ illi præstandis officijs impedimento non foret, cum tria semper obire, quatuorque consuefet. Vehementer institit, vt sua permitteretur obsequia deferre,

pestile-

pestiferis; quibus etiam immortans est. Alter ad diem vigesimum Octobris

Petrus Pelaex, domo Granatensis, item temporalis Adiutor, qui data recessendi à periculo, aut in urbe ad ægitorum opem resistendi optione, maluit gloriore mori, quam obscurè vivere. Tertius ad diem sextum trigesimum Octobris

Ioannes Camps, ex oppido S. Hippolyti, Diœcesis Vrgelitanæ, & ipse Coadiutor formatus, humilitate, pietateque præcipuâ laboris auditus atque apprimè perforans, quem sustineret multâ feruentique precatione: disciplinæ religiosæ tum ab semet exigendæ, tum in alijs optandæ, amandæque studiosus; charitatis tantâ flagrantia, ut eius viuis impulsu, scipsum pesti non dubitârit obiecere, affectis seruire, mortuos inhumiare. Itus hoc in opere tribus carbonibus, Sacra mentis mortem adeò fortunatam sibi gratulatus est. Vi morbi à constantia mentis dimotus aiebat velle se ultimum vale Venerabili Eucharistie dicere; inque eocoratu se commouendi animam expirauit,

ANNVS M. DC. XXXII.

GALLIA. CAPVT VNICVM.

Vnus Virduni: Metis item unus extincti.

**M**Itior hic annus seculi nostri alter & trigesimus ante此is fuit, duobus in Lotharingia duntaxat ereptis. Prior eorum Virduni ad diem duodecimum Octobris excessit

Petrus Collert, oriundus è Diœcesi Metensi, Coadiutor temporalis, annorum duorum & triginta; qui cum domesticis officijs, in horto piaestim & culina, ab annis sex, bene religioseque vitam exercuisse, dum operæ familiari, cui pestis adhaerens, obsequitur, eadem lue contactus atque extinctus est. Posterior Calendis Novembribus Metis occubuit

Nicolanus Baron, domo Metensis, Coadiutor item temporalis, annos circiter tricenos natus; quinos in Societate commoratus. Eluxit in eo maximè animi quies atque sedatio; reuerentia Numinis; in ægros studium, eos in primis, quos afflasset lues. Itaque Nanceij duos è Nostris anno superiore morbo pestilente constitutos egregiâ charitate cum innisset, ut primùm Metas ad respirandum

allegatus est , egit illicè , magnisque precibus institutus apud Moderatores , vt si qua forte caligrauitas , contagioue incidisset , primas sibi formidolosi seruitij partes deferrent . Ita verò , vt optauerat , effectum est ; & octauo Septembris die , nequidquam repugnante , collacrymantemque unam cum ceteris eius necessarijs matre , alacritate maximâ Patrem eum , qui ad id seruitij ciuitati donatus est , comitati instituit ; perseverauitque ad extreum vulnus Octobrem in opere , donec afflato noxio comprehensus , ad sanctorum ut spes maxima est , Societatem migrauit .

ANNVS M. D C. XXXII.

GERMANIA. BOHEMIA. CAPVT I.

*Vnus Lintzij; quinque Glacij mortui.*

**N**on nihil hoc anno tertiotricesimo post millesimum sexcentesimum in Germania , inque Belgio cum peste certatum est , & viatores per mortem extitere varijs locis nonnulli . Exordium Lintzij Austria fecit ad diem sextumdecimum Martij

P. Matthæus Feingaſt domo Græcensis , tertiotricesimo ætatis , duodecimo Societatis anno ; vir quam in se durus , tam benignus atque indulgens in alios . Sæpè in se flagris aculeatis inter pia suspiria fœuire ; sæpè corpori pro cilicio admouere catellam vñctinatis annulis asperatam . Asler esse pro lecto , vel nudus , yelleui stragulo contextus ; cibus èo gravior , quò vilior . In confessionibus excipiendis indefessus diligentius ; suavis in familiari congressu ; propensa in domesticos charitatis ; qui nimurum suo se Ministri officio putaret egredi , nisi ulro ad omnes adiret , exploratisque singulorum necessitatibus occurreret . Obtulit se summam suam sponte in obsequium contagione laborantium ; ex quo morbum ipse etiam hauſit , quo diebus quatuordecim per varios cruciatuſ egregiè tortus , atque insigni tolerantiâ probatus , post accepta Sacramenta , ad præmium suæ charitatis euasit . Glatzij , quæ Bohemiaque , Silesiæque urbs finitura est , quinque decensere : primus ad diem sextumdecimum Augusti

Martinus Vogt , domo Grotcouiensis in Silesia , ætatis altero anno & vigesimo , tertio Societatis . Secundum illum ad diem quintuagesimum Augusti obiit

P. Marti-

*P. Martinus Döring*, domo Prutenus, Gutstadiensis, Societatem ab annis ynde uiginti complexus, inque ea Theologiam, quā Moralem, quā Controversam cum Hæreticis aliquando professus. qui se héroico isti facinori præmissis S. P. Ignatij exercitijs, confessione, ac sanctā ad Vvartensem Deiparam peregrinatione parauit. Tertius die quarta Septembris decepsit

*P. Melchior Preiner*, domo Olomucensis in Morauia, anno quartoquinquagesimo ætatis, quartotricesimo Societatis, in eaque iam olim quatuor vota professus. Die septima Septembris excepit vices

*Herhardus Zirck*, patria Detudnensis in Alsatia, annorum vndetriginta, quinque duntaxat in Societate. Postremus hic ad diem quartumdecimum Septembris mortem oppetit

*P. Andreas Eberle*, domo Buduicensis in Bohemia annos natus quinque & triginta, duodeuiginti versatus in Societate.

Enishemij in Alsatia vnuis pridie, hoc est ad tertiumdecimum diem Septembris mortem executus est

*P. Petrus Fricker*, domo Vvanganus, è Constansiensi Dicecesi, annorum quinquagensem duūm, in Societate tricenūm duūm.

## C A P V T I L

*Nissa sublati tres : duo in Belgio.*

**N**issa, Silesiorum vrbs est celebris ; & ferè sedes Vvratislauensium Episcoporum. Tribus ibi capitibus pestilentia sublatis. Sociorum numerus diminutus est. Duos in opere charitatis verfantes, tertium ad id officij gradientem, contagio inuasit, & sustulit. Primus obiit ad diem septimum vicesimum Septembris

*P. Stephanus Fodor*, domo Pragensis, uno & quadragesimo ætatis, duodeuicesimo Societatis anno, vir flagrantissimæ charitatis, quæ omnem ab eius animo timorem foras mitteret, atque abieret. Is ut eam urbem pestilentia comprehendit, enixè à Superioribus, & magnis precibus contendit, vt Civitati nostram operposcenti, præ alijs addiceretur. Votū compos effectus, concursare coepit infectas domos, etiam inuocatns, & salutarem omib[us] operam circumferre. Tum ad campos exire, quosque palantes, & omnium destitutos auxilio, cum extrema calamitate conficitatos inuenit,

inuenit, sacrâ primûm exhomologesi, p̄ijsque monitis instructos re-  
creauit, tum accersere, qui corpora miserorum curarent; cibum  
conquirere, comportare; denique nullo officio miseris illis morta-  
libus deesse. Quibus in ædibus ita debilitatos esse vniuersos rescie-  
rat, vt nemo vnuis omnium, aut posset, aut alicubi vellet foras pul-  
santi patefacere, ipse scalis admotis per fenestram se intus inidere,  
leuare mœstos; consilio, Sacramentis, etiam, vbi opus, iuvare  
faudiscere. Vrbem amnis eidem cognominis, haud ille quidem  
altus, prætersivit, sed quem vado nequeas siccus transmittere. Sa-  
pè dum alterâ versaretur in ripa P. Stephanus, in alteram accerse-  
batut ad ægrum quempiam; ille, quod temporiūs aduolaret, omissa  
ad pontem circuitione, calceos ac tibialia properanter detrahens,  
atque vbi, quod vocabatur, accurrisset, in alteram, iam iamque  
rursus in alteram partem, ut necessitas vrgebat, medium per amnem  
recurrere. Demum his in officijs charitatis ipse etiam luc contactus  
est; quo tempore nentiquam ab aliorum temperare curantiâ; sed ad  
se venientes, benignè indulgenterque accipere, confitentes audire,  
noxas expiare, solari mœstores; instruere bonis monitis; non prius  
ab se dimittere, quam leuationem eorum animis aliquam attulisset.  
Quibus officijs illud effectum est, vt incredibile sui desiderium mœ-  
riens Nissensis reliquerit, & ingentem sur virtutis existimationem.  
Alter ad diem trigesimalum Octobris occubuit

F. Daniel Menichus; domo Nissensis, annorum trium & tri-  
ginta, tredecim in Societate; qui cum è Collegio le illò conferret,  
vbi erat seorsim ab alijs ad pestilentium obsequium commoratus,  
retro conspectu iacentium in compritis ægrorum, quos pestilentia  
deformasset, ita cohorruit auersante naturâ; vt eam quamvis ipse  
virtute comprimeret, virn tamen aspiratione combiberit, quo paucis  
diebus confectus est, haud eins expers glorie, quam vltro per alia  
adeundis quæsierat. Tertius obiit ad quintumdecimum Novem-  
bris diem

P. Gedeon Index, domo Burgensis in Saxonia, ætatis quintotri-  
cesimo, Societatis quintodecimo anno: illum amor in Deiparam,  
eiusque immaculati Conceptus afferendi, tuendique studium  
ita occupauerat, vt eam in rem quamplurima se olim esse mo-  
litorum, dum vita suppeteret, etiam dicto Sacramento speson-  
derit.

**D**Vo in Belgio amissi sunt, alter Gandaui ad diem octauum & vigesimum Octobris

*Dominicus Opſal*, domo Antuerpiensis, Coadiutor temporalis, annorum sex & triginta, quindecim in Societate. Alter Bruxellæ die tricesimo Octobris

*P. Guilielmus de Bechemont*, domo Manhienis, annorum quatuor & triginta, quatuordecim in Societate, qui hanc prouinciam, ut animo magno ambuerat, ita præclarè gessit.

A N N Y S      M. D C. X X X I V.

B E L G I V M .    C A P V T I .

*Vnis Bruxelle, nonem Gandaui mortui.*

**E**T hoc anno quartotricesimo huius septimidecimi seculi sua tuit spolia Belgium in certamine charitatis; in quo varijs locis compluseuli cecidere. Primus Bruxelle ad diem septimumdecimum Maij

*Franciscus de Zaghere*, domo Brugensis, Coadiutor temporalis, vndequinquagesimo ætatis, vndeuisceculo Societatis anno. At Gandaui nouem omnino desiderati sunt, primus ad septimumdecimum Iunij diem

*P. Carolus Christynen*, domo Mechliniensis, annorum quatuor & triginta, quindecim in Societate, vir multarum virtutum, quas omnes religiosa paupertas, & innocens modestia decorabat. Scundum hunc die septimo Iulij

*Oſwaldus Indegels*, patria Rurmondanus, Coadiutor temporalis, annorum duodequadraginta, decem in Societate; cuius eò fuit iactura maior, & amplius desiderium, quod medendi arte, quam in illiusmodi vslus didicerat, ægros domi ac toris solabatur. Ad diem septimum Augusti luccesit illi

*Tobias Roelofs*, domo Brugensis, Coadiutor item domesticus; annis ætatis quinque & sexaginta, in Societate duobus & triginta emeritis, ob antiquam, probaramque virtutem insignis in paucis, & tam diuina Gandaui commemoratione notus & quæ omnibus atque carus. Vbi ingranescente iam ætate minus idoneum se fore deinceps.

ceps ferendis pro suo yoto & conditione laboribus animaduertit, vñus opportunitate grassantis pestilentia, illud scilicet à Superiori te multis cum lacrymis contendit, vt sibi, qui vtiliter ultra viuere non posset, saltem mori fortiter in infectorum obsequio liceret; eas esse nimirum vnicas fratrum Coadiutorum Indias, vbi possint animam pro salute proximorum edere. Dilata tantisper illi ac sustentata spes fuit, submissis alijs; quorum ille felicitati cùm magnopere inuidéret, suam sortem flebiliter miserabatur. Obtinuit tandem, vt ad breue spatium partes suppleret alterius; iamque domum reuocandus erat, cùm ipse id sibi nuncianti non dubitauit asserere, vnius si diei impetrasset inducias, de reditu se nequaquam laborare. Impertrauit; & die postero lue contactus, & perceleriter extinctus, præclatum supremæ charitatis documentum dedit.

Proximus ab Tobiæ occubitu decessit ad diem undecimum Augusti, itidem Gandanii

P. Henricus Versteeghen, patria Bommelensis in Geldria, uno & quadragesimo ætatis, vno & vicesimo Societatis anno, vir miri candoris, & in quo dolus non esset. Amelandiam in deuixa parte Hollandiæ Insulam littoralem, nec nisi pescatoribus apprimè tenuibus habitatam, cum ea illi ad culturam obtigisset, ita complexus est, vt apud eos versari haberet in aliqua parte felicitatis, &, vt aiebat, in paradisi loco numeraret, cuperetque eodem identidem reuerti. Sed Moderatoribus obsecundans, primum Siluæ Ducis, tum dein Gandaui curandis infectorum animis adhibitus, eodem in opere de vita decessit. Calendis verò Septembribus obiit

P. Gaspar Grioëls, domo Brugensis, annorum trium & tringitæ, quatuordecim in Societate: post auditam, traditamque Theologiam Ministri partes executus, & iam iamque, Rectoratu destitutus, stragem istam Sociorum cùm ex propinquo spectaret, adeò non exhorruit, vt in defunctorum locum suffici fese obnoxè petierit; &, qui contagionis & charitatis ardor erat, paucis omnino diebus extinctus sit. Dies post eum diem vigesimus duos abstulit, quorum alter fuit

P. Ioannes Fonck, domo Vveertensis, annorum quatuor & tringinta, quorum egerat in Societate dimidium, doctrinâ, virtute, moribus commendandus in paucis. Ministrum gerebat eo iu Collegio, quando tot socijs labori pestisque cedentibus inertem esse fecredit, nisi tam generosi operis copias accederet. Venerat haud ita pridem Amsterodamo, calens etiamnū & spirans ab officio charita-

charitatis extre<sup>m</sup>a, quam isthic exhibuerat afflictis pesti mortali-  
bus; & spes erat, votumque omnium, exercitatum in simili arena-  
militem non cessurum contagioso malo: sed vicit luis acerbitas, &  
strauit hominem dignum immortalitate. Alter eodem die vigesimo  
Septembris cessit.

*Philippus Van Dyck*, domo Antuerpiensis, Coadiutor temporalis, annorum quadraginta, sexdecim in Societate cui sinceritatem  
abundè, sedulitatemque suam probat. Ad septimum deinde  
Nouembris diem secutus est.

*Ioannes le Page*, domo Tornacensis, temporalis item Adiutor,  
vno & tricesimo ætatis, octauo Societatis anno. Postridie, hoc est,  
ad diem octauum Nouembris mortem oppetiit.

*P. Nicolaus Lamot*, domo Dionantensis, annorum quatuor &  
triginta, sedecim in Societate, feruido & acri ingenio vir; qui cum  
Philosophia scholas explicasset cum laude, maluit ex umbra scho-  
lastica, quæ charitas eius erat, in campum prodire. Itaque curans  
dis in Bredano præsidio militibus primùm addictus; tum urgate  
Gandenium necessitate iuuandis in ea mortalibus ex voto datus,  
postridie quam solemnem quatuor votorum possessionem edidisset,  
ad inferorum sese recepit obsequium. Ibi cum fortè aliquando ab  
ægroti rediens, iacere iuuenem extremā in vrbe sub dio audisset, ex  
ædibus eictum ab heros, edque protinus accucurisset, expiasset, pane  
vita refecisset, Oleo sacro contra vltimam lucram vnxisset; tum ipse  
sublatum, viā longissimā ad Nosocomium asportauit, ut cuius animo  
iam esset consultum, eius consuleretur & corpori.

Eum ad quartumdecimum Nouembris diem postremus om-  
nium secutus est.

*Franciscus Nypyscer*, domo Bruxellensis, Coadiutor temporalis,  
annorum triginta, octo in Societate, qui beatum eā re se prædicabat,  
quod in Societate & charitatis obsequio moreretur.

### C A P V T . I . I .

*Alibi octo alijs emorciū.*

**N** Eque alia Belgij loca funerum expertia, & victiarum fu-  
re.. Stephenivvera exigua Insula est, quam Mosa circum-  
fluit, ex notatione nominis, Stephani Insula dicta: eam præsidio  
firmarunt superioribus annis Hispani, ad eius amnis tuendum traic-

Qum: Ibi dum grässante pestilentia se periculo ad ferendam misericordiam opem opponit, ad diem septimum Iulij correptus eodem malo decessit à vita.

P. Petrus Schafins Vander Straeten, domo Gandensis, annos natus quatuor & quadraginta, emeritus quinque & viginti in Societate. Mox uno & vicesimo die Iulij successit.

P. Ioannes Pissetten, domo Leodiensis, annos natus quatuor & tringinta, emeritus quindecim in Societate.

Antuerpiæ terni obière: primus ad diem alterum & vigesimum Augusti

P. Ioannes de Buyre, domo Brugensis, annorum quadragenum, dnodecenum in Societate; vir in alios facilissimi vni dorus, Traie-  
cti iam antehac eodem hoc in opere suam charitatem expertus. Die  
verò nonâ Septembris obiit.

Adrianus Vugers, patria Antuerpiensis Coadiutor temporalis annorum tringinta, undecim in Societate. Postremus ad diem septimum Nouembris occubuit.

P. Ioannes Kieboom, itidem Antuerpiensis annorum septem & tringinta, in Societate septemdecim, qui cum præferuido esset ingenio, ingestas cum ab natura, cum ab gratia flamas, familiari-  
bus, iisque assiduis cuna Deo colloquijs exaugebat magis, quam temperaret: ad huc contemptor sui eximus; & in suam atque aliorum perfectionem omni semper studio intentus. Brugis Flan-  
drorum ad quartumdecimum diem Septembris hinc demigravit.

P. Philippus de Menlenær, domo ipse Brugensis, annorum vnderriginta duntaxat, & tredecim in Societate.

Leodij in Eburonibus ad diem sextumdecimum Nouembris suum vitæ extremum eadem morte confecit.

P. Ioannes Holland, domo Colonensis, anno xxiij uno & quadragesimo, alterouicesimo in Societate.

## GERMANIA. CAPVT III.

Neumburgi ad Silvam duo sublati.

**G**ermaniae magna clades hoc anno illata est, sed plurimorum præclaris mortibus glorioſa. Primi occubueré, dum peste ve-  
xatos iuvant, duo Neumburgi ad Silvam in Electorali Bauaria Pati-  
latinatu; prior ad vndecimum diem Iulij.

P. Casparus

P. Casparus Vuenck, domo Mospurgensis, annos quadragenos quinos natus, vicos septenos in Societate commoratus, quam docendâ prius Philosophiâ ac Theologiâ, tûm elucubrandâ aduersus Vnguentum, quod eius autores, nunc armarium, nunc magneticum vocant, breui, sed opportuna disputatione; deinde obcundis in Palatinatum variâ fortunâ missionibus, ab ingruentibus Catholicâ religionis osoribus Suecis exactus, & multis ærumnis exercitus: demum profusa in auxilium peste laborantium animâ mirificè exornauit. Alter ad diem nonum Octobris obiit.

P. Jacobus Agricola, domo Aicensis in Boica, natus annos duodequadraginta, vigisti in Societate emeritus; & in missionibus ferè per Palatinatum, ex quo Sacerdos est factus, in præsenti se penumero vitæ periculo, præsertim annis istis postremis, cum omnibus vastarent hostes, versatus. Denum per contractam à suis, quibus præsto erat, pestem à vita discessit, gloriæ plenus.

## C A P V T I V.

Thannis, Vienne, Ratisbone, oœto desiderati.

T Hannis, oppido Alsatiæ, dum animorum salutis strenuam nataut operam, ab infectis peste duciâ veneno, diem clausit octauumuicesimum Iulij

P. Abramus Mayr, domo Oetinganus, vnde quadragesimo ætatis, vnuicesimo Societatis anno, vir mirâ facilitate morum, planeque tractabilis.

Viennæ, Austriae vrbe primaria, & Imperatorum sede, quatuor crepti sunt. Primus ad tertium Augusti diem

Iacobus Hammer, domo Selestdiensis, Coadiutor temporalis, anno ætatis quintouigesimo, quinto Societatis; quem virtus eximia ab ipso usque tirocinij exoru ad mortem usque, singulari religiosæ vitæ exemplo constanter exercitata, charum omnibus, acceptumque reddiderat. Multa orandi assiduitas, & rerum Diuinarum maior conditio atque ætate peritia. Charitas profusa & liberalis in omnes, facilitas sermonis, & in congressu affabilitas; ad hæc, animi submissio, mansuetudo, malorum tolerantia; otij fuga, studium laboris, mortificationisque; religiosæ inopiae, obedientiæ, boni publici amor. Prorsus eiusmodi, quales actione & moribus suos esse cuperet societas vniuersos. In mörbo leges impletuit

omnes patientiae; nullum verbo, signoue, indignantis animi indicium facere; cum Diuina voluntate prorsus congruere, seu vellet cum vivere, seu mori; seu lentè, seu celeriter consanescere, sçpèque illud iterare: id quod Deus vult, idem volo quoque etiam ego. Tum identidem inuocare salutaria I B S V ac M A R I A nomina; commendare se, suaque Angelo Tutelari, atque alijs Cælitibus patronis suis; cælum vel ideo se cupere dicere, quòd sibi Dei sincerè, perennèque & amandi & laudandi copia futura sit, quamrem in prima parte felicitatis Cælitum ipsorum ducebatur. Alter ad septimumdecimum eiusdem Augusti diem excessit

P. Petrus Sanorgnanus, patriâ Goritiensis; annos natus quatuor & triginta, duodenos in Societate: vir ingenio planè candido atque sincero, atque eâ re hominibus etiam externis mirificè gratus. Studium rerum spiritualium, & persequendæ cura perfectio-  
nis eniuit in eo mirificè, vt in ea magnos habuisse progressus fa-  
cile opinatu videatur. Cum verò duobus è nostris fratribus in-  
peste nauasset operam, ad quartum diem ab alterius obitu, virus,  
quod ab illis hauserat, in visceribus persensit, eoque breui sublatu-  
tus est. Tertius Calendis Nouenibris mortem eandem executus est

Ioannes Vuiderholt.

Postremus die septimouigesimo Decembris

P. Ioannes Hitzesse, domo Longouicensis in Lotharingia, annorum ætatis sex & triginta, sedecim Societatis.

Atque hi quidem Viennæ desiderati sunt. At Ratisbonæ, quæ & ipsa Danubio adiacet, ampla Ciuitas Imperij, & habitis ibi perspè comitijs nobilis, ad diem decimum Augusti creptus est

P. Ioannes Tiffotus, oriundns è S. Hippolyto, Diœcesis Vesun-  
tionensis, annorum vndequinquaginta, in Societate triginta, qui post imbutam complures annos literis humanioribus iuuentutem in-  
scholis, demum operam militari turbæ nauare instituit; ubi dum  
fanis iuxta ægrisque promiscuè, nullâ sui curâ, præstò est, malignam  
ab ijs lucem contraxit, qua paucis diebus extinctus est. Die nona-  
Septembri cum secutus est

P. Ludonicus Vegel, domo Straubingensis, sextotricesimo æta-  
tis, vndeuicesimo Societatis anno, quatuor votorum solemní pro-  
fessione obstrictus. Eum corporis imbecillitas defectis viribus impediuit, ne secundum explicatas cum laude scholas Philosophiæ, grandiora, vt per abundantiam poterat ingenij, moliretur, Ratisbo-  
nâ pulsus ab Heretico milite, posteaquam illò postliminio rediit,

xgris Catholicis egregiè nauauit; à quibus lue per contagionem ducta sublatus est. Post illum die duodecimo Septembris obiit

Jacobus Pistor, domo Augustanus, xbatis anno altero & vigesimo, quarto Societatis. Is cùm præ se magnum xgris iuuandis animum declararet, Ingolstadio missus est ut domi Nostris diligentiam præstaret; eoque in opere pestem latut & mortem breui excutus est.

## C A P V T V.

## Octo item Gracij sublati.

**G**RÆCENSIS tragœdiæ spectator ego, sed otiosus & nihil, in flagrantissima Soeiorum charitate fui: multos præclarosque homines pestilentia sustulit; sed octo eorum vtrò in discrimen pro salute mortalium deuotas animas tradidere. Primus ad diem duodecimum Augusti felici fortunâ potitus est

Gasparus Vuenger, domo Rouenensis in Styria, annorum septem & viginti, trium in Societate, Coadiutor temporalis, à mansuetudine, silentio, modestiâ, & singulare quadam diligentia laudatus; nemini gravis; acceptus omaibis: Hunc proximè ad quadragesimum diem Augusti secutus est

Petrus Herib, gente Suevus, item Coadiutor temporalis, annorum viii & triginta, nouem in Societate. Venerat à Rheno Suecicis armis occupato duce obedientiâ profugus, mirâ simplicitate, candoreque eximio, & indefensâ charitate conspicuus. Euocatus ad infectos pestilentia, celeriter accurrit, aiens se iam sui iuris non esse, sed omne vitæ, mortisque arbitrium in Moderatorum se habere voluntate; eorum obsequio se promptum proficisci, vnde in spe optima haberet, se minimè redditum. Tantus erat contemptus periculi, & honestissimâ in causa desideratio mortis. Ad septimum verò decimum diem Augusti mortem oppetit;

Petrus Ambobel, vir amabilis, gête Carniolus, annos natus vnde quadraginta, in Societate quinque, miscellis ex sua peritia pharmacis ferè intentus, eâ semper oris hilaritate, ut medicinæ austерitatē eâ temperaret. Adhoc, infinita mentis tranquillitas, nullo visa turbari vñquā sinistro casu. Tantum rerum Diuinarnm studium, ut quidquid otiosi temporis ab necessarijs laboribus nactus foret, id ijs omne tribueret. Secundum hunc obiit die octauouicesimo Augusti

Franciscus

*Franciscus Deodatus*, gente Lotharingus, Scholasticus, septuaginta octavo aetatis, undecimo Societatis anno, homo tranquillo animo, blandâ serenitate, & morum suavitate præcipuâ; præstò ad cuiusque obsequium, qui vti vellet. Quanquam erat naturâ feruiderior, que suâ solet ex opinione magis suaque amore, quam ex vero estimare; sic eam ipse repressit tamen, ut nihil in homine insolens, nedum arrogans quidquam appareret. Pudicitiam, vt eam in Societatem se se fassus est illibatam intulisse, sic habuit semper in prima parte curarum. B. Aloysio nostró Gonzagæ adeò magnopere fuit affectus, ut eius vel sola recordatio mirificos illi pareret sensus pietatis. Charitatis studio Theologiam libens letansque abruptit, ut suam pestilentibus operam commodaret. Die tertio Septembris cum excipit.

*Paulus Faber*, gente Franco, Scholasticus item ipse, annorum duodecim, nouem in Societate. Venerat in Austriam pulsus è Rheno Suecicis armis; & exequendæ charitatis opportunitate levatus, curandis, quos iam pestis affligerat, socijs ultro se obtulit. Enim munere, nullâ sui curâ, perfunctus; iamque penè, ut videri poterat, defunctus periculo, longo & accurato, plenoque incitaissimi animi scripto codicillo flagitauit à Superioribus, ut illi socium se Patri iungerent, qui solandis, iuuandisque Ciuiibus erat expeditus. Sed ea vota præuerterit prouidentia Numinis, & peste, quam ignarus iam ante combiberat, per venas didicâ, mortem, ut optarât, in arena charitatis oppetiit. Postridie Calendas Octobris successit eandem ad palmarum

*Vdalicus Gegen*, patria Austriae, Coadiutor temporalis, annos natus tricenos quaternos, denos in Societate, Lanitoris, prefecti triclinio, & omnibus penè functus officijs cùm alacritate, ut obsequendi celeritas, coniunctam cum animi modestia promptissimam voluntatem ostenderet. Multis precibus impetravit à Moderatoribus, ut operam Patri qui concursabat ægrorum domos, nauare, atque eum comitari posset. Per eos verò dies, quæis adfuit Nostris malignâ lue laborantibus, eorum centones & culcitrae egregiâ voluptate atque alacritate lauit, siccavit, explicuit, eoque sibi opere creditus est pestem consciuisse, mortemque haud sanè ingloriam aut in fructuosam. Diem sextam Octobris condecorauit suo casu

*P. Hieronymus Marenz*, domo Petouensis in Styria, quinto & tricesimo aetatis, septimodecimo Societatis stipendio, quem virum ego tuum in omni reliquo vita cursu ut proflus egregium, cum verò demum

demum extremo in actu tanquam scipso maiorem ; admirationi cunctis extitisse perspexi . Theologicis in Romano Collegio doctrinis excultus , triennem Philosophiae cursum Græcij paulo ante cum laude confecerat , et in suos discipulos humanitatem , ut eum singuli , tanquam apud eum precipui susciperent atque diligerent ; et publicis in concertationibus modestiam atque temperantiam , venientem quem unquam aliorum verbo alieniore , nedum acerbiore perstringeret . Pietatis ut in omni officio , tum multo maxime in sacrificando , plenus ; multus in domestico valetudinario esse neque ex ullo omnium officiorum plus penè solatij , quam ex ope languentibus moribundis adferendā , capere ; à quibus et re nullis potuit vigiljs arceri . Græcum ut lues vulgari cœpta est , impetrata magnis precibus à Moderatoribus et iunandi et gros provinciā , toto in eam , animo incubuit : non interdiu , non ille noctū quiescere ; adire iacentium domos vel inuocatus ; hortari ad sui quemque animi curam ; si quos nanciseretur , qui per sui negligentiam , ut res humanæ habentur , socordius agitarent ; ipse non cedere , non absistere , sed eò instare pressitis , atque importuniis , donec eis salutaria consilia persuasisset . Iam vero Nostros vbi etiam domi pestis inuasit , & in suburbana diuersè ab integris eti dimoti sunt , ipse adesse singulis egregiā charitate , curfare quotidie sepius , quamvis inter se longè distracta omnium tabernacula ; unus in omnes intentus esse ; neque Ciues tamen interea negligere . Tertium in mensis , sui prodigus , eam industriam sustentante animum charitate produxit , cum alicunde veneno eodem afflatus , ad boni laboris præmium , ut sperares est , evocatus est . Illi suam operam languenti libens obtulit , & ad idem præmium deinde die quinta uicelima Octobris securitus est .

P. Ioannes Bender , domo Spirensis undetricimo ætatis , octavo Societatis anno . In hoc viro naturæ feruor & vis , cum ingenua sui depressione certauit ; sed in abiectis culinæ officijs , tanquam propria in arenâ , perdomita , splendore in addidit ipsius virtuti . Religiosâ maturitate compositus quidquid ab modestia foret alienum , semper est odio prosecutus . Religiosam inopiam ranto studio habuit , ut ne quam ei notam vel solâ voluntatis inclinatione facere videretur , summo opere cauerit . In uitatus ad charitatis istum agonem , ita promptè celeriterque respondit , ut ipsa intempestâ nocte , postulata à Superiori benedictione in eum descendenter .

## C A P V T : V I .

Vnus Amberga ; sex Straubinga sublati .

**A**mberga Palatinatus superioris vrbs princeps suam etiam pestilentiam experta est ; ibique die uno & vicesimo Augusti morte præclarâ occubuit .

P. Georgius Manstorffer , domo Rottemburgensis in Boica , post annos tres & quinquaginta quam natus , quinque & triginta quam in Societatem ingressus est , vbi operam P. Iacobo Gretsero ad suas lucubrationes annos aliquot praefecit ; & duos annos extremos in ægrorum , infectorumque lue spirituale commodum contulit ; quo demum in opere gloriose defunctus est . Straubingæ , quod est oppidum Bauaria Danubio impositum , sex occubuere pretiosâ morte : Primus pridie Calendas Septembribus

P. Georgius Megglitus , domo Mattikouiensis in Boica , tertio trigesimo ætatis , tertiodécimo Societatis anno quem pestilentia corripuit in promiscua sauis iuxta infectisque præbenda opera ad exhomologem obeundam . Ad tertium Septembribus diem succedit alter .

P. Christophorus Selua , oriundus ex oppido Calterno in Tiroli , natus annos tricenos , ex ijsque denos in Societate versatus . Ad sextum Septembribus diem fecutus est

Martinius Kolb , patria Monacensis , Coadiutor temporalis , ad omnia domestica officia strenuus , ynde quadragesimo ætatis , tertiodécimo Societatis anno . Quartus ad diem duodecimum Septembribus moriendi vices exceptit

P. Albertus Käpfl , patriâ itidem Monacensis , ætatis quinto quadragesimo , Societatis septuagesimo anno , & in ea dudum quatuor votorum religione deuinctus ; cui viro abundè opum à natura fuit , Constantiense Collegium Rector quinque annos moderatus est : vnde Straubingam , ex interuallo gestis alijs muneribus , ad nostrorum prefecturam latus , à Suecis comprehensus , durèque in custodia Ratisbonæ vndecim ipsas hebdomadas traetatus est . Ea vrbe à Cæsareo milite receptâ , Straubingam postmodum rediit ; ibique coorta pestilentia , dum Ciuiibus opitulari studet , cädem ipse confectus est . Post hunc ad diem tertium uicesimum Septembribus obiit .

Daniel Eggstein , domo Argentinensis , temporalis adjutor , annorum

annorum trium & trigesita, quatuordecim in Societate, qui Ingolstadii missus, ut Nostris Straubingue lue laborantibus succurreret, eam periculi plenam provinciam promptus & latans accepit. Postremus die decimo Octobris decessit.

P. Adamus Straub; domo Blombërgensis in Constantiensi Dioces; quem etas anno cum septem & sexaginta, stipendia in Societate octo & quadraginta merita, solemissis quatuor votorum obligatio; gestarum munera, Rectoris in tribus Collegijs, Superioris in duabus Residentijs, & nunc innixa Straubingensi, ab disciplina studio, ab laborum è Dei gloria contentione, ab flagrantia charitatis, amplam adeptum laudem commendant, confessis in ergorum obsequio sociis reliquis, ipse persistit in eadem perfunctione, quoad usque tamen eadem aspersus, vitam honeste sine terminauit.

### C. A. P. V. I. L.

Monachij tredecim desiderati.

Ungens Monachij clades, urbe Boiorum principe, & Dueum sed de: planè tredecim desiderati sunt. Primus ad diem quindecim Septembri viam morti patre fecit.

P. Ioannes Haueisen, quindidem oriundus; anno etatis uno & quadragesimo, altero & vigesimo Societatis, qui peste ab his, quos iniulerat ancipiiti tempestate prouisicuè, collecta, domi paucis diebus finem viuendi fecit. Illi ad quartumdecimum Septembrie diem successit.

P. Ignayes Petrus, domo Aukdënsis in Suevia, annorum sex & quinquaginta, septem & trigesita in Societate, qui bona vite portione, tribus catechismo, instituendis, audiendis confitentibus, & grise visendis, comparandis ad mortem reis capitalibus, laudabiliter impensâ, dum sibi nusquam parcit, luem ab infectis haustit, & eam confessus est. Secundum istum die vigesimam Septembri occubuit.

Iacobus Moser, domo Gamindianus in Suevia, natus annos sex & viginti, quinque in Societate. Ad diem vero sextum auge- sum eiudem Septembri successit.

P. Casparus Vlaengereek, domo Monacensis, annorum trium & triginta, sexdecim in Societate, Is dura primâ à Succis Augusta percessus, deinde in exilium expulsus est. Glicente pestilentia

magnis & repetitis precibus prouinciam cā Contactis inseruendi, & scripto, & coram flagitauit à Superioribus, in eaque demum impetratā perbreui mortem oppetiit. Excepit moriendi ordinem die quinta Octobris

P. Melchior Hartelius, domo Altingensis in Boica, defectaestate vir, annos omnino quatuor & septuaginta natus, aëtis tribus & qninquaginta in Societate, per omnia officia, Patris Spiritualis, socij & Consiliarij Præpositi Provincialis, Superioris, Rectoris tum Monachij, tum Oeniponti, demum & Præpositi Prouinciarum: consecutus ex fide, sedulitate, constanti laborum toleratione, quā obiuit ea omnia, non mediocrem laudem. Porro Monacense Collegium, ut pestis incessit, ipse qui tum ibi vices Rectoris obtineret, ne quam solliciti pastoris ac patris in præteritis partem haberet, ægros suos diu noctuque visebat interitus, donec & ipse veneno ab illis hausto, vti optarāt, expetieratque, vitam edidit suam charitati. Postridic, qui sextus dies Octobris fuit, excessit

Ambrosius Eberhart, domo Niderstozingensis in Suevia, Coadiutor temporalis, vno & septuagesimo ætatis, quinquagesimo Societatis anno, & ipsas propemodum annos quadragenos Æditu pars executus, vir antiqui spiritus, atque alijs pro exemplo. Sed in eo præcipua fuere laboris, precationisque, & alijs inseruendi studium, nunquam otiosum. Dic postero ad septimum Octobris obiit

Michaël Lämer, domo Appenzellensis in Heluetia, itidem adiutor temporalis, annorum quatuor & triginta, tredecim in Societate. Ad tertiumdecimum dein diem Octobris secutus est

Reinerus Aigenman, item Coadiutor domesticus, annorum quinquagenum senum, in Societate tricenum quaternum: qui & ipse totā penē vitā laboriosum egit & impigrum Æditum, & in mandatis terræ Nostris peste emortuis, pestem ipse quoque mortemque executus est. Dic vno & vigesimo Octobris è viuis excessit

P. Ioannes Hicker, domo. Blickfriedensis in Boica annorum quadragecum septenum, vicenum quinum in Societate, cui tribus yotis solemniter obligatus fuit: vir egregiâ humilitate, pictare, charitate, innocentia. Complures annos miraculo magis, quā naturæ vi duxisse vitam existimatus est. Cum enim ex phthisi copiose sanguinem se p̄ screaret, Medicique diffiderent, ipse incredibili temperantiâ, solo calidæ cerevisiæ cyatho contentus effecit, ut eo sanguinis screatu cessante, plures annos fugientem quodammodo

modo vitam retineret, quoad eam saluti Sociorum impenderet. Nimirum eo tempore Ministrum agebat Collegij, quo tempore pestilentia coorta est; eâ correptis socijs incomparabili charitate ministravit, vna cum eis segregatus à ceteris; & dum ijs omnia auxilia corporis, animique suppeditat, luc collectâ sanctissimo fine decessit è vita. Ad diem sextum uigesimum Octobris exceptit moriendi vices.

P. Georgius Faber, domo Ueissenhornius in Suevia anno septimo quadragesimo etatis, duodetrigesimo Societatis, vir, qui in plurimis, quæ obiuit, officijs, excellenter ostendit industriam, & insignem voluntatis cum Deo, cumque Moderatoribus suis consensionem. Calendis Nouembbris obiit.

Iacobus Moriz, domo Muckenhusanus in Suevia, uno & trigesimo etatis, nono Societatis anno. Post illum die sextodecimo Nouembbris securus est.

P. Andreas Hueber, domo Pfaffenhoensis in Boica annorum, quatuor & triginta, tredecim in Societate, vir humanioribus disciplinis excellenter excultus, quibus oppidè fructuosè diu iuuentum instituit; vnaque verbo & vita exemplo ad omne virtutis officium studiosè promovit. Secundum illum die postero, hoc est, septimodecimo die Nouembris de medio abiit, postremus omnium,

P. Sigismundus Schirvaber, domo Constantiensis, annorum septem & quadraginta, vnde triginta in Societate olim ex editiore loco delapsus, & ex eo lapsu grauter saucius, accidente apoplexia factus ad plesa que munia nostra inutilis, tantum adeò conatus est, ut sibi pedentem restitus, potuerit aures præbere confidentibus. Postremò magnis precibus impetrata facultate, pestilentia vexatis nauauit industriam, eoque in opere ad celos migrauit.

## C A P V T      V I I I .

*Ingolstadij, Cremşy, Passauy, nouem absumpti.*

A Diacent istę tres vrbes Danubio, pari ferē intercedidine ab se disiunctę; prima in Bauaria; postrema in Austria; media utriusque in confinio sita, ad Oeni Istriaque confluentem. Omnes eas oras latè pestilentia peruagata est; vbique operam Nostris posuere. Ingolstadij ceperē gloria funera, vbi ad diem sextum Septemboris sublatus est.

*Christophorus Haineburgensis, domo Schirameiensis in Burgundia, Scholasticus, annorum quatuor & viginti, sex tantum in Societate, præstantibus à natura donis ornatus; sed et laude charitatis ornatus, quam ex ultraore Patri cui piam luc contactor diligentia præstata, indeque morte conscienti sibi collegit. Post illum die nonā Octobris excessit.*

*P. Thomas Resch, domo Schardingensis in Boica; sexto quadragesimo ætatis, septuagesimo Societatis anno vir adeo charitate flagrans, ut nusquam libenterius, quam in carcerebus, Nosocomijs, & conscientiae tribunali versaretur. Annorum spatio non omnino tredecim, recensuit ad centum & yndecim capitum millia, quorum noxas sacrâ abolutione condonarit. Denique religiosissimam atque integerrimam vitam honestissimo infectorum seruicio consummavit. Secundum istum tertiuagesimo Octobris die decessit.*

*Conradus Sicherer, domo Francofurtensis ad Moenum Coadiutor temporalis, annorum quinque & triginta, duodecim in Societate. Mox pridie Calendas Nouembris successit.*

*P. Balthasar Kettler, domo Hohenwartensis in Boica, duodequinquagesimo ætatis, tertio uigesimo Societatis anno, vir industria, temperantia, fide conspicuus, morum maturitate, lingue moderatione, compositione totius corporis, profundaque animi demissione omnia periculum. Ad tertium Nouembris diem ibi postremus elatus est.*

*Michaël Alber, domo Babenhusanus in Suevia, Coadiutor temporalis, annorum viii & triginta, nouem in Societate. Cremsij primus die vndeclima Septembris exordium moriendi fecit.*

*Henricus Paur, patrìa Mindelhaimensis in Suevia, temporalis Adiutor, quatuor & triginta natus annos; in quo religiosa disciplina cultus, & omnibus gratificandi quidem, sed Sacerdotibus in primis, studium præcipuum fuit; post expiatum Sacramentis animum, cum professus esset optimè sibi conuenire cum Deo; sequens in eius voluntatem ex integrō transcripsisset, dum extincta lampade captat pauxillum quietis, æternæ beatitudinis lumen aspexit. Successit illi ad yndeuigesimum Septembris diem itidem Cremsij.*

*P. Paulus Langemantel, domo Augultanus in Vindelicis, e gente patricia, sex & quadraginta natus annos, ab hinc quinque & viginti Romæ in Societatem cooptatus, vitam in salute procuranda mortalium penè omnem consumpsit; & cum arderet ani-*

*marum*

marum zelō, non ille quidēm splendidas sectatus est umbras; sed inopum, vinctorum, agrorum curam animo magno suscepit, nulquam immoratus, quām in eiusmodi, cupidiūs; ibi ætatem agere, ibi neque laborem sentire, neque laitudinem. Pueros ille minusculis ad Confessionem allectare, quibus erat cā re toto iam oppido perbellè notus. Excubabat sedulus, assidue ad sacra Pœnitentia subsellia, ecquis suam operam requireret, in omnem benē de proximis præclareque merendi occasionem semper intentus. Pro Cremensium salute se libens ille denouit, & simul atque morbo teneri quempiam intellexerat, eō intuicatus accurrere, neque animis duntaxat curandis, sed humandis etiam corporibus se impendere; id quod etiam tanto studio agitauit, vt eum egredi censerent aliqui officio. Sed urgebat Christi charitas Dei hominem; & ducebat esse satius, in adeundis proximorum indigentium causā, periculis abundare quām sui quoquo studio deficere. Demum ad D. Antonij elatus est, postquam occubuit, inter ciuim, inopumque lacrymas & desideria. Tertius isthic die vigesima Septembribus obiit.

*Christophorus Stephanicz*, domo Iudenburgensis in Styria, temporalis adiutor, anno vno & trigesimo ætatis, tertio Societatis, qui & Nostrorum curam, & extenorum forti animo suscepserat. Passauj ad diem quartumdecimum Septembribus vnuſ extintus est.

*Adamus Terlacher*, oriundus è Carinthia, Coadiutor temporalis, postquam in Societate annos ipsos duodecim varijs se munericibus, quæ vix ægrē tres alij lustinerent, vnuſ ipse simul obeundis exercuisset industriam; percommodus & percomis, adeoque suā morum facilitate omnibus periucundus & gratus. Ultrō se ille Superiori stitit, vt Nostrū vni cuidam pestilentia correpto ministraret. Vbi verò tractam contagione luem grassari sensit in venis, sacrasibi omnia dari expetij; atque inter oscula Christo Crucis affixo, & B. Virginis, cuius erat studiosissimus, tenerè libanda, piè expirauit.

### C A P V T I X.

*Alij item varijs in Germania locis emortui septemdecim.*

**N**ondum honestorum in Germania funerum finis; nondum aliuinos suos omnes, quos amisi, cluxit, si tamen ea-  
luctus

Iustus potest esse materia, quæ cælo cadentes transcribit. Igitur in Bauaria Landishutii tres occubuerunt; primus septimodecimo Septembris dic.

P. Georgius Moser, domo Campidonensis in Suevia, annorum duodequinquaginta, quatuor & viginti in Societate. Mox die quintouigefimo Septembribus exceptus.

P. Ioannes Sagittarius, patria Friburgensis in Brisgoia annorum vnius & triginta, duodecim in Societate. Et Calendis Octobris.

Ioannes Vualch, domo Ichenuhusanus in Suevia, natus annos vndequinquaginta, septem & viginti in Societate, seruilibus domi officijs addictus. Oetingæ ad Oenum duo cecidere; alter ad diem duodecimelimum Septembribus.

P. Matthias Maile, domo Stockachensis in Suevia decrepitam iam ætate vir, sed florente virtute, natus annos septuagenos binos: quinquagenos scholas explicitus, Serenissimis Bauariz Principibus Philippo & Ferdinando fratribus, quorum ille deinceps Ratisbonensis Episcopus & S.R.E.Cardinalis; hic Archiepiscopus & Elector Coloniensis, extitere. Subinde publicè Theologiam scholasticam annos ipsos decem, Sacram Scripturam duos; Questiones de Moribus & conscientia totos quatuor & viginti annos cum laude tradidit: & in tanto constitutus sapientiae fastigio, quæ fuit hominis cum charitate modestia, consuerat calceos suâ manu consuere, quos in pauperes erogaret. Ea viri demissio, & candidissimæ mentis simplicitas mirificè omnium animos conciliabat. Plenus officij, plenus studij salutis animarum. Mirâ tractandi cum Hereticis gratiâ pollebat: nunquam labori parcere, nunquam fatigari. In ruddum mortalium institutione mirè feruens, ad quorum culturam extremis ferè tribus annis iter horarum quibusque diebus Dominicis conficiebat, haud facile passus vllâ cæli intemperie ab eo sese officio prohiberi. Tandem cælo maturus contractâ ab ægris lue, qui cum tres circiter hebdomadas confictatus est, Sacramentis perceptis, pè decessit. Illum die nonâ Octobris securus est.

Ioannes Felbinger, domo Allerspachensis in Constantiensi Dioecesi, Coadiutor tempore: annos natus quinquagenos quinos, commemoratus in Societate tricenos senos. Halingæ tres à vita discesserunt: primus die tertìa Octobris.

P. Georgius Brunner, domo Mundreichenensis in Suevia, natus annos vnum & quadraginta, quinque in Societate ante quam ineundam & Sacrae Thæologie licentiatu prædictus fuit, & Parochus, & Eystadien-

Eystadiensis Episcopi Vicarius Generalis, In Societate peracto tricinio; cum egregiæ documento virtutis, animorumque fructu versatus est in Hailmigeni Missione, concionibus habendis ad populum, imbuendis catechismo rudibus, audiendis confessibus; demum & pestilentibus adiuuandis, quorum in obsequijs fecit viuendi finem. Alter ab illo postridie, hoc est, die quarta Octobris clatus est.

P. Georgius Stoß, domo Monacensis, annos natus quatuor & quinquaginta, in Societate trinta, quatuor solemnia vota professus, Nostrosque olim Neoburgi, & Ambergæ moderatus. Tertius septimodecimo die Octobris excessit.

P. Christopherus Pelschner, domo Malingensis in Boica, annorum quinque & quadraginta, septem & viginti in Societate, in quo zelus animarum vehementer eluxit; & quam labiosus, tam vivus tractabilis, adeoque iucundus omnibus, & mirè gratus. Hippolsteinij ad quartumdecimum Octobris diem vnum occubuit.

P. Iacobus Vanderus, patriâ Passauiensis, septuagesimo etatis, unde uigesimo Societatis anno, multa percessu grauia inter Hereticos in Palatinatu expertus, suis peste laborantibus fideliter adfuit usque ad mortem. Aquisgrani ad diem vigesimum Octobris ex hisce tenebris ad immortalem illam lucem transiit.

Iohannes Georgij, domo Berchensis in Westphalia Coadiutor temporalis, anno etatis quarto & quinquagesimo uno & vigesimo Societatis. Bambergæ vero ad diem duodetrigesimum Octobris mortem pulchram operevit.

P. Iacobus Doring.

Constantia duo cecidere; alter die quartâ Nouembris

Iacobus Kessel, domo Appenzellensis in Heluetia, annorum vndetriginta, ocio in Societate; vir pietatis apprimè tenerus, qui ad omnem reum spiritualium mentionem toto animo communoueretur, atque in lacrymas iret. Fraternæ charitati sic deditus, ut infectis luce seruire gestiret; cuius impetrata copia, breui tempore venenum ipse afflatu haufit, & obiit. Alter die quinto uigesimo Nouembris cunctum securus est.

Vdalricus Merck, domo Pfünensis in Turgovia, Coadiutor temporalis, annorum etatis sexagenam, Societatis tricenum senum, vir planè probata virtutis. Bruntruti decessit vnuis ad sextumdecimum Nouembris diem.

Michael Haag, domo Schlandensis in Rhetia, Coadiutor temporalis,

poralis; anno dñi 1576 septe[m] & tr[ia]ginta ætatis, vnde[m] decim Societatis. Praga in Bohemia duo sublati sunt: alter ad diem quintum uigisimum Novemb[ris].

P. Iohannes Antaly, gente Hungarus, domo Gaiariensis, annorum vnius & quinquaginta, septem & viginti in Societate, gradum sortitus Coadiutoris Spiritualis. Singularem animi demissionem & verbis semper declarauit, & factis salutis animarum flagrantia magna; quamvalde grauiter assiduis penè missionibus semper exercuit. Quo tempore Pragam pestilentia funestauit, prouolutus ingenua contendit à superiori, sibi ut cā iuuandi ægros prouincia cederet. Eo dum strenue versatur in opere, ipso pestilente aurā afflatus, Sacramentis libatis, quod sibi non defore patrocinio S. Barbaræ, cuius post B. Virginem Dei Matrem colendæ studio maximo tenebatur, certum habebat, piè decessit. Alteribi quoque viuere desit, sed incomptum quo die.

Thomas Hatmb, domo Straubingensis in Boica, Coaditor temporalis, annorum sex & viginti, quinque in Societate, adolescens supra ætatem, supra conditionem fortis; nimirum tertio, ab hinc anno, relictus cum altero fratre ad tutelam Collegij, per ignominiam comprehensus, ter ludibrio per urbem circumductus ab Hereticis, trium dierum inediâ afflictus, contumelijs sapientijs, & conuicijs affectus, verberibus demum etiam concisus, stetit in his omnibus erectus & alacer attonitis omnibus. Tandem missus factus, via perquam diffici, alienissimo tempore pedes coactus est in exilium, abire. Post paucos redux, iteratis hostium incursionibus expousitus, subducere se se compulsa est. Superiori rursum anno, suimus temporibus Collegio excessit ultimus, primus reuertit, perque omnes hostium frequentissimos assultus, constanter in Collegio, mutatis identidem latebris, commoratus est, sub diuini tutela, præsidij noxa immunis. Hoc vero anno, dum vni cuiquam è Patribus pestilentia laboranti dat operam, eadem ipse contagio hausit, & sacramentis præmunitus, ad gloria tot laborum præmia euolauit. Neoburgi denique ad Danubium Calendis Decembris migrauit e vita.

P. Christophorus Konig, ortus Venetijs, annorum quinquaginta, vnde[m] decim Societatis. Is posteaquam in Castrensi Missione diu bonam operam contulit, pestilentia coorta ad contactorum auxilium peroptato suam diligentiam conuertit; in quo & ipse malo percussus, lacris se mysterijs munijendum curauit, atque induitus veste[s]

vestes consuetas, compositis pro pectoro brachijs mortem opperientis suauissimè animam edidit.

## AMERICA. CAPVT X.

*Quatuor in America desiderati.*

**S**icut hoc anno sua quoque Societati gloria trans Oceanum in Occidente; nam in Nouo Regno Granate, & nisi mea conjectura fallit, in oppido Tunia, dum pestilentia vexatis operam exhibent, duo cecidere die duodecimo Nouembri, alter eorum

P. Stephanus Solanus, eodem illo in oppido Tuniensi natus; annorum sex & triginta, viginti in Societate, quem ibi sanctitatis egregia existimatione floruisse proditum est; ego nihil dum de illa distinctè habeo exploratum. Alter

P. Iosephus Tobalina, gente Cantaber, pari cum altero & etatis & Societatis numero stipendiorum. Tepozotlani verò Mexicano in Regno itidem obiēre duo, incertis temporibus, quorum alterum hoc anno, alterum sequenti signatum reperi; ut verosimile sit grassatam ibi fuisse pestilentiam altero exēunte, atque ineunte altero anno: ego utrumque iungendum hic censui, tanquam in anni utriusque confinio. Prior itaque fuit

P. Iohannes Emmanuel, oriundus ex oppido Baylen in Hispania, annos natus etatis quinque & triginta, Societatis duodecimviginti. Alter verò

ANNVS M. D C. XXXV.

**P**etrus Marcus, ortus Methymnae Campi in Hispania, unde quadraginta etatis, quatuor & viginti Societatis emeritus annos.

## GERMANIA. CAPVT I.

*Constantia sex emortui.*

**O**rdior hunc annum quintum & trigesimum septimidecimi seculi ab Germaniae victoribus, qui duos illos annos hereticis suis

suis facinoribus continuauerunt. Prima ceteris Constantia proximitate, vbi sex in charitatis agone ceciderunt. Fecitque cadendi principium dic tertiam Ianuarij

P. Henricus Scherer, domo Ternangensis in Suevia, anno altero & quinquagesimo ætatis, tertio & trigesimo Societatis. Vir candidi pectoris, in quo pertrahendorum ad se hominum miraculoxit industria: dicendi, agendique suauitas & efficacia: in concionibus quoque verborum admirabilis grætia & familiaritas: omnes denique nauis operarij partes, dum illi valetudo constituit, studio indefesso expleuit. Adhæc, in semet ipso perficiendo solertia tanta, ut ad magnum vitæ religiosioris fastigium euaserit. Meditandi, precandique instituto sic insueuerat, vt assidue cum Deo colloqui, vbi demumneunque esset, videretur: Beatissimæ Virginis venerator eximius; cuius honoribus dies Sabbati, quod æternum voverat, ieunio celebrabat. Idem abiecta, seruiliaque officia studiosè ambire: idem nihil discriminis evitare, quod aliorum ex usu foret. Domi ac foris eorum curam, quos pestilens morbus excepterat, promptissimo charitatis obsequio & suscepit, & gessit; donec afflatus eodem contagio vitam biduo, non amplius, morte confecit, ingenti domesticorum æquè atque externorum luctu. Longo interuallo ad diem quintum Octobris eum securus est

P. Sigismundus Hager, indidem oriundus, annorum trium & quadraginta ætatis, sex & viginti Societatis, cui celeritas ad omnem Moderatorum nutum, fraterna charitas, & omnibus gratificandi studium, ad laudem præcipua fuere. Pestiferam luem, quam ab inseclis incautus hauserat in Collegium intulit, & multis exitio fuit. Ipse tam piè, religioseque cessit è vita, vt is, qui xgrotanti seruierat, asseueraret eiusdem sibi mortis iniectionem esse desiderium, si sibi pari pietate contingenteret emori. Post illum die octauâ Octobris hinc demigravit

P. Fridericus Starck, domo Oenipontanus, annorum duodecimtriginta, decem in Societate; in quo viro singularis enituit animi candor, cum religiosa simplicitate permixtus. Fuerat ille pronuper sacris initiatus; & vt erat studio salutis alienæ, præsertim eorum, qui solerent ab alijs deferi, accensus, postero die quam primâ litanuit hostiâ, contendit à Moderatoribus magno ardore, vt quamprimùm leuire lues in ciuitate cœpisset, ægrotorum se solatio exponeret. Paucis ergo diebus, cum alteri se Patri iunxit letat socium, pestem combibit; & nono post sacrificandi priuitias die, Sacramentis comparato

parato vita per eam contagionem excepta est. Illi ad diem vige-  
simam Octobris successit

P. Balthasar Vvegelin, domo Brigantinus ad Lacum Acronianum; annorum ætatis quinque & sexaginta, Societatis quatuor & quadraginta. Mansuetiores literas duodecim ipsos annos iuuentem docuit; inde Procuratoris Constantiaz munus ad ætatem usque deuexam ita gessit, ut cum eius Collegij nascenti infantium quodam modo prius excepit, sua demum industria, agendique peritiae res eius egregie firmarit & constabiliuerit. Atque isthac ut ille sedulè gereret, longè tamen ampliore studio ad spiritualem quæstum incubuit: nimirum admirabili diligentia & assiduitate operam ille dare penitentibus; diu ac noctu & gros inuisere, vincitos in carceribus adire, solari; prolsus ut defecisci labore non posse videretur. Denique eorum ipse pars nequaquam minima fuit, qui principali spiritu, per varia ministeria, maximam in ea tota vicinitate apud omnes ætas atque ordines Societati gratiam & benevolentiam comparauerint, tricenos per annos, & eo amplius, optimè de iuventute, de Ciubus, de Collegio meritus. Denique tanta existimatione & fama, ut ætas innocens, quibus hominum adhuc indiscreta notitia est, quisquis è Nostris in publicum egredeleret, cum vulgo Patris Vvegelini nomine salutaret. Hosce sanctos & diuturnos labores suos morte pulcherrimam, ducto à tabidis, quibus opitulabatur, veneno, ingenti omnium mestitia terminauit. Secundum illum obiit die septimuigesimo eiusdem Octobris

Erbardus Halmair, domo Moshaimensis in Boica, Coadiutor temporalis, annorum sexagenum ætatis, tricenum septenum Societatis, indefessa sedulitate omnia sui gradus munia functus; virtutum omnium exemplis praluccens. Multum orare; multum alios ad officium p̄ijs colloquijs incitare; & hoc vtroque in opere, quæ teneritas animi ad pietatem erit, ferè lacrymas continere non posse. Sed ut est humanis in rebus etiam bonorum nonnunquam ex fatigata fastidium, vbi p̄ijs sermonibus loci haud sanè multum reliqui fore conspexerat, ipse nequaquam se verebat: pro ridiculo gerere, quo veluti per facetias innocentius atq; liberius inspergeret dicta, monitaq; salubria. Supremam ætatem nihil habuit potius arq; antiquius, quam domesticis peste contactis seruire: quo in opere contagio violatus, tantâ beatitatis adipiscendâ confisione decessit, ut optare Superioribus eam se posse monstrare, hilario vultu prædicaret. Postremus ad diem quartum Nouembris occupuit

*Christophorus Ferlinger*, domo Rattendorfensis in Styria, Coadjutor temporalis, annos natus vnum & quinquaginta, septem & viginti versatus in Societate. In æditui & ianitoris officijs per quam industrius extitit. Ibi supellesticem sacram augere, & conservare; hic ciborum reduuias, crustula panis, iurulenti residua, & cuicuimodi pauperibus alendis idonea, comportare. Horror illi pestilentia vehemens inerat; sed animi firmitudo tanta, ut eam naturæ vim rationi subigeret, & Patres agrorum domos concursantes cupidè comitaretur. At ubi malo eodem corruptus est, incredibile memoratu est quanto delibutus gaudio decesserit.

## C A P V T I I.

*Augusta, Tubinga, Sanctis, Brisaci, singuli moria,*

**A**ugusta quoque Vindelicorum suum habuit in S. Annæ Collegio inuidendum funus; nempe dum peste laborantium saluti consulit, noxio flatu hausto, mortem ad diem quintum Septembbris executus est.

*P. Christophorus Pfarkircher*, domo Ueissingenensis in Suevia, aethnorum quinque & triginta, quatuordecim in Societate, vir qui in cencionando, ut se dabant initia, progressus erat egregios habiturus, nisi cum charitas maturasset ad præmium. Tubingæ in Virtenbergia die quartodecimo Septembbris excessit.

*P. Blasius Bez*, domo Hirscellensis in Vindelicis septimo ab hinc anno septuagesimo ætatis, cooptatus in Societatem, iam cum Sacerdos, Theologiæ, Canonicique Iuris non imperitus. Castrensem Missionem aliquamdiu fecutus, apprimè gratus & ducibus, & militibus fuit. Ceterum in Societate cum præclarè multa gesturus esse videretur, Deus eum per laborum compendia perduxit ad metam: nam Lutherano in pago Gomeringa, qui sesquihora itinere Tubingâ distat, vni cuiquam peste contacto sacra dum administrat, ab eodem illo veneno aspersus, toto cœpit corpore contremisse. Lectum, quod inuitabatur, aspernatus, in stramenta se abiecit; ac postea in Prædicantis heretici domo, quam pro diuersorio habuerat attributam, in humilem atque angustum se locum recepit. Ibi Confessione totius vitæ magno sensu pietatis peractâ, oblatam à Patre, qui Tubingâ suppetias accucurrerat, Eucharistiam, suâ

suâ sibi met ipse manu , ne socio noxx foret, accepit, & gaudij cœlestis plenus , summam sibi fuisse votorum edixit emori in Societate : agere se multò maximas Superioribus eo nomine gratias, quòd in ea se tantisper , dum compos euaderet , æquis animis tolerassent. Efferri se tamen eâ Prædicantis è domo prius orauit , quām obiret , quòd hominem Societatis extremum ibi spiritum edere non decere censeret . Eius morte , tota ea legio , quam sequebatur , in luctu ac desiderio fuit . Sanctis , in extrema Germania ad Belgij fines , die quartauigesimâ Nouembbris abiit à vita

*Ioannes Osterwick* , domo Osterwickianus in Belgio , Coadiutor temporalis annorum quadraginta , septemdecim in Societate Brisaci de num in Alsacia postridie Calendas Decembris extremum vitæ diem confecit

*P. Godefridus Feller* , domo Luxemburgensis in Belgio , uno & trigesimo ætatis , quartodecimo Societatis anno . Is præter modestiam , suavitatem , aduersus maiores reuerentiam , præcipuum quoddam ostendit studium salutis animarum ; præsertim Brisaci inter milites , quos partim varijs affectos morbis , partim etiam infestos hæreticâ labè , obire assiduè atque solari habuit iu præcipua parte curarum ; atque eis quò suauiss & doctrinæ labem , & peccata inueterata detraheret , emendicatos ostiatim cibos fouendis ægris corporibus opportunos , viritim inuisens distribuebat ; & quod eius præsidij finibus eius ardor animi neutquam vinciretur , idem illud officij per finitimatam vicinitatem circumferebat . Neque hoc cum opere pestilentia potuit abstinere discrimen , quā promiscue tentri multos constabat ; sed profusus sui , studebat alieni sollicitus esse . Igitur indulgentius paulò dum agit , veneno à quopiam afflatus est . Quod ne id imprudentem oppimeret , simul ut animaduertit hæretræ visceribus , à primo ætatis peccata sua cum sensu doloris confessione repetiuit ; sacro deinde Viatico sese instruxit ; ac deinceps procul ab se Patrem socium , nequid etiam ipse mali contraheret , habuit . Sic demum placidè conquiuit iu morte .

### BELGIVM. CAPVT III.

*In Belgio locis varijs desiderati viginti : unus Vesulij .*

**R**ursus tentatum est Belgium ; rursus pari gloriâ decoratum ; decesserunt enim , dum suæ charitati liberalius auxilium

auxilium peste infectorum indulgent, varijs locis omnino 20.

Hallis primum duo cecidere; alter die sextuagésimo Iunij

Thomas Vvilleborts, domo Antuerpiensis, annorum quinque & viginti, septem Societatis. Alter die tertiodécimo Iulij

Guilielmus Bardè, patria Bourboniensis, Coadiutor temporalis, annorum unde quadraginta etatis, sex Societatis. Brugis Flandrorum quinque decorâ morte occubuere. Primus die trigesimâ Iulij

Paulus Denys, inidem oriundus, Coadiutor temporalis, annos natus tres & quinquaginta, vicenos in Societate. Alter postridie seu uno & trigesimo die Iulij

P. Adrianus Kerikhonen, domo Casletanus, annorum quadragesimum duum, vnde uicenum in Societate. Tertius ad quintum decimum diem Augusti

P. Franciscus Meyerns, domo Antuerpiensis, annorum trium & triginta, decem in Societate. Quartus ad tertium diem Septembribus

Ioannes Van Oesh, domo Bredanus, annorum viginti quinque, & quinque in Societate. Postremus ad diem sextum Septembribus

Ioannes Hulshout, domo & ipse Bredanus, quatuor & triginta annorum, tredecim in Societate. Bruxellæ vnis elatus est die sexta Augusti

Michaël Van Mehelen, domo Antuerpiensis, Coadiutor temporalis, annos natu's quadragenos. vnde uicenos in Societate, Louanijs quinque desiderati sunt; primus die altera Octobris

Alexander Vranx, domo Bruxellensis, Scholasticus, annorum unius & triginta, decem in Societate. Alter ad diem sextum Octobris

David de Smidt.

Tertius eodem illo ipso die sexto Octobris.

Libertus Meerhout, domo Culemburgensis, Scholasticus, uno vicesimo etatis, quarto Societatis anno. Quartus vnde uicesimo die Octobris

Franciscus Grnythuyzen, domo Nunensis, Scholasticus, duodecim annorum etatis, Societatis vndenum. Postremus denique postridie, scilicet vigesimo Octobris die

Ioannes Iacobi, domo Antuerpiensis, anno alterouigesimo etatis quarto Societatis. Berga S. Vvinoci duos recensuit; quorum prior ad diem octauum Octobris excessit

P. Leanness

P. Iohannes Andries, domo Brugensis, annos natus quatuor & triginta ; quindecim in Societate . Alter ad duodeuigesimum eiusdem Octobris

P. Matthaus Ruys, domo Siluaeducensis, annorum quatuor & triginta , quorum dimidium Societati tribuerat . Regijs in Castris militia (nam & ibi suam quoque nostri homines in pellibus , sicut in mobili Collegio , explicant) ad diem nonum Octobris ægros iuuando occubuit

P. Gaspar Sebastiani ; domo Trudbertinus , uno & tricesimo ætatis , quartodécimo Societatis anno . Luxemburgi die duodeuigesimo Octobris eadē laude decessit

P. Senerinus Zephirini ; domo Traiectensis , annorum quinque & quinquaginta , vñitis & triginta in Societate . Atrebati verò uno & vigesimo eiusdem Octobris die cessit è vita

P. Iohannes de Citey , indidem oriundus , sex & triginta natus annos , septem & deceim in Societate . Et in hoc quidem viro magnus emicuit animorum iuuandorum ardor , præsertim in opum atque egentium : sinceritas item cum profunda mentis demissione , & humanaarum despiciens rerum . Mirum dictu est , quām ardenter , quāmque constanter à Superioribus efflagitārit , vt eorum concessu sibi vitam ægris iuuandis denouere fas esset . Obiuit autem id muneris , vbi copia facta est , adeò feruide , fortiterque , vt primis illicō diebus ardens febribus vix ægrè biduum ab opere temperārit ; nam postridie stetit in pedes , & sui , morbique viator , ægros inuisit . Vbi moriendi tempus adesse visum , maximas & cordatissimas agi pro se gratias Moderatoribus imperauit , quod ei vitæ in eo charitatis officio prodigendæ fecissent facultatem . Gandaui eodem vñouigesimo Octobris die decessit

Iohannes Oislagers , domo Traiectensis Scholasticus , septimo vigesimo ætatis anno , septimo Societatis . Antuerpiæ eodem quoque ipso die vigesimo primo Octobris obiit

Henrīus Indegelt , patria Rurmondensis , Coadiutor temporalis , anteriorum quatuor & triginta ætatis , octo Societatis . Addam extremo Belgio vnum qui Vesulij in Burgundia occubuit ad diem sextum Nouembris . Is fuit

Jacobus Desses , gente Gallus , & è Valentina Dioecesi , Coadiutor temporalis , annorum quinque & quinquaginta , quatuor & vinti in Societate .

A N N V S. M. D C. X X X V L

## GERMANIA. CAPVT I.

*Quinque quatuor locis desiderati.*

**S**vbit annus sextus trigesimus post millesimum sexcentesimum,, neque ipse parum fertilis istiusmodi gloriatur. Initabitur ille nobis à Germania, vbi primum Sanctis ad diem nonum Ianuarij à vita migravit, intentus opri charitatis apud regros pestilentiam faciendo

P. Theodoras Bergell, domo Calcariensis, duodesagesimo etatis, sextotrigesimo anno Societatis. Marcoduræ duo cecidere, alter eodem illo ipso die nono Ianuarij

P. Franciscus Knodi, domo Nvedetensis in Diœcesi Treuiren-si, annorum quinque & triginta, sedecim in Societate. Alter ad diem item nonum Augusti

P. Ioannes Meinavu, domo Colonensis, annorum vnius & triginta, undecim in Societate. Constantiæ ad diem decimum Ianuarij occubuit

P. Stephanus Hazler, domo Monacensis, annorum undequa-drageinta etatis, trium & viginti Societatis. Embricæ ad diem vi-gesimum Iunij postremus occidit

P. Antonius Vuëstenberg, domo Colonensis, annorum undesex-a-ginta, septem & triginta in Societate.

## GALLIA. CAPVT II.

*Decem varijs locis in Gallia mortui.*

**I**N Lotharingia coepit hoc anno his heroibus triumphare Gallia : vbi ad diem septimum Aprilis in oppido S. Nicolai occubuit Christophorus Triplot, oriundus è Diœcesi Tullenæ, annorum sex & triginta, quindecim in Societate. Lingonibus vero ad diem sextumdecimum eiusdem Aprilis excessit

P. Christophorus Merigot, domo Nanceianus, annorum septem & quinquaginta, undetriginta in Societate, tria dudum vota solemniter professus ; malum vero ipse in castris, quæ sequebatur ad culturam gentis militaris, contraxit. Nanceij tres obiere ; primus

P. Guido

P. Guido Vignier, ex oppido Barrosoquanensi honestissimo loco natus, qui quidem adolescens antequam Societati, nomen daret vitam Religioso dignam in seculo ducebat, singulari studio pietatis usurpans Sacraenta saltē decimo quinto quoque die; quotidie varias preces fundens ad B. Virginem, ad cuius obsequium omnes quotquot poterat aduocabat, & à cuius Sodalitio toto circiter quinquennio, quo scholas frequentauit, ne semel quidem absens fuit, nisi vel agrotatione, vel certe gravi aliquo alio impedimento esset detentus. Ingressus est Societatem mense Maia anni 1620. in qua sexdecim circiter annos vixit, ob mores plurimum amabiles ab omnibus vehementer probatus. Demum positus in tertio probationis anno, sanguine Nanceij peste, prece supplici à Superioribus euicit, ut expeditus obsequio agrotantium ibidem seruiret, ubi dum se se ad stuporem usque ciuium, magno animo, prudentia, curâ, & industria expendit, post 12. circiter dies ipsa luc correptus, vinculis huius mortalitatis exutus, in celum, ut spes est, auolauit 22. die Aprilis anno et. 35. ampla tamen generose charitatis præmia recepturus. Alter fuit

P. Iohannes Marios, Lingonensis. Et hic adhuc in scholis iunior commendabilis erat tenero in Deiparam cultu, deuotione in Sanctissimum Sacramentum, zelo in hereticos conuertendos, quotum salutem procurabat quâ voce, quâ exemplo, quâ obsequijs, & officijs, magna animi commiseratione illorum exitium deplorans. Societati se addixit anno 1620. & degens itidem in tertio anno probationis mortuo Patri Guidoni, postulationibus suis meruit suffici, & reipsa suffectus, sed mox initæ illius operæ quarto die infectus, sexto extinctus est. Tertius denique

P. Petrus Bonllerot, Caluomontanus sextum & vigesimum annum agens, & iam Sacerdotio consecratus, licet Tyro adhuc, & in vita Religiosa Nouitius, eo inflammatus fuit mentis feruore, & de iuuandi proximi desiderio accensus, ut tandem aliquando votis suis obtinuerit prædictorum duorum Patrum charitatis vices subire: iuuabatque magno animo omnes, donec interceptus gracilante morbo duabus prioribus meruit congregari, & parem victoriæ, in celistibus cōseque

Solemne pro singulis eorum in Parochiali templo S. Sebastiani publicumque sacrificium honorificè à ciuib[us] indicatum est, & testificatione grati animi, non mediocri celebratum. Sepulti sunt in capella sancti Theobaldi, intra muros quidem, sed

tamen iuxta ciuitatis portam, quæ à S. Joanne nomen retinet.

Augi extremâ in ora Gallie ad Oceanum Britannicum, die vndeclim Augusti sublatus est.

Petrus Champeaux, domo Trecensis, Coadiutor temporalis, annorum quatuor & quinquaginta, duodecimta in Societate. Vesuntione in Burgundia, quartodecimo die Septembribus hinc demigrauit.

Nicolaus Clemens.

Dolæ 9. Sept. 1636. patro in solo diem eodem in obsequio domesticis accuratè impenso clausit.

Edmundus Ozannius, primi anni Theologus, æt. anno xxvi. Iam veneno ab ægris nostris hausto perculsus, cum è cubiculo migraret, Crucifixum ultimæ suæ peregrinationis comitem pectori adstrinxit: cui demum immortuus est, cum intercessum capitis perturbati, ac mente moti, non indigna satâ mente carmina pangeret, diceretque demum illud Iobi: *Manus Domini tetigisse.*

Dolæ item ad septimumdecimum Septembribus.

P. Franciscus Morealius, gente Sequanus, annorum septem & quadraginta, vndebriginta in Societate. Duabus, quas semper deamauerat, virtutibus, lenitate, & præcipuo. Deiparae cultu, sub morteni emicuit; nunquam eos, qui sibi ministrarent, nisi placido & ridibundo vultu allocutus est, vel inter asperas stomachi conuulsiones, & vomitus: & Magnæ Matris Imaginem sibi ab oculos statui voluit, vt in eius conspectu moreretur, quam viuens ita dilexerat, vt vesperi cum lectum peteret, collo Diuæ Rosarium iniiceret, multamque, quæ sè penumero laborabat, nocturnam insomniam percurrendis eius salutationibus indefessè solaretur: Illi succedit ad diem tertiumuigesimum Septembribus.

P. Ioannes Abriotus, domo Beuiensis in Seuanis, annorum vnius & quadraginta, vnius & viginti in Societate. Homo suavisissimi ingenij, quem semper habuerat diuinitus haustum sensum teneræ ad diuinæ pietatis sub extremam horam ita exeruit, vt Christi Domini Crucis affixi simulacrum, item Deiparae, ac Sponsi eius imaginem arctissimo complexu tenens, mille amatorijs verbis salutaret, mille oscula libaret; in quo blandissimi amoris impetu latissimè in sanctorum, vt sperare licet, quietem conceffit. Secundum istum ad diem septimumuigesimum Septembribus obiit.

Mag. Nicolaus Franciscus Reginaldus, indidem oriundus, Scholasticus, qui Grammaticæ tum ibi scholas explicarat, annos quatuor & viginti natus, septem emeritus in Societate. Hunc Deipara, cuius amorem

amorem ipse altissimè imbiberat, superioribus annis insigni miraculo iam conclamatum saluti restituerat. Quod ipse beneficium interpretatus eò sibi fuisse collatum, ut Christi Domini, Matrisque eius gloriam quādā maximè latè posset proferret, nihil spirare iam videbatur aliud, nisi labores, atque ærumnas in Americanis conuentis populis adeundas, eamque prouinciam sedulò petessebat. Interea loci verò virtutibus Apostolico dignis consilio, animum exornare studio habere. Tandem glisce[n]te pestilentia pharmacopolæ domi munus exercuit ob singularem ingenij ad paranda ægris medicamenta solertiam: dumque parenti suo utrique lue contactis, obsequio subuenire, vt filium par erat, enititur, dumque eos vitâ functos humo sacrâ sepelitos diligenter curat, eodem quoque ipse mōrbo stratus, celeriter ad præmio euocatus est.

## B E L G I V M . C A P V T . I I I .

*Antwerpia quinque; Atrebatii duo sublati.*

**M**agna strages hoc anno in Belgio, & multiplex victoria, multis passim gloriösè carentibus. Principium Antwerpiae factum, ad diem decimum Aprilis, quo decessit

*Aegidius Michelsen*, domo Antwerpensis, Coadiutor temporalis, annos natus quinque & triginta, sedecim in Societate. Secundum illum obiit die sextodecimo Maij

*Ioannes Tykens*, domo Hamburgensis, temporalis item adiutor, ætatis anno quintotrigesimo, decimo Societatis, quem vitâ piè religioseque, vel ante initiam religionem, traductâ dignum hoc præmio fecisse videri potest. Ad diem dein trigesimum Maij misericordia vita

*Ioannes Clock*, domo Geldenacensis, ipse etiam Coadiutor temporalis; vir æquè labori, precationique deditus, & verum, boni Coadiutoris exemplar. His addendus est nobis, ignoto die sublatus

*Ioannes Godofridi*, domo Leovvardiensis, Coadiutor quoque temporalis, vir placidis, & candidis moribus, atque ut ea conditio postulat, oppidolaboriosis. Eum verò tametsi non sustulerit pestilenta; in media tamen contagione, dum ibi seruiret, aliâ contractâ valetudine decessit. Postremus ibi ad diei duodecimum Septembris occubuit

P. Aloysius Vanden Zanden, domo Viluardiensis, aëlis in Societate annis vicenis; vir qui morum suavitatem egregiè cum animi celsitate coniunxerat, & religiosæ studiorum disciplinæ inde usque à tirocinio exacta severitate coluerat. Huic etiam febris, non pestis, sed ea in pestilentium obsequio contrafacta vitam excepit. Ante piz successit Atrebatum, vbi duo desiderati sunt: alter ad diem quintumdecimum Aprilis

P. Jacobus Marlar, domo Boloniensis, annos natus septuaginta, exactis in Societate quobus supra quadraginta, inque ea Spiritualis Adiutoris gradum sortitus, cui prosecutio sua flagrantia semper ornamento suit. Multos annos in habendis, formandis, pro præmijs, & pauperum solatio Catechismis, magnâ cum laude versatus est, fructu admirabili; Leodij præsertim, Audomari, totoque agro Boloniensi. Indefessus præterea in audiendis tenuiorum hominum generalibus Confessionib; & hoc yel maximè beneficio cum ijs carus, tum verò passioni celebris, & pernotus. Hic fæse in peste morientium obsequiū liberas, atque ultra dedit. quinque menses ipsos ijs incolumis nauarāt operam; cum Magistratus oratu, iussuque Moderatorum ab opere se nōcatus, ne id xatatis homo tantis laboribus fatisceret, postidie recessus eius se lues ostendit, quam antè iam hauserat, & quatuor diebus hominem voti sui compotem reddidit, Deum scilicet ad eius ingressum stadij precatum suppliciter, ut emori sibi in eo concederet. Alter ibidem ad diem decimum Maij decessit.

Franciscus Lambert, domo Hesdinensis, Coadiutor temporalis, annorum quinque & triginta, undecim in Societate, vir prorsus ad nutum Superiorum factus, qui nullius gratiâ, studiisque præter obedientiæ, atque iniuncti sibi muneris terminos graderecurt, neque quidquam sibi de spiritualibus officijs detrahi, cuiusque negotijs aut occupationis ergo, pateretur. Hanc verò ille prouinciam, charitatis plenus, ingenti sibi ardore depoposcit.

## C A P V T      I V .

### *In Hollandia desiderati septem.*

**N** Eque suos Hollandia desiderauit athletas, quos de pestilentia victores laudauit: quamuis in umbra cogat eos, atque in latebris assidue rei Catholicæ tractare negotiū. At vbi per eam prouina-

prouinciam coorta lues est, suum quisque Patrum quām studiosē gregem coluissest incolūmem, tam prompte, vel suo vītā periculo, laborantem adiuiuit. Primus Calendis Maijs gloriōsē mortis sortem excepit Neomagi

F. Antonius de Greef, domo Siluæducensis, annorum septem & quadraginta, viginti minus in Societate. Is cūm anno ætatis suæ quartodecimo, Philosophiæ datus operam ad Grudios abijsset, ceperit eum Diuina Bonitas sentim à curis fugacibus ad æternitatis studium auocare. Iam verò cūm ad firmandam constantiam suam, in aula Sodalitatis Partheniæ coram Beatissimæ Virginis Dei Matri Imagine voto ritè nuncupato, pudicitiæ florem Deo, Deiparæque obligasset; quiescenti per noctem ecce augustissimâ specie, beatissimoque lumine spectabilis eadem Cæli Regina suo se clienti palam ostendit, atque aliquandiu videndam incredibili benignitate præbuit. Quo viso mirificè recreatus, ac tantâ cælestium deliciarum copiâ perfusus est, vt æternæ vitæ gaudia degustasse quodammodo videretur. Hinc vitæ sanctioris desiderio accensus, cūm Philosophia cognitione sat esset instructus, vt bono rei publicæ se redderet opportuniorem, ad Theologiam se transtulit. Exactis eo in studio tribus annis, cūm res humanas plus in dies singulos, plusque fastidiret, ad ineundam Societatem, curandaque pro illius instituti ratione animorum commoda, mentem adiecit. In ea postea quām annos quinque politiorem disciplinam iuuentutem edocuit, sacerdos effectus, seque aliquantis per Mechliniæ varijs in Societate consuetis muneribus obeundis expertus, in Batauiam legendæ messi animarum, iussu Moderatorum, contendit. Leovvardiæ, Groeninge, Neomagi potissimum eius, & multò maximè frugifer. & fructuosis labor fuit; nihilque non grande, & arduum, Dei & animorum causâ meditabatur: vt eum adeò cum Batauicæ non satiarent ærumnæ, Æthiopicas, Indicas, Iaponicas, Sinicas voluntaret animo, & datis etiam ad Præpositum Generalem literis, earum sibi facultatem suscipiendarum depositeret expeditionum. Neque priuatis religiosorum decorum ornamenti, totoque interioris hominis cultu minus erat eximius. In rebus asperis, & duris, in sui contempnione, in afflictando flagellis, cilicijs, inediâ, corpore omnino princeps. Abhorrebat ab omni fastu; aspernabatur corporis cultum, omnemque illecebram rei mortalís; nec de se ipse quidquam splendidum sentire; neque alios, si quo modo posset, sentire pati. Quotidiana precandi, commentandique tempora cūm explesset, subseciua quoque

quoque & secundaria captare, dum opera proximis nauanda permitteret. Abducebat se magis iudicis à contagione corporis; atque è rerum omnium aspectu, in Dei cognitionem, anoremque suauissimè rapiebat. Dissipatis in varias curas, & negotia viribus animi, tanquam receptui canebat identidem; & iacularijs, quas vocant, precibus, hymnis, versibus, quos ad familiarem vsum in tabulas retulerat, Deo ritè supplicabat. Atque vt in Dei causam semper esset intentior, singulis Neomagensis oppidi vicis, vijs, compitis, Cælitæ tutelares singulos designarat, quorum opem rebus gerendis, dum per urbem cursaret, exposceret. Ut verò expertus est hand scinel eorum in periculis præsens, atque opportunum præsidium; sic operæ compendio, singulare quidpiam referre, quod meritò mirum, ac penè supra fidem videri possit, memorare consilium est. Anno seculi huius tertio vicefuno, sub horam noctis decimam, hoc est, alteram ante noctis dimidium, in publicum prodierat, ad nouum, in quo per dies aliquot oblitesceret, domicilium transiit. De his oblitæ niuibus erant circumquaque viæ, atque inde, vt fit, maligni aliquid luminis elucebat. Ad id agnitus ab excubitore milite, qui oblatam sibi ex inopinato prædam gratulatur, iniecta manu ferociter apprehensus est. Conclamatum erat, si humana præsidia quererentur, libertatis iactura; si modò vita per eam redimi potuisset, haud in ambiguo erat. Igitur ad diuina conuersus, interpretem votorum suorum adhibet Ioannem Berchmannum, adolescentem è nostris, cuius rerum præclaræ gestarum historia in medio est; quoque fuerat aliquando familiariter ysus. Neque incassum preces fusæ. Repente adesse visus adolescens promiso pallio, staturâ, vultu, ætate, Berchmanno simillimus, qui militem explicatâ fronte, ac blandâ voce compellans: Eia, ages, inquit, hunc hominem missum fac, & mihi, & multis Ciniis, apprimè notum. Eâ vultus, ac vocis mollitie ita fræctæ hominis iræ, ita demitigatus furor, vt è vestigio suerit Antonium, arbitratu suo, quoquod vellet, abscedere, neque ultra verbo, neque re yllâ læsum. Adolescent autem, quisquis ille fuerit, illico se abstulit è conspectu, & videri desit. Porro ne apud posteros, eæ res propter insolentiam admirationis amplius haberet, quâm fidei, diligentius ipsi visa est exploranda. Igitur adolescentes omnes Catholicos, qui suum illum vindicem referre quoquo modo posse viderentur, accurate singulos interrogare, id noctis, atque horæ ecquid in via alicubi fuerint, ecquid aliquem è satellitis manu vindicarint;

dicārint; neque quisquam omnium unus eius facti autor inuentus est: id quod Antonius coram duobus postmodum Episcopis Antuerpiensi, ac Rursemundensi ita gestum esse, sacramento legitimè testatus est. Ceterū ut apud Neomagenses hoc anno, Cælestium ope, captiuitatem euaserit, experiri tamen cum etiam aliquando vim, atque angustias carceris, ad exemplum tolerantiae, Deo collibitum fuit. Anno quarto & tricesimo volentis æui, cùm ad reuidentes postliminio Catholicos Groningam rediisset, incertum quo autore, quo indicio, in manus Magistratum delapsus est. Illicè in custodiā abripitur; in poedore, atque ærumnis agere, vt solet, compellitur. Sed amicorum charitas, consolato celeriter libertatis pretio, quantura profunda Magistratum hæreticorum cupido statuerat eum breui custodiæ exemptum assertuit.

Sed honestæ mortis ei occasio post alterum annum sic fuit. Tentarat Grudios miles Bataucus, vnaque Gallicus in eam expeditionem federati. Res infeliciter gesta est. Reductæ, quæ fuere, post cladem reliquæ copiæ Neomagum; è bellicis, vt usus est, ærumnis, siueque ac squalore militum, multiplices per autumnum, perque hiemem morbi exorti. Tum ea morbida vis in pestem versa per Ciues quoque haud paulò atrocius grassari cœpta. Alij super alios sterni; nec usquam visa maior vel morbi grauitas, vel laborantium, ac morientium numerus. Praecaram ea res charitatis palestram, atque inexhaustam laborum materiam tribus socijs eo loco in animorum cultu versantibus, ac potissimum Antonio nostro, dedit. Cùm enim intenti agerent, ne aut sanis salutaria viuendi monita, aut ægris opportuna in morbo solatia, aut morientibus necessaria ad migrationem præsidia defierent, erat in omnem partem versandus labor, & diurnâ, nocturnâque contentione operis, omnium necessitatibus seruendum. Quare cùm in continuos labores, & pericula magnis animis, & singulariæ vitae contemptu se dant, haustâ breui luce, & quod luctuosum rei Catholicae, ac peracerbum accidit,

ea confessim vitalia depascente, cùm datis ad Præfectum

Missionis vniuersæ literis, erratorum veniam sibi fieri

postulasset, haud multò post, omnibus Eccle-

sæ Sacramentis munitus, religio-

sissimè à vita discessit.

\* \*

## C A P V T      V.

*Neomagi præterea duo alijs sublati.*

Pro Theodorus de Longbe, proximus à priore Neomagi ad diem decimum Maij eadem cum illo causâ, parique morte ereptus est. Erat is domo Enchusanus, annorum quinque & triginta, altero & vigesimo ætatis in Societatem adlectus, Tornaci tirocinium posuit. Quo confecto, & per annos aliquot in Duacensi Collegio, Philosophicis, & Theologicis præceptionibus affatim instructus, ut in ijsdem publicè tradendis aliquando posse cum Societatis existimatione versari crederetur, Enchusam, rei domesticæ componendæ gratiâ, iam tum Sacerdos, profectus est. Ibi plerique Catholiconum Ciuium, eius modestia, suavitate, obsequijs capti, illum rei sacræ administrum, & animorum suorum cultorem propterarunt. Negari præfæctè non potuit, quod tam enixè petebatur. Verum ut primum Enchusæ momentum animis adferre visitatis familiæ nosfræ muneribus instituit, degenere nescio quâ simulatione nonnullorum, qui suis id rationibus alienum ducebant, eas in difficultates deductus est, quibus expedire sese non prius valuit, quam e*o* oppido, vel quiritantibus frustra Ciuibus, decederet, iussu Magistratum, quibus ad vincula deditus ab ijs est, quos cā re profecto, quia multò maximè debuit esse pudicum, ego non prodam. Igitur exatus è patria, Levvardiè primū; dein Silugducis aliquantis per consedit, donec Neomagum missus, anno non integro ibi fuit. Vir excelsi animi, & qui doctrina præstantiâ, virtutum splendore, morum suavitate, cum maturitate copulatâ, omnium animos sibi deuinciret. Erat ab natura præferuidus, atque ad iram pronus; sed cā animi altitudine vel primos eius impetus ita temperabat, vt habere in potestate, atque arbitratu suo premere, laxareque, vti rerum momenta poscerent, videretur. Eruperat aliquantò ante mortem, tribus quatuorue è Nostris adstantibus, nescio quâ causâ, in verbum paulò impotentius: sed eum die postero, ubi ad ante acta aduertit aninum, tanta incessit eius pœnitentia, vt modestissimo fenu animi veniam ignoscendi sibi fieri postulârit, spopoñeritque se poenas ab semet ipso haud quaquam leues, sed suo dignas peccato, repetiturum. Charitate in Deum, atque in homines tantâ fuit, quantâ, cum esse par est, qui Dei, atque alienę salutis studio rebus humanis vltro nuncium remisisset. Ea verò ipsa charitas

eum

eum in hoc optabile, & omni vitâ præstantius exitium impulit. Nam cùm in Hollandiam interiorem perficiendis quibusdam negotijs prosectorus Neomago discessisset, nunciatum illi est in itinere, deuotam Deo Virginem, spectatæque pietatis, cui à sacris confessionibus aliquamdiu fuerat, lue correptam, eo rerum articulo ipsius operam, cùm vita deficeret, adornandæ morti vehementer expectare. Itaque Neomagum continuò reuolare, virgini primùm illi, tum & P. Antoniō de Greef iam etiam affecto, alijsque ægris vniuersa Christianæ pietatis cùm solatia, tum auxilia præstare; vnde haustâ item paucis diebus cùdem lue, plenus officij & meriti, vitam honesto fine terminauit. Tertius ibi quoque naturæ concessit ad diem vigesimum Maij

P. Reinerus Brulus, oriundus è pago Nedervvert agri Silvadensis, annorum quatuor & triginta, emeritus vnde uicenos in Societate. Posito Mechliniæ tirocinio, seuerioribusque doctrinis cùm ingenij laude Louanijs perpolitus, formandis tironum nostrorum moribus, disciplinæque religiosæ firmandæ, Magistro corum socius & adiutor datus est. Inde gestâ quoque scholarum præfecturâ, & Ministerio Collegij, coepitus in pulpitum induci, eam quoque nostri muneric partem ita tractauit, vt non vulgarem dicendi facultatem, neque usitata naturæ ac doctrinæ ornamenta præferret. Ceterum ingenio lenis ac placidus, ad res gerendas nauus & impiger, cùm morum atque oris modestiâ fuit; vt quendam pietatis sensum intuentibus ingeneraret. Et his ille quidem Dei donis ornatus, quatuor professionis suæ votis è Moderatorum sententia ritè editis, hoc dénum ipso anno, in Batauicam Missionem destinatus, excolendis Neomagensibus primùm nauare studium iussus est. Haud facile dictu est, quām multos paucis mensibus Deo & Ecclesiæ reddiderit. In congresu quippe cum Hæreticis, seu consulentiū quæstionibus responderet, seu errores illorum

Catholicâ veritate reselleret, eâ vtebatur moderatione, vt nulli præsens fastidio, cunctis proficisciens desiderio esset.

Ceterum dum valentibus iuxta & ægris operam, vt par erat, impenderet, paucis diebus afflatus pestilentia, quām studiosissimè comparatus, æternitatem excutus est.

## C A P V T VI.

Heyssij. P. Ioannes de Hey sublatuſ.

**P**Ioannes de Hey, domo Brugensis, annorum sex & triginta, septem & decem in Societate, Heyssij, Catholico Cliuiz oppido, quod defluxerat Arnhemio, ad diem septimum Augusti mortem honestam oppetiit. Is postquam in Societate Philosophicis & Theologicis disciplinis excultus fuisset, & humaniores literas iuuentuti quinque ipsos annos tradidisset, factus Sacerdos, non unam nostrorum munierum partem cum laude tractauit. Hoc ipso autem anno ad nuncupanda ritè quatuor professionis suæ vota admissus, Arnhemium subinde, quod ciuibus visitatam nostrâ familiâ operam impenderet, allegatus est. Sed cum per æstatem, ut totâ Geldriâ, sic Arnhemij quoque grassari coepit pestilens, idoneam ei præberet experiundæ suæ charitatis occasionem, ita eâ nauiter ipse atque impigrè vslus est, vt longè lateque omnes per diuina remedia ab animi morte studeret eripere, seque metipsius in perennes labores, & cuicunque pericula, vitæ prodigis, animosè daret. Vnde haustâ & ipse lue, noua charitati victimæ cecidit. Cum primum se ictum contagione persensit, de adornanda vitæ clausula, vt pat est, sollicitus, è Neomagensibus socijs vnum euocauit, à quo consuetis Christianorum armis ad supremum certamen instrueretur. Inde ne cuius damno Catholicâ, in vrbe mors eius esset, Heyssium Cliuiz Catholicum item oppidum haud longè distans, secundo amne deuenctus est, ibique post octauum diei festi S. P. N. Ignatij, vt optarat, diē abiuit è vita. Funus eius insigni Catholicorum Arnhemienisum, qui eò confluxere, studio celebratum est, & in æde Parochiali per honorificè conditum.

## C A P V T VII.

Vnus Amersfortij desideratus.

**P**Iordanus Vuencem, ortus Amersfortij, Ultraiectinæ ditionis oppido, ibidem natali in solo ad diem tertiumdecimum Augusti vitam morte iterauit, septimotrigesimo ætatis, vigesimo initæ Societatis anno. Parentes habuit eius oppidi spectatissimos, ornatusisque. Societatem, reclamante frustra matre, & quælibus ciuiliati-

ciulatibus, lacrymis miscente atque incendente omnia, quod ipse videlicet ei esset liberorum carissimus & multo suauissimus, invictâ constantiâ capessuit. Tironum rudimentis Mechlinie politus, & consecto deinde Louanij Philosophiae curriculo, politiorem literaturam annis quinque professus est, haud pœnitendo auditorum fratre, cum in bonarum cognitione artium, tum in ornatu morum, cultuque virtutis. Inde Theologieis disciplinis probè munitus, & sacris instructus initis, antequam produceretur in aciem, & animorum commodis intendere iubaretur, matrem conciliandæ gratiæ causâ missus Amersfortium, ut matrem ad omnia Christianæ æquitatis officia pertinaciter primùm surdam, sic populares suos omnes, qui quidem Orthodoxi erant, mirè sui studiosos, & in omnem pietatem propensos reperit. Quâ populi benevolentia, atque animorum inclinatione victa quoque tandem mater, in gratiam cum filio rediit; & cum haud multo post in supremum incidisset morbum, eum adesse sibi voluit, ut migrantem animam visitatis Deo precibus commendaret. Porro eius in Brabantiam reditu, haud languidiora Ciuium facta sunt studia: sed cum de more Societatis, tertio probationis anno opportuna iuuandis hominum animis arma acuisset, Amersfortium legitimâ Moderatorum authoritate remittendus fuit. Inde sacris quâ concessionibus, quâ catechesibus rem Catholicam tueri, atque angere aggressus, haud facilè verbis explicari potest, quo bono animorum vtrasque illas Apostolici muneric partes tractârit. Excitauit quâ plurimos è peccatorum veterno: sed longè plures ad ardentiores Dei cultum incitauit. Abstraxit ab heresi propè innumeros tunc ipso in oppido, tum per agrum eius suburbanum: atque eius opera perfectum est vtrōbique, vt iam ex ipsis Christianæ ritę officijs Orthodoxi atque heterodoxi dignoscantur. Sublatę eo autore discordię, restinēta inueterata odia, tenuiorum cęstas leuata, pudicitia Deo à Virginibus vota; Sacramentorum usus postliminio reductus: prorsus Ecclesię decor & facies antiqua reuocata. Atque istiusmodi quidem erant ea, que publicè geregabantur.

Sed priuata quoque ritę ipsius ratio, domesticis admirationi fuit. Consuetum Societati tempus orandi, horam ipsam quotidie commentationi sacrę tribuere: somnum, ad quem naturę indigentiam pronior esset, sibi deducere. Abhorre fastum omnem & contumaciam. In familiari congressione lenitatem ita cum grauitate miscere, vt nihil neque de authoritate facilitas, neque seueritas de-

comitate detraheret. Vitæ asperitas, quæ religiose custos integratatis est, in eo eximia fuit; sèpè corpus afflicare, imò cruentare verberibus, & ipsa cubiculi paumenta suo sanguine tingere. Christianæ mansuetudinis, & magnitudinis animi exemplum illud singulare fuit, cùm in suspicionem perduellionis adductus in publicos carceres, & varia Iudicium tribunalia pertraetus est. A custodię præfecto vita eius Angelica; à Principe Auriacō, & Iudicibus, eius animi magnitudo mirificè celebrata est: ille Angelum nominabat, sed inter homines mortalem: hi non adornandis Catholicorum sacrī, sed militari ducendę cohorti natum identidem asserebant. Cūm verò culpe immunis deprehensus; absolutus à Iudicibus, & missus factus esset, ne subirasci quidem vñquam homini illi visus est, qui calamitatis eius autor extiterat. Adeò eius animo Christiana virtus insederat. Imò statuerat cùm animo suo, si nactus cum hominem alicubi fuisse obuiam forte in via, in amplexum ruere, agereque gratias, quod talem sibi tolerantia gloriam suo consilio peperisset. Hoc ergò virtutis potius, quam ætatis peracto cursu, cùm sœuiente etiam Amersfortij per zstatem pestilentia; ægris omni ope semper adfuisse, eadē tandem & ipse correptus, atque ad capienda laborum suorum præmia sublatus est, cùm septem prope modum annos Amersfortij rem Catholicam tam impigrè, fortiterque gessisset. Porrò vt eius mors bonis omnibus luctuosa, ita illius funus magnâ Catholicorum, è finitimis etiam oppidis confluentium, frequentia celebratum est, tanto omnium dolore ac sensu, vt eorum sepultus in lacrymis hand immerito dici possit.

## C A P V T      V I I I .

Duo Groningæ sublati.

**P**aulus Van Vuonē, ortus Hagecomitis, annos natus duos Se triginta, in Societate... prior duorum Groningæ decessit, ad diem quintumdecimum Augusti. Is heterodoxis natus parentibus, sed florente fortuna, ab ijsdem inter liberales artes, haud obscuris optimè indolis, & ingenij præstantis indicijs educatus est. Iamque animus erat, eo ad Iuris & Legum scientiam translato, rei suæ, familiæque locupletis olim vnæ decus parare atque præsidium. At ille speciosis vitæ fluxæ & fragilis blanditijs iam tum, vel in hæc, maior, abrupto post annum & sc̄squi, Iuris studio, ad rerum Diuina-

Dianarum cognitionem, occulto quodain impulsu se contulit; quas ut ex ipso veluti fonte hauriret, Geneuam profectus, ibi pestiferum eius doctrinæ virus, doctorum suauiloquentia, & orationis lenocinio conditum, ita in animum altè admisit, ut illud aliquando etiam ipse auctionari propalam, atque è cathedra nescientibus propinare, decerneret. Verum, ut erat ab natura factus quodammodo ad religionem & pietatem, demirari secum identidem, quî fieret, ut cum apud Romano-Catholicos tot essent in medio libri, qui Christianæ pietatis, & virtutum præceptiones proponerent, tam nulli eius argumenti suos inter nouatores extarent. Ea cogitatio salutis illi principium fuit. Etenim ut à libris illis suis abesse pietatem animaduertit, ad ipsos errorum Doctores animum mentemque, studio explorandi conuertit. Quos ut item vacuos esse pietatis agnouit, subuerteri continuò coepit, ne ab ijsdem quoque doctrinæ sinceritas, & veræ fidei integritas procul esset. Igitur è Gallia profectus in Angliam, obleruandi cupiditate, utralsque ad Academias, Cantuariensem & Oxoniensem peregrinatus est. Sapientissimos, ut eo loco, Doctores conuenit, audiit, allocutus est: eorum mores & viuendi rationem diligenter, accuratèque perspexit. Sed cum ne in illis quidem Christianæ pietatis, quidquam, aut Euangelicarum virtutum inesse animadueteret, suspecta iamdiu causæ magis magisque diffidere. In patriam ergo reuersus, Lugduni Batavorum inuestigande viam veritatis palam inire. Nostros, qui eo loco versabantur, identidem conuenire; fatigare varijs de fide, deque pietate questionibus; libellos ab ijs suppeditatos euoluere; quorum breui, quâ veritate, quâ sanctimoniam virtutis, ciuratis prauis opinionibus, atque animo ritè expiaro, in veram sese recepit Ecclesiam. Inde cum in cultum Catholicæ pietatis haud ille quidem legniter intentus ageret, coepit acrioribus à Deo stimulis intus vrgeri, & ad amanda, complectendaque Christi consilia, quamuis ardua, & vulgo humilia, vehementer impelli. Iam Societatem, quam esset expertus magistrum veritatis, habere in votis; iam illam animi summâ cupiditate completi. Vnum obstare, impotentem à parentibus, ceterisque necessarijs vim atque impetum, si quâ consilium ad eos suum emanset. Eapropter illis inconsultis atque ignaris in Brabantiam iter confessim intendit; ibique prolixâ Moderatorum voluntate Sociorum numero adiunctus est.

Religiose vitæ tirocinio probè posito, telsisque spiritualibus ad labefactandam hæresim obarmatus, in Ommelandiam, Insulam obiectam

obieclam Frisiz, mortalibus egentissimis habitatam viissus, immensam in eos homines charitatem, amore Diuini Numinis amentatam exercuit. Hæc illum sanis iuxta atque ægris, quasi seruitum, mancipabat, & morbis contagione serpentibus, inter ipsa funera obiiciebat intrepidum. Hæc cum ad agrestes, omnium propè rerum, inopia, & sacrarum etiam ignoratione laborantes potissimum instituendos impellebat: quorum culturâ atque institutione ita capiebatur, ut supremo in morbo, paucis ante mortem diebus, eorum salutis se, sicutque operam æternum, si modò Superiorum probaret authoritas, Sacramento deuouerit. Ceterum adulata iam æstate cùm euocatus ex agro ad muniendum ritu Catholico socium laborantem, Groningam accurrisset, eo viuis erepto, tueri tantisper eam stationem, & emortui iussus est expiere vices, dum è Brabantia eam in messem aliis subrogari posset. Sic ergo pax magnitudine atque alacritate animi omnem religiosi muneric partem aggressus, cùm iuuandis ægris, aucta non parum vi pestilitatis, potissimum cogeretur intendere, brevi quoque haustâ lue, mortifero septem dierum astu iactatus, demum in portum immortalitatis inuectus est. Erat in eo viro rara Diuinæ gloria, & salutis animorum sitis; iisque exaugendis non modò mortem gestiebat oppetere, sed Inferorum poenas atque incendia quoque tolerare. Adhac, mira in Societatem pietas. Ea morum, vitæque maturitas, vt & viuens amorem omnium, & vitæ functus sanctimoniaz sibi opinionem, ac nomen inter Orthodoxos pepererit. Tanta precandi, commentandique contentio, ut officiis per eam sux valetudini non mediocriter crederetur. Tanta humilitas & modestia, vt optare se diceret in stabulo, postquam deceperisset, humari. Et visa est Numinis prouidentia eius voluisse voto respondere, quippe cùm alio sepeliti loco nequaquam potuerit, ne mors eius, si fuisset per uulgata, Catholico hospiti damno foret. Eadem illa in urbe Groninga ad diem quartum Cal. Septembri occubuit

P. Henricus de Vrede, domo Brugensis, annorum sex & triginta, septemdecim in Societate. Nimirum is in lubrico ætatis flexu, ne facultatibus ingenij ac fortunæ, quibus abundaret, vt plerique mortales consuevere, per licentiam aut socordiam abuteretur Philosophiae spatium Duaci emensus, animum ad Societatem aduertarat. Secundum tirocinium, & traditas annis tribus literariz iuuentuti politiores disciplinas, Theologiaz partes illas, que de officiis rationibus, deque rebus religionis controuersis seorsim pertractant,

Antuer-

Antwerpiae quatuor annos edidicit; ex quo praeclaram iunandis agrestibus per Flandriam aliquandiu circumtulit operam, egregium & sibi & Societati, virtutis atque industrie nomen adeptus. Tum in gradum Spiritualis Adiutoris electus, Hollandicę Missionem à Moderatoribus additus est: ipse animum in partem eius multò maximè laboriosam grumnosamque continuò intendit, Ommelandiam, adhuc intractatam, atque omni propè spirituali presidio destitutam. Raro ab alio quoquam similis in arena plus laboris exhaustum, plus periculorum agitum, plus religiosę frugis è Diuini verbi semente, atque vniuersā nostrorum munerum contentione relatum. Obire villas agrestium difficillimis itineribus; cœtus quā diurnos, quā nocturnos cogere, ut locus ferret; dicerē ad multitudinem magno spiritu; tum consentibus aurem, confessis Diuinum prebere, conuiuium. Pernostare in malesartis mapalibus; vernaculo duri generis illius mortalium vieti ad integrandas laboribus vites uti; in tabula, duroe alio in strato quietem carpere; ut Euangelicam paupertatem, & contemptum opum, quem verbo predicabat, exemplo confirmaret. Itaque vulgo respondebat operæ suum pretium, & inducta passim in mores hominum pietas; renouatus sacerdotum mysteriorum usus; adducti ad fidem errantes, confirmati qui quis nutarent, repidi atque socordes è ferali veterno, quo torperent, excitari. Sanè quidem affine miraculo videri potest, sex ipsos annos agri Groningani partem omnem continuò concursantem, Magistratum, satellitumque semper intentos in eum oculos fallere potuisse, presertim cum insigni alterius oculi vitio sanequam notabilis, atque adeò perfacilis exploratu esset. Audiebat vulgo Sacerdos vnoculus; & assiduè agrum vniuersum perugatus, nihil aut perieuli proprioris vnuquam, aut molestię singularis percessus est. Ceterum eius profusa in omnes charitas: cō maximè tempore enivit, cum sub astarem huius anni laicè cœpit leuire pestilens; eum omnes animi neruos intenderet, ne cui ægro necessarij quidquam deesset auxilio. Obibat domos poste correptas, & vitiatum aerem, sui immemor, hauriebat: intrepidè morti se obijciebat, dum animis, si posset, omnium vitam adferret. Postquam & ipse infestus est, ne tum quidem suam cuiquam operam deesse passus, æger adrepebat ad ægros; superatā non semel per sudorem & vomitum, vel certè deminutā veneni acerbitate. Sed demum erumpentes sepius locis pestiferā lue, cum nihil iam vel ab animi magnitudine, vel ab arte reliqui remedij esset, malo cedendum fuit. Verbiū ita cessit,

cessit, ut fortis solent. Nam accurrens è vicino alias è Patribus, vt Ecclesiæ præsidijs moribundum instrueret, hominem reperit, non illum quidem iacentem in lecto, sed domesticâ in sellâ considentem ad mensam, calamo ac literis in subsidium ac solatium alicuiuspiam, vel eo rerum articulo, operantem. Ceterum ijs tot annorum continuatis laboribus, curis, incommodis, & nunc ipsâ morbi vi, adeò non modò libatæ vires, sed etiam fractæ ac debilitatæ erant, vt moueri loco, sine præsente periculo non posse censeretur, adeoque ipsa in sella ritè fuerit Christianis mysterijs imbuendus. Demum, ingrauescente mali atrocitate, multis datis veræ solidæque pietatis exemplis, extremum diem morte confecit, vir incredibili mentis exceilitate, & Euangelicæ paupertatis atque ærunnarum studio prorsus admirabilis.

## C A P . V T . I X .

*Vnus Cortraci; nouem Valencenisi emortuî.*

**S**eptem absumpsi Hollandica Missio varijs locis præstantes homines, vt memoratum est; deinceps reliquum Belgium persequamur. Cortracum, Flandriæ oppidum amni Lise impositum, uno capite immunitum est. Occidit ibi ad diem quartumdecimum Maij

*P. Valentinus Bisshop*, domo Brugensis, annorum ætatis quinquagenum, Societatis vicenûm senum. Is à primo ætatis macerando corpori, pietatique deditus, lupum aliquando per viam in silua occurrentem solo fretus Rosario, quod euoluebat, impavidus præteriuit, & expers mali. Castimoniaz in eo amor præcipius, quam & ipse studiosè coleret, & alijs colendi autor esset: deque ea virtute cum laude nescio quid elucubratus est. In Hollandica Missione diu rem Catholicam strenuè promovit, frustra coniuratis in eius mortem hæreticis; cum ipse pro salute mortalium nec labores, nec pestem, nec mortem denique non amaret. Valencenisi, quod oppidum est Hannoniaz cùm frequens, tum locuples, intercepti sunt non pauiores nouem. Primus ad diem tertiam Iunij

*Ioannes de Lefluse*, domo Malbodiensis, Coadiutor temporalis, annorum vnius & quadraginta, sedecim in Societate; vir placido ingenio, pacis & quietis peramans, & suorum Superiorum in primis obseruans. Is cùm incunte Aprili nauasset industrias suam

suam vni è fratribus nostris in suburbano pestilentia correpto; subinde comes adiunctus est vni Patrum, qui Ciues ægros inuiserat; quo in opere cum eum quoque lues affilasset, hoc vnum sibi dolere affirmabat, quod tam exiguo tempore in illa charitatis arena desudasset. Ei ad diem vnde uigesimum Iulij successit is, quem fuerat ille comitatus ad tabidos

P. Hubertus Bex; patria Dionantensis, septimo trigesimo ætatis, septimodecimo Societatis anno, in ordinem iam adscitus Spiritualium Aduitorum. In hoc munere pestilentium iuuandorum, cui se vltro addixerat, ita versatus est, ut vniuersitatem Ciuitati gratissimus esset, ob singulare benè de omnibus merendi studium. Vbi vim morbi, quem contagione traxerat, in se persenxit, placidè ad mortem sese composuit, illud identidem iterans, se magnoperè gaudere, quod tam bona in causa moreretur. Postridic Calendas Augusti decepsit tertius

Ioannes du Bois, domo ex agro Leodiensi annorum quinque & triginta, quinque in Societate. Eluxit in eo præcipue studium orationis, in Superiores obseruantia, fuga desidiae. Aliquot ante obitum diebus, flagranter institit, ut sibi copia fieret humi in stramine moriendi. Dic nono Augusti quartus obiit

P. Petrus Vanopstal, indidem oriundus, annorum quadragenum duum, vicenum in Societate, quam Doctor Artium Liberalium, & Iuris vtriusque Baccalaureus capessuerat; & in ea subinde quatuor votorum solemnem ediderat professionem. Deuouerat ille se iam pridem dicto sacramento iuuandis pestilentibus, si quando se res obtulisset, & Moderatoribus libentibus foret; & iam eò libentiùs captauit in præsentia opportunitatem, quod in patria medicum agere posset animorum, vbi parens ipsius egerat corporum curatorem. Tertiodecimo die, post eum diem, quo primùm eam curam suscepserat, luem contagione contraxit, ex qua mortem animo mirè tranquillo executus est, inter agendas Deo gratias, quod sibi pro fratribus animæ ponendæ copiam fecisset, interque ea verba repetenda: Ad cælum, ad cælum imus. Die primo, & vigesimo Augusti quintus excessit

Georgius le Maire, domo Masniensis, Coadiutor temporalis, annos natus vnum & quadraginta, septemdecimi in Societate; cui à feruore spiritus, & contentione laboris in imperatis officijs prima commendatio fuit. Duaci iam vni Sociorum tabe confecto adfuerat; vnde huc missus, ita se laudabiliter in formidoloso munere tra-

etavie, ut magnum sui desiderium reliquerit. Pridie Calendas Septembris extinctus est sextus.

P. Petrus du Chastel, domo Arienensis, uno quadragesimo ætatis; vnoquagiesimo Societatis anno, cui quatuor votorum erat professione deuinctus. Rheticam ille primum in Belgio; deinde Græcij Styrorum docuerat. Viennæ Philosophicas præceptiones; inde reversus ad suos Luxemburgi Theologicas de officijs explicarāt. Sed eum maior agebat impetus charitatis, quam qui posset istiusmodi functionibus obsaturari. Cum igitur in eunte Maio Valencenas esset à Moderatoribus amandatus, eamque urbem pestis invasisset, tanquam in destinatam sibi Divinitus prouinciam, intrepide alacriterque in luridorum curam sub Augusti medium ingressus est: habuitque tam celerem continuò, tamque uberem internæ suauiratis copiam, ut diceret affatim sibi iam tum esse satisfactum, eo vite expositæ pretio accepto; tantumque sibi eo placebat in munere, ut asseveranter P. Provinciali affirmaret, millenas se animas, si totidem vivueret, haudquaquam illi seruitio cunctanter oppositum fore. Septimus occidit die octava Septembris.

Christophorus Pennas, patria Dionantensis, Coadiutor temporalis, annorum quinque & quadraginta, trium & viginti in Societate; vir strenuus, & ad omnes Superiorum nutus promptus. Hoc ipse munus charitatis & ante sepius varijs in locis obiuerat, & iam cupidissime suscepit. Octauus eundem proximè subsecutus est ad diem duodevigesimum Septembris.

Nicolaus Plagues, domo Valencenensis, itemque Coadiutor temporalis, annorum trium & quadraginta, trium item & viginti in Societate; tam promptâ charitate vir, vt quoties nostrorum iuuandi regis expositorum quispiam valetudine quavis ab officio arceretur, ipse vices omnium promptè subiret; cuius obsequij, quamuis, vt videri posset, secundarij mercedem minimè secundariam accepit. Tanto fuerat euoluendi Sanctorum res gestas studio, vt cum abundaret etiam memoriam, sèpenumero à concionatoribus de id genus historijs in libri vicem consuleretur. Postremus agmen nobilium pugilum ad diem quartum uigesimum Septembris clausit.

P. Hubertus du Moulin, domo Leodiensis, in ipso ætatis flore. Nimirum Theologie cursum vix bene Duaci peregerat, quando hanc palestram alacritate maximâ ingressus est; in qua tantum charitatis studium ejecutus est, ut amori omnibus & veneracioni esset,

esset; eiusque passim virtus laudibus celebraretur. In eo candor animi singularis eluxit, & rara puritas; studium bene merendi de omnibus; excelsa, eaque acria desideria Diuinę glorię quā latissimè promouendę: zelus ingens animorum, quem antea quidem ille multis, varijsque locis atque functionibus, tum verò multo maximè Duaci prodiderat in excolendis teneris puerorum mentibus, quorum in Parthenia Sodalitate curam agebat: demum, celeritas atque alacritas ad capessenda cuicuimodi Superiorum imperia, eaque mira constantiā exaurienda, sicut in illo prēter vulgarem eximia.

## C A P V T X.

*Duo Bruxella, unus Audomari, quinque Hesdinij desiderati.*

**P**lusculos adhuc alios charitati litauit Belgium varijs alijs in urbibus; quođ ordine deinceps, vti cœptum à nobis est, referemus. Succedit prima superioribus Bruxella, regium oppidum, & Principum sedes. Ibi duo vitam profudere pro fratribus tabe yxatis; prior ad diem nonum Iunij

*P. Henricus Achterwryt*, domo Antuerpiensis, annorum quatuor & triginta, quartuor & decem in Societate. Is iam tūm Louanijs Theologicus cursum emensus cum prima doctrinę scholasticę commendatione, solemnibus eam thesibus erat propediem disceptaturus, sed urgente Belgium luis necessitate, multò maluit eam arēnam obscurus ingredi, quā suam publicā in luce ostentare doctrinam. Ingenti inprimis animo, Apostolicāque constantiā hoc munus aggressus, Lyrę, & Hallis feliciter obiuit. Inde Bruxellam, euocatus ad grauius & presentius malum, diebus duodecimi contagione iecus, immaturo nobis funere subductus est. Alter ad diem tertiam Iulij successit

*Georgius van Dick.*

Audomari ad diem undecimum Iunij creptus est

*P. Antonius de Noenhuile*, domo Paulensis in Artesia, annorum trium & quinquaginta, septem & viginti in Societate, gradum in ea sortitus Adiutoris Spiritualis, cuius penè omnia officia cum laude virtutis executus est; vir sui contemptu, charitate in alios, in Superiores reverentia, laboris & quorumuis incommodorum tolerantiā, pr̄fertim in Missionibns, egregiè clarus. Naturam

expertus est ab hoc charitatis officio maximopere formidoloso vehementer abhorrentem; sed eam tantâ virtutis firmitudine comprescit, vt latans ac gestiens prodieret in aciem, vnde paucis diebus viator exiuit. Hesdinum quinque extulit; primum quidem ad diem septimumdecimum Junij. Is fuit

*Bonus Le Riche*, domo Atrebas, Coadiutor temporalis, sexto-trigesimo ætatis, octauo Societatis anno; cuius in eo mirificus amor, vti & orationis studium semper cluxit. Munus autem istud ægris opitulandi animo tam latanti accepit, vt vbi se designatum à Superiori cognouit, gestire, atque effterri gaudio, neque se capere posse videretur: cuius sui tanti desiderij, gaudijque causam eam esse significabat, vt Deo possset eâ ratione, cui tot nominibus teneretur immolari; quiique parùm adhuc benè atque ex officio vixisset, benè certè atque officiosè moreretur. Itaque suscepit eam prouinciam obijtque tantâ animi alacritate, vt ex ipsis etiam oculis, incessu, totoque corporis habitu emineret, magnâ Ciuium admiratione atque applausu: nuncium verò mortis & eâdem alacritate accepit, & eam egregio pietatis sensu executus est. Eum proximè die uno & vigesimo Junij secutus est, cui socius ipse fuerat & comes

*P. Ignatius Gaillet*, domo Grauelinganus, annorum quatuor & trigesima, tredecim in Societate; vit in quo studium benè de omnibus merendi, atque abundantia charitatis veluti ab ipsa yidenter sita esse naturâ; semper opitulari necessitatibus omnibus, semper in procinctu esse; atque ad hoc mirifica facilitate morum, atque suavitate & sibi & Societati animos deuincire. Incredibili studio ineubuit in hoc ægris opitulandi periculoso negotium, omnium ille quidem: sed tenuiorum inprimis & obscurorum humiles concursando casas totâ die impavidus; vt eâ tantâ contentione conspectâ, & vehementer excitata sit Ciuitas, & eius ardorem summis extulerit laudibus; vnum illud à primo duntaxat reuerita, quod postea cecidit, ne nimio illo tam incensæ charitatis impietu, tam boni operarij studio ac laboribus nimiò citius orbaretur. Illi in opere, ac deinceps in ordine moriendi successit ad diem trigesimum Junij

*P. Thomas Derkinders*, domo Audomarensis, quatuor & trigesima natus annos, nouem duntaxat versatus in Societate, quam suis virtutibus non mediocriter exornauit. Inter eas fuit singularis integritas, Superiorum obseruantia, deipissio animi: sectari officia quæque vilissima, atque ad eadem se promptum P. Ministro liberar-

liberaliter offerre ; nihil de se elatè , nihil non honestè de alijs & sentire , & loqui : bene facere studere omnibus , omnes demereri ; exhibere se quibusque domo exentibus , si v̄sus esset , eomitem ; pernoctare apud ægros , solari moribundos ; denique per quam cupiens omnibus , quo loco , quoque tempore opus esset , gratificari operam- atque industriam suam : quo factum est , ut domi forisque mirè gra- tuis omnibus esset ; at suis discipulis multo gratissimus . In ista cha- ritatis arenâ præstrenuè versatus est ; cùmque extremâ Vnctione liniretur , in usitatâ quadam teneritate mentis ita se comparatum esse profitebatur , non libenter ut cā in causa duntaxat moreretur , sed centenæ si vitæ suppeditarent , eas se gratanti animo impensu- rum esse vniuersas : nequaquam sibi se quidquam indulisse , neu labori , periculoue pepercisse ; eupere duntaxat atque optare sese , eos suos cónatus benignus Deus ut acceptos habere dignaretur , sive que animulæ pauperculæ bono esse vellet . Quartus exceptit ad diem nonum uigesimum Iulij .

P. Nicolaus de la Vigne , domo Insulensis , annorum trium & triginta , in Societate quatuordecim ; cuius viri charitas , suique despiciencia maximum habuit eiusmodi iudicium , quod prius ipse paulò , quām mortem oppeteret , sibi semper in votis ita fuisse con- firmarit , vt etatem omnem in Societate tradendis pueritiae litera- tum rudimentis ; vel Indis , Iaponibus , barbaris quilibuslibet Christia- nâ doctrinâ imbuendis exigere ; vel denique pestilentiâ affectis ad obeundam Christianâ pietate mortem adiuuandis immori , sibi fas esset ; cuius extremi voti magnō suo gaudio , sed ingenti lu- stu Ciuium , quos sibi iampridem suis bonis officijs deuinxerat , compos effectus est . Postremus ibi occubuit ad diem duodecimum Augusti .

P. Guilielmus Tauerne , domo Bethuniensis , anno tricesimo etatis , decimo Societatis .

## C A P V T X I.

*Nouem alij varijs locis consummati .*

G Andauit , vrbe principe Flandrorum , ad diem vnde uigesimum lunij ex eadem arena migravit ad premium Martinus Bartelot , domo Casletanus , Coadiutor tempo- ralis , annorum quinque & triginta , quatuordecim in Societate ; qui

qui & altero ab hinc anno suam pestilentie sedandæ nauaræ industria, & incolumis in huius anni glofiam fuerat diuinitus conservatus.

Malbodium duos extulit, qui curandis militibus ægris quos à capta Capella pestilente malo afflatos eò deuehi Princeps iussuerat, religiosa charitatis officia præstabane. Prior occubuit ad diem duodenigesimum Iulij

*Pascchasius d'Aiuaille*, domo Luxemburgensis, Coadiutor temporalis, vir pacis peramans & tranquillitatis; sed labori iuxta & orationi maximopere deditus. Illi curando, pollinciendo, sepe liendo subrogatus est, & eadem haustâ contagione ad decimum diem Augusti occubuit.

*Hubertus Martini*, ortu Dionantensis, Coadiutor item ipse temporalis: qui ubi se lue pestiferâ contadum sensit; posthabitum confessum omnibus, atque in æternitatem toto animo intentus, totius vice noxas generali Confessione detergit, atque ex illo mortem intrepidus expectauit: quam ut aduentare proprius animaduertit, ne quid socio, vel morâ, vel labore, crearetur incommodi, curauit humum continuè tñfodi, in quam leui negotio vel inferri posset, vel injici: adeoque ut ad illud arduum charitatis officium, generosè se exhibuit, ita fortiter in eo gerendo mortem oppetit. Dionanti postridie Calendas Augusti decessit.

*F. Nicolans Vaccins*, indidem oriundus, annorum trium & triginta, denum in Societate; vir obedientie, & humilitatis, charitatis, atque omnis officij plenus: qui cum ardoris sui semper alias, pauperibus, ægris, cinibus, exteris, visendis, docendis, sublenandis; tum verò maximè pestilentia grassante specimen illustre dedit: nam ardente animo per vibem circumuersans, breuissimo tempore ad tercentum è Christi ouibus à suis pastoribus delitutas, Pœnitentia Sacramento lustravit, & cælo transcripsit. Hui, quod est oppidum in Condruisjs, Mosæ impositum, duo cecidere; prior ad diem septuagintadecimum Augusti.

*Pascchasius Halleux*, domo Clemodensis, Coadiutor temporalis, natus annos sexagenos quinos, tricenos in Societate. Is eam domum nostram ab ipso propè exordio varijs muneribus diligenter adiuvuit, quam laboris vbiique appetens, tam otij desidiæque fugiens; cibi parcus, sui contemptu validus. Vbi lues contagiosa nostros incessit, extrema charitatis officia libens ijs ipse, ac fortis exhibuit; quoque tempore segregatus à domesticis ceteris fuit, aliquoties

quoties ad iter aeternitatis leuius incundum, generali se Confessione ab impedimentis leuauit. Alter ad diem sextumdecimum Septembris à vita discessit.

P. Henrion Carlier, domo Atrebaten sis, duodequadraginta natus annos, circiter viginti emeritus in Societate, inque eâ Spiritualis Adiutoris gradu formatus. Is penè a puero in se duriter atque inclementer agere doctus, iam tum inediâ, vigiliâ, flagro, cilio, humi cubando corpus exercere consueuit, neque Societatis visu demitigatus vñquam vllâ sui indulgentiâ est: quamque innocentia, obtemperationis, obseruantia formam in tirocinio hauserat, eam ad vitâ finem usque mirabili constantia seruauit. Nunquam à suorum Moderatorum, Patrumque Spiritualium nutibus, nedum imperijs, vel latum vnguem reedere; eorum peridere ex arbitrio; eorum ductu moliri omnia. Ipse se contemnere, & planè pro nihil putare; vilissima quæque seruitia audiæ capere: cum egenis, obscurisque mortalibus cupidè versari; eos catethesi imbuere; sacramentis, consilijs, hocatu ad Christianam mortem comparare: denique omni ope ad illorum salutem & procuranda commoda eniti. Eos verè diuinos spiritus ab orationis assiduitate ducebat; cui cùm horas nocturnas complures, tñm diurnas omnes videbatur impendere. Vitam ille iam antehac iterum pestilentia Namurci obiecerat, & incredibilia charitatis insignia præse declararat, quorum vnum è multis illud à me non potest sine noxa haberi in præterito. Exundarāt amnis Mosa, & urbem proluvie obruerat; nullus cùm in cynibam nauta, pestilentia formidine, velle accipere, nullus ad ægros tramittere; nulla paterè pedibus semita, quis altè stagnantibus; adhoc frigus esse, & rigidum gelu: sed ipse nihil ea veritus, nihil moratus, laterum tenus algentes per aquas ingressus, ad feralem domum eusit, vbi ægro erat nauandum studium. Spectauere Ciues attoniti, & ardorem amoris, quem neque aquæ multæ restinguere, neque egelidus amnis obrueret, stupidi deprædicauere. Afilavit cum illa tum quidem eluvies, & aspersum tabe virulentâ prostrauit: sed cùm ope Diuinâ consanisset, Huum missus, ibi ad repetenda ciuidem charitatis officia, mirum quæcupidè, ardentiusque ferretur. Eorum foris ut facultas non foret, domi certè in manibus fuit. Nonnullos sociorum pestis illigarat; ijs ipse Sacramenta, atque alia talia salutis auxilia dum sedulò confert, morbum & ipse perceleriter hausit, & perbreui mortem executus est. Sed illam minimè quidem improvisam, cuius illi factum prius indicium

cum haud vana coniectura est. Nam antè suo Confessario, quām tentari morbo cōperat, adsuisse sibi vigilanti conspicuum in cubiculo dixit P. Guilielmum Bartier (is uno alteroue ab hinc mente, cū ageret Collegij Ministrum, contractā ab nonnullis ē Nostris peste, quos virulente febre laborantes procurārat supremis officijs, à vita discesserat) eundem sibi breuem denunciasse mortem, & suę consolacionis felicem vsum. Sic paulò post occupatus malo, Sacramentis ritè communitus, incredibili vultus atque animi serenitate, inter illa iteranda verba: *Latus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus; ex his tenebris in lucem bonam excessit.* Luxemburgi die quartodecimo Septembris hinc demigravit

*Ioannes Petri, Coadiutor temporalis, annorum quinquaginta etatis, vnde tricenū Societatis, Editui, Ianitoris, Præfecti etrorum muneribus officiō functus, animo, semp̄ ab obedientiam prompto atque alacri, & ad labores cuiusque generis indefesso. Is contantibus cum Superioribus, ecquid paratus esset Nostris peste laborantibus ad mortem usque seruire; vt erat animi excelsus atque constantis, Verè si moriendum est, inquit, ecquæ pulchior optari potest honestiorque mors, quām quæ charitati præstatur? Neque generosius ea dixit, quām fecit. Tres etenim primū curandos vñā suscepit, ac subinde quartum; quem ut extulit, atque humauit, aliquot dierum intervallo cādem peste, quam ab illis combiberat, interfecus est. Bethunia posterum diem, hoc ēst, quintumdecimum Septembris suā morte signauit*

*P. Nicolaus Dernillers, domo Atrebatensis, emeritis tribus & triginta etatis, tredecim Societatis annis. Namurci die septimodecimo Septembris excessit*

*Robertus Pecquereau, patria Hannonius, Coadiutor temporalis, quinque & quinquaginta natus annos, vnde tricinta commoratus in Societate; vir egregiè religiosus, annos ipsos viginti Ianitoris officio, magnā pietatis & modestiæ laude, perfunditus. Mirabilis patientia in doloribus corporis penè continuis. Crebra cum Deo consuetudo, studiumque precandi; parca verborum cum mortaliibus indulgentia, & cū imbecilliore sexu, cuius eo in officio frequens occasio atque necessitas, planè parcissima, cumque accurata sensuum castigatione coniuncta. Ultroncam ille dum Nostris duobus infectis operam exhibit, cādem contagione correptus, atque extinctus est; vti &*

**L**eodij 12. Oct. Ioannes Lianus adiutor.

**I**oannes Pyburnus, Coadiutor temporalis narravit P. Franciscus Lino, qui pro spirituali subsidio infectorum vitam suam exposuerat, fratrem nostrum Gerardum paulò postquam tibi consederas interierat, cubiculum ubi solus erat intrasse, tibiique ad ignem, sedenti assedit; quo spectaculo dicebat, et si nullam exterius prolatam vocem audiret, sensisse se interius moneri ut ad mortem se compararet. Itaque de anima tantum sollicitus, magnâ accuratione præteritæ vita noxas apud P. Linum depositus mortemque sine metu expectans, paucis post diebus peste extinxus est. Porro constanter adeo affluerabat apparuisse tunc Gerardum ut negaret si non eo tempore, ynamquam à se ysum fuisse.

**A N N V S M. D C. X X X V I I .**

**B E L G I V M.**

**S**Terilitatem victiorum uno duntaxat capite annus hic millesimus, sexcentesimus septimus trigesimus aboleuit; idque Cortraci in Belgio, ubi postridie Calendas Iunias, dum Ciubus lue pestiferâ vexatis opitulatur, mortem opperijt.

**P.** *Guilielmus Vander Meer*, domo Silvaduccensis, annorum quadragenûm duûm etatis, vicenûm quaternûm Societatis, & in ea gradu Spiritualis Adiutoris donatus; vir seuerioris disciplinæ studiosus; tantæque aduersus Deum reverentia, ut matutinam contemplationem, dum licet, in templo semper coram Venerabili Sacramento flexis genibus haberet; tam assidue in Christum Domininum pietatis, ut eius è cruce pendentis effigiem in cubiculo continentibus osculis propè detriuerit; tantâ in calamitosos misericordiâ, ut carcерum & Nosocomiorum pœdorem atque illuinem in delicijs putaret. Antwerpia iam antea diu atque ardenter adfuerat pestis vexatis; unde cum euasisset incolinis, hic demum ad præmium euocatus est.

## BELGIVM. CAPVT L.

*Duo desiderati in Belgio.*

**D**VOS eripuit hic annus octauus post millesimum sexcentesimum trigesimum Belgio, alterum oriens alterum peccati exiens: prior enim Valencenensis occubuit ad diem septimum Ianuarii.

P. Guilielmus Marci, domo Dionantensis, quatuor & sexagesima natus annos, in Societate quadraginta versatus, inque gradu collocatus Spiritualis Adiutoris. Enituit in viro zelus animarum, quem pueris instituendis, sustentandis egentibus, solandis ægris maximè explicuit. Scholam pauperum, quam ibi Dominicalem appellant, annos ipsos plusquam triginta procuravit, miraque ac multiplici industria vehementer promovit: eaque re totius urbis imos ac summos sibi mirificè conciliauit. Obedientiam, & demissione animi domesticis præluxit omnibus, promptus ad omne officium ex nutu Superioris. Adesse noctu diuque moribundis; ex tempore ad concessionem dicere; ægros adire promiscue nullo morbi discrimine. Sexpius verò à Moderatoribus ardentissimè flagitauit, ut sibi iuuandis pestiferis deuouere caput vitamque suam per ipsos fas esset. Et adeptus est, quod optauerat, præmium charitatis; dum rusticos in compitis sub dio iacentes, exhalantesque miserata animam cogit in horreum suburbanum, & utriusque eorum indigentia, tum corporis, tuta animi præstrenue consulit, instruendo, hortando, solando, mentes expiendo: nam lethales ibi spiritus ab infestis illis corporibus hausit, quibus breui extinctus est. Porro ei funus, & publicæ exequiaz à Magistratu decreta sunt. Alter ad diem tertium Decembri Leovardiæ in Frisia cecidit.

P. Vutlebrordus Van Heyden, patriâ Campinensis vir ad salutem animorum procurandam velut ab natura factus: infatigabilis in laborando; in dicendo ardens, egregius sui contemptor, atque amator crucis. Eius ardor non solam Leouardiam, & finitimatam vicinitatem, sed vniuersam propè Friesam complexus est. Annos fere duodecim, periculis omnibus superior, docendo, confirmandoque in fide Catholicos, adducendo Hæreticos, cum agrum exculto, diligentia incredibili. Ad extremum, eos plenus meritorum, cùm ceatum oloquistala languentibus è pestilentia, supra Salutis mysteria ministras.

ministrasset, ex vulnera à lue contracto, post quintamdecimam adu-  
stionem inauditā constantiā toleraram, edidit gloriosam animam,  
naturā p̄e magnitudine doloris fatiscente.

## GERMANIA. CAPVT II.

Vnus Berolini: quinque Praga sublati.

**G**ermaniam honestauit unus, qui medios inter Hæreticos occi-  
dit, dum ibi rem Catholicam, viri Principis autoritate  
fultus, clam procurat, & suæ fulgore charitatis illorum perstringit  
oculos, pertinaciamque castigat. Berlinum vrbs est in Marchia,  
Brandeburgica, eius Principis Electoris sedes & regia. Vt ebatur ille,  
quamvis alienus ab Orthodoxa fide, consilijs Comitis Schvartzem-  
burgici hominis Catholici, cumque ad primas suæ gratiæ partes ad-  
miserat. Postulauit ille à Moderatoribus nostris vnum sibi quempiam  
Nostrum dari, qui & sibi sacra procuraret, & veteris in Marchia pie-  
tatis, si quas fortè naðus esset, scintillas fuscitaret, aut certè nouas  
accenderet. Datus est illi

*P. Michael Vuetzschaver*, domo Fronlaitensis in Styria, septem  
& decem annos in Societate versatus; qui cum pro eo studio, quo  
tenebatur, iuandorum animorum, præsertim eorum, quos ege-  
stas, & fortuna tenuis exerceret, & obeundarum eâ causâ missio-  
num, ubi à Superioribus istam ad se deferri consperxit, p̄e gestien-  
tis animi gaudio lacrymis ofusus, tanquam Diuinitus oblatam  
genibus flexis, accepit. In ea expeditione quæ gesserit ad Dei glo-  
riam præclarè, atque utiliter ad salutem mortalium, distinctè explo-  
ratum non habeo: sed illud argumento bonorum facinorum est,  
Comitem Schvartzemburgicum summis eum effere laudibus soli-  
tum, proque eo sibi dato gratias Societati se debere maximas sepe  
testatum, non potuisse memoriam eius emortui siccum, expertem-  
que lacrymarum tolerare. Mortis occasio à pestilentia fuit, quæ  
cum graffaretur in Cives, ipse sui negligens, in eorum opem totus  
incubuit. Quatuor omnino & sexaginta Sacramento Pœnitentiae  
partim ab hæresi, partim à peccatis absoluit; grandis in obsita den-  
tis tenebris vrbe prouentus. Ab illis ipse lethalem animam hausit,  
& paucis diebus, Augusto mense, nondum explorato à medie-  
sublatuſ est vir ingenio, amicitate, dexteritate in Austria per-  
notus. Plus funerum hoc anno Praga fuit, quinque desideratis.

Forum primus ad diem quartumdecimum Septembris obiit

*Melchior Hoffman*, patriâ Silesius, Conduitor temporalis, annorum ætatis tricenâ, denum Societatis: vir ad omnem bonitatem, & morum religiosorum elegantiam formatus; multâ pietate, multaque modestia: per amans instituti sui, & ad omne officium, quam verbo promptus, tam manu fortis. Interim ipse, cum præstaret omnia diligenter, laudareturque ab omnibus eius industria, suam deprecari socordiam atque inertiam. In familiari congressu si quid cuiquam excidisset asperius, ut percomis erat, & bonarum facietiarum abunde plenus, ioco molliter iniecto stomachum temperabat. Nullum illi tempus vñquain otiosum esse; dies noctibus continuare peruvigiles, id ægris nostris, quorum agebat curam, si solatio, vel vsui foret: diurna pietatis officia si multitudo negotiorum pra pediret, nocturnæ quietis ea, somnique dispendio sarciebat. Igitur adulta Cælo virtus citò vindicanda fuit. Ab uno Sociorum, P. Georgio Aquitano, quem infra memorabo, cuique operam præstithit, viuis hausit, & horis non amplius quadraginta, Sacramentis perceptis, extinctus est. Secundum illum ad diem alterum & vigesimum Octobris mortem obiit

*Mattheus Schmied*, oriundus è Marchia Brandenburgica, Coadiutor temporalis, annorum triginta; decem in Societate, animo, & naturæ facilitate paratus ad omnia. Literas ille quidem, queis se solaretur, nullas sciebat; sed ab obedientia tantum hauriebat alacritatis, ut vitam præ parendi studio postputaret. Hinc Patri cuiquam socius ad pestilentes fuit, & duobus nostris luc correptis generosè serniuit à quibus & ipse veneno combibito, generali Confessione, atque alijs mysterijs instructus, ad mortem peruenit. Duos deinde abstulit vna dies, postridie Calendas Nouembrii; quorum alter fuit

P. *Iacobus Drabetius*, patriâ Nouodomensis in Bohemia natus annos quadragenos, septenos denos in Societate versatus, præstanti eloquentiâ vir, & apud concionem suam gratiâ validus, quem illi emortuum, atque à nostris clam & obscurè, ut mos temporibus est, sepultum publicis exequijs suâ in æde Parochiali honestâre, additâ comploratione. Animum eius nunquam aspera res vlla, neque pestis, neque hostis infregit. Tertiodecimo ab hinc anno tardis itecum, luridisque corporibus operam nauauit incolmis. Nuper agmen hostile Ghitzinium, ubi pio Curione tunc erat, infestum inuasit: ceteri noctis silentio salutem fugâ quæsiuerâ.

Ipse

Ipse latebrâ tantisper vsurus , dum rabies prima referueret atque relaxaret ; vbi tamen inuentus eductusque est , & equum iussus descendere , quo duram ad seruitutem veheretur , mentis atque animi summâ præsentia , ror equidem , inquit , à vobis me-minime abductum iri quando baptizandis infantibus ego Parochi partes hic ago : Eâ causâ barbaris illis atque hæreticis hominibus , sanè iusta relctionis eius atque legitima visa est , quippe quibus , præter Baptismum , nihil sacrum sanctumque est . Sic ille tunc quidem animi firmitate suam ibi mansionem obtinuit . Ceterum ab infirmo , cui dabant operam , virus afflatus bilit : quod vbi prospere sensit in viscerâ , generali se exhomologesi , ceterisque Sacramentis ad migrationem instruxit , & inter pios cantus ac Cœlitum hymnös , extreum spiritum triumphabundus edidit . Alter , qui eodem die secundo Nouembriis è vita cessit , fuit

P. Wolfgangus Silvanus , domo Tynhorffsouiensis in Bohemia , natus annos quatuor & quinquaginta , sex & triginta in Societate , inque ordinem Spiritualium Adiutorum in ea cooptatus ; vir qui & Missionibus obeundis , & dicendo ad populum , & gubernandis Collegijs abunde suam probârat industria ; & eam nunc vniuersæ Provinciæ rebus procurandis bene atque ex officio renauabat . Porro neque segnem cum morbus , neque timidum aut verentem mores deprehendit : etenim Ministeri partes dum explet sollicitè , & ægris ea præsertim officia præstat , quæ charitas suaderet , ac tempora , ipse ab ijsdem ægrimoniam contagione duxit ; cuius impetu cum superari coepit , arrepto Christi Cruce fixi simulacro . Isthoc , inquit , armatus clýpeo , cum animæ meæ hostibus depugnabo ; & vno , altero post die fortiter , uti dixerat , è vita discessit . Clausit hoc heroum agmen postridie Calendas Decembres

P. Georgius Aquitanus , ortu Silesius , duodequinquaginta natus annos ætatis , vnde triginta Societatis , cui se quatuor votorum professione illigarat ; vir Xauerianæ virtutis , atque ardoris æmulator . Hæreticos ille & Iudeos piâ inseigatione vexare ; illos indagare solertia , suisque è latebris protrahere ; horum insolentiam fraudesque retegere , & ab eorum malis artibus vindicare Christianos . Per omnia ferè nostri Ordinis munia suam egregiè commen- dauit industria , laborum , periculorumque contemptor impavidus . Per Silesiam , perque Morauiam expeditiones Christianas iauio suscepit animo , tametsi ab hæresi , quæ tunc omnia latè vexabat , multæ capiti eius struerentur insidia . Indefessus in adeundis , solan-

solandisque, quos aut inopia premeret, aut vis in custodia retinebat, aut vrgeret alia cuiquimodi calamitas. Et quanquam erat ille quidem alias durioris ingenij: sed cum ita moliebat, demitigabatque blanda charitas, ut hæc ab illa duritate solum acciperet impletum salutarem. Dederat ille iam etiam Glogouïe pestiferis operam; sed in hæc tempora sospes euaserat; ut ab ægris lue conductâ, simul calculi, colicisque doloribus exerceretur ad præmium. In hac ultima vita periodo, mirum dictu est, quam omuam illam naturæ deruisset acerbitatem; tanta in verbis suauitas, in moribus mansuetudo. Seiscitanti Præposito num suis ingratij Deo Conditori suo vitam redhiberet. Ego verò, inquit ore renidente, atque insolitâ, vultus suauitate, vnam hanc Deo vitam? O si miliones millionum suppeterent, vniuersas, sicut ynam, profundem. Itaque Sacramentis ex officio Christiano ritè perceptis, laetus edidit vnam animam, quam habebat. Funus ipsius lacrymis decorauitæ carceres, Nosoconia, tabernæ pauperum, quibus erogare, quæ à locupletibus, quorum valebat gratiâ, corrogârat, vita subsidia consueisset.

A N N V S M. D C. X X X I X.

B E L G I V M. C A P V T I.

Vnus erexit Montibus Hannonia, isque Nouitus.

**V**NICUM hoc anno seculi currentis unde quadragesimo celebavit Belgium, eumque suâ adhuc in disciplina tironem, sed animi constantiâ, virtutisq; robore militem veteranum, planaque triarium. Is ad diem sextum Ianuarij viator occubuit Montibus Hannonia.

*Martinus Entilly*, domo Atrebæs, nono ab hinc mense Societatis militiae autoratus; qui cum summâ suâ sponte iuuandum, curandumque vnum quempiam è Nostris pestilentia correptum suscepisset, tractassetque charitate præcipuâ, afflatus ipse quoque est halitu noxio, ardenteque febri conceptâ pauci diebus è vita migravit.

## GALLIA. CAPUT. II.

Duo in Gallia mortui.

**D**VOS extulit hoc anno Gallias alterum Vesontione in Burgundia, die vndeterigesimo Augusti; is fuit

P. Theobaldus Cleritus, inidem oriundus, qui dimidiata etatis suæ sex & quadraginta annorum, in Societate transierat. Obtulit ille perlibenter, nauauitque præstrenue suam operam patriæ laboranti, eandemque concepta ab ægris pestilentia, charitatis suæ exemplo honestauit. Alter ad diem nonum Octobris, Monasterij apud Tarantios Graiarum Alpium occidit.

P. Balduſar Belly, oriundus ex Allobrogibus Sebusianis, annorum trium, & quadraginta, viginti in Societate, gradum acceptus Coadjutoris Spiritualis. Agebat ille Camberij, cum apud Centrones; seu Tarantios, eo præsertim in oppido, quod Forum Claudiuſe fuisse creditur, dira lues passim omnia depopularetur, exiguæ spe solatij securum. Eam adeo ingentem Pater cladem miseratus, impetrata à Moderatoribus illuc cundi facultate, trium dierum itinere, calo maximè pluvio, ingenti ardore cupidissimè, aduolauit. Solidos ibi dies, noctesque solandis ægrotis, sepeliendisque mortuis occupauit. Hærebat illi iampridem altè concepta huius obcundi ministerij cupido in animo, vitæque eodem in officio edendæ studium, ex quo Lugduni anno ab hinc duodecimo, mensis ipsas decem eodem in periculo versatus, extinctis in eiusmodi opera plerisque Nostrum; ceteris eadem in procuratione pericitantibus, ipse unus inter funestas pereuntium serages intactus evasit. De cetero vir fuit omnis fructuosa occupationis studiosissimus ab omni otio desidiaque multò alienissimus; cuiusvis excogitanda industria, qua iuvaret mortalium animos, solers architectus; adhuc benda accuratus artifex & mirè fortunatus. Sed, quod est caput omnium, homo integrissimus, innocontissimæque probitatis. Quartum fermè ante annum flagitaret ab P. Mutio Vitelleio Preposito Generali fermentibus literis, sibi ut potestatem saceret opere suæ ad imbuendam infimâ Grammaticâ pueritiam æterno sacramento deuouendæ. Decimoquinto, quam Monasterium aduenerat, die viator in charitatis arenâ decessit.

*Tres desiderati.*

**T**RIBUS hoc anno capitibus in Bohemia stetit charitatis certamen. Duo Pragæ morte subducta sunt; tertium Nouæ domi. Et Pragæ quidem prior extremo die Septembris occubuit

*P. Henricus Müllerus*, domo Vratislaviensis in Silesia, vnde quinquaginta ætatis annis, trigesima emeritis Societatis, eidemque quatuor solemnibus votis ritè obligatus. Causa mortis eius istiusmodi fuit. Erant in suburbano stativa militum, quos dira illuvies miserabiliter deuexabat. Forum ipse tabernacula dum opitulandi, solandique studio, sollicitâ charitate perreptat, in aliquos incidit, ita suis natantes in sordibus, suâ ipsorum proluuie obsitos, ut cadaueribus planè germanissimos diceres. Ex eorum tetro primùm aspectu, tum pestilente afflato, horror, febris, interitus concitus est, sed triumpho charitatis. Alter Pragæ ad diem decimum Octobris excessit

*P. Ioannes Seelbach*, domo item Vratislaviensis, altero & trigesimo ætatis, tertiodecimo Societatis anno. Ille recens à studijs, & tertia periclitacionis experimentis confessis, ut eximij præfserret ardorem charitatis, ad Castra Cæsarea missus est, vt concionibus, Sacramentisque militares animos in officio vita, salutisque formaret. Idem id muneris, vbi Pragam reueclus est, ijs præstiterit, qui circum eam urbem in statiis præsidij considerabant, quibus illâ suâ periculorum contemprice charitatem, mirabile dictu est, quanto amori esset ac venerationi. Ceterum eius ardorem charitatis ea luculentius prodidit, quæ paulò post eam in urbem atrox incubuit, ac deseuist pestilentia. Tum enim ille continuò se vltro Superioribus stitit, & in eorum auxilium, quos illa contagio corripuisse, se obtulit. Neque animosior ante certamē, quam ipso post in certamine fortior esse visus est; nam Italico in Nosocomio segregatus à ceteris, obire omnia; dñi noctuque quoquod vocaretur, accurrere. Duodecimo, quam in palestram fuerat ingressus, die, ecce idem cum morbus incessit. Itaque confessim animum Sacramentis, corporis opportunis medicamentis instruxit: quibus cum ita pestilentia eum langleficeret, ut fugiens propè iam anima suo rursum in domicilio secura constiteret; neque tamén adhuc ipse pedibus stare, nedum ingredi ad ægros posset, de aliena magis quam suâ salute sollicitus, aditum ad se omnibus ægris esse voluit, quos alij ab se procul, metu contagionis,

gionis, habuissent. Ab illis itaque lethali rursus anhelitu violatus, ad celerem suæ charitatis mercedem vocatus est. Nouæ domini in eadem Bohemia ad sextum diem Octobris de medio abiit.

P. Philibertus Prey, domo Herbachensis in Bauaria sextotrigesimo ætatis, duodecimogesimo Societatis anno, & Spiritualis Adiutoris gradu potitus. Is obortâ pestilentia, dum se fidentius, familia-  
riusque, seu charitatis, seu corporis viribus fretus, ægris per-  
mittebat, iactus est. Vulneris ipse dissimulare conatus incassum fuit. Sed  
vbi se prodiit, iam extra spem curationis fuit. Igitur à vita post  
paulò discessit.

A N N V S M. D C. X L.

G E R M A N I A.

*Vnus Crumlonij extintus.*

**H**ic annus à condita Societate centesimus, seculi septimi decimi quadragesimus, uno duntaxat funere in hac charitatis exercitatione insignis est. Crumlouium in Bohemia oppidum est, ad Moldauë ripam, & fontes eius haud procul. Ibi cum grauis annus & pestilens aura copta grassari, per ignota atque obscura latè capita vulgo retur, nullâ virium aut ætatis curâ, eorum se in obsequium, obitâ prius vitæ totius exhomologesi, Moderatorum concessu, coniecit, in coque celeri morte ad diem sextumdecimum Octobris extintus est.

P. Franciscus Oellerus, domo Budvicensis in Bohemia, septem & sexaginta natus annos, undequinquaginta confectis in Societate, collocatus in numero Spiritualium Adiutorum: vir inde usque à primo constanti probitatis opinione, paupertatis studio, & salutis hominum tantâ flagrantiâ, ut sanctâ quadam impatientiâ con-

sueisset identidem in templum descendere, visurus ecquis ad salutem suâ vellet ope iuvari. Incredibile me-  
moratu est, quām impigre, supraque æta-  
tem se tabidis curandis impenderit;  
cuius eâ re desiderium sanè  
quām graue Ciuibus  
& molestum  
fuit.

## Glogouia duo sublati.

**P**rimus hic annus alterius seculi ab nata Societate, unus & quadragesimus post sextumdecimum à nato Salvatorem seculum, duobus in Germania heroibus clarus extitit, sublati in Silesia duabus Glogouia, quos in morbosorum opem charitas egerat. Prior ad diem sextumvigescimum Martij cecidit

*P. Georgius Brauerus*, domo Erfurtensis in Thuringia, duodecimquadraginta natus annos ætatis, vnde uiginti Societatis, Coadiutor in ea Spiritualis effectus; vitæ animo magno, & ad subeunda pericula, tractandasque rerum gerendarum difficultates prorsus imperterritâ libertate; cui verborum leporem suavitatemque, & dulcilem ad omnes Moderatorum nutus facilitatem ubi coniunxit, nihil erat adeò durum atque arduum, quod non ipse conficeret atque expugnaret. Sed vicit etiam illa sua excelsitate animi sc̄i metipsum; quando certetis deuitantibus discrimina contagionis, ipse suum decere propositum censuit, eadem illa ne meruere quidem ant reformatare. Igitur ægris ac moribundis frequens adfuit, opitulatus est; donec idem cum moibus absumpsit. Alter eum longo interullo die sextâ Decembris secutus est

*Ioannes Hanck*, domo Lignicensis in Silesia, Coadiutor temporalis, quem neque patria, neque Princeps, neque parentes ita prauis portentè, atque alienis ab orthodoxa fide errōtibus illigare, ut eas omnes aspernatus necessitudines, ad sinceræ veritatis lumen, quæ Dei est gratia, non respiceret. In Societate singularem præstulit animi demissionem, promptum obtemperandi studium, charitatis ardore in egregium, pietatem, orandi precandique diligentiam, & his omnibus consentaneam animi in aduersis rebus firmitatem. Castimonia illi semper summa cordi fuit, quam laboris assiduitas & desidiq; fuga muniebant. Libenter ægros, moribundosque Patrum comes inuisere; prōque sua conditione, rerum aeternarum ignaros studiosius edocere. Ex ea ad ægros itione lethale virus ab eorum squatore, pœdoreque hausit, quo paucis diebus confectus est.

ANNVS M. DC. XLII.

BOHEMIA.

*Vnus Iglausia mortuus.*

**V**NICUM extulit hic annus alter seculi nostri alterius, Iglausia in Bohemia, eumque exeunte iam anno; ad diem scilicet sextuna vigesimum Decembribus. Fuit is

P. Christophorus Frisch, è minori Glogouia in Silesia ortus, altero & trigesimo ætatis, quartodecimo Societatis anno; cuius votorum ferè summa fuit, Christianâ catechesi teneram informare pueritiam; rursum plebem; & seruitia quâ publicè pro concione, quâ priuatum domesticos intra parietes, pieatis erudire documentis. Contigit eâ in vicinitate militem Austriacum omissum, ab omnibus contabescere foedâ dysenteriâ; nemo vnu omnium audere accedere contagij metu: Parochum etiam nulla officij religio tangere, ut opem ei sacris mysterijs ferret. Igitur ipse depulsâ formidine conuenire hominem, expiare, Diuino epulo reficere, solari; atque ex illo ceteris agrotantibus impiger adesse, donec attracto ab illis toxicò, malignâ febri coeptus est agitari. Continuò Sacramentis supremis Ecclesiae, sacrisque liquoribus ad luctam oblitus, animo presente postulauit à Moderatoribus; humi sibi ut facerent moriendi potestatem, seque subiiciendi pedibus omnium pro suo merito proterendum. Deinde ut eum vis morbi ab se se abduxit, nihil identidem sonare aliud; nihil muginari præter Catecheticas suas illas lectiones; sed interim admirabili facilitate suorum in potestate Moderatorum esse, summâ obseruantia, obtemperatione summa. Ingens sui desiderium reliquit omnibus; cuius nimicum viuentis industria in agno commodo fuissent experti.

ANNVS M. DC. XLIII.

BELGIVM. CAPVT I.

*Vnus Leodij mortuus.*

**L**EODIUM princeps Eburonum vrbs est ad Mosam posita, sanc-  
quam frequens & celebris. Ibi cecidit gloriosâ morte pridie  
Cilendas Februarias

Edmundus Renard, domo Namurcensis, Coadiutor temporalis, trium & quinquaginta annorum ætatis, trium & triginta Societatis. Vir fuit qui cùm in omnibus suæ conditionis officijs præclarè rem gesserit, tum ad inuisendos maximè infirmos præcipuum illi studium fuit. Sed nulla maior illi commendatio, quam ab eo caritatis ardore, quo ad opem peste laborantibus ferendam incitatus est. Vicies, coque amplius, varijs locis, varijsque temporibus, Namurci, Montibus, Duaci, Atrebati, Insulis, ac postremò septies Leodij, ferali sese addixit obsequio, donec aurâ dænum funesta ex eo collectâ, claram pro charitate mortem oppetijs. Vbi diffidentibus Medicis, cum vñus è Nostris pro concione multititudini commendauit, ingens è vestigio & quasi publica comploratio coorta est, tam commodi capitis iacturam dolentium. Verùm ut è viuis creptus est, quâ quisque in illum voluntate fuisse dum viueret, apertius declarauere multorum plurima, eaque minimè obscura memoris & grati animi documenta. Primus exemplo ceteris fuit Parochus ad Diuæ Mariæ Magdalena, qui plurimis olim obsequijs suâ in parœcia ab eo præstitis ut quoquo modo responderet, adesse frequentibus iussis curialibus suis, solennes illi, solvit inferias, cantato, flitantibus Diacono ac Subdiacono, more majorum, piaculari Sacro. Eum simulati sunt Parochi ad Diuæ Aldegundis, & ad Diuæ Catharinæ; sed in eo fuere superiores, quôd adhibuere cantores, fidesque multiplices ad sacrum lessum, excitaue medio intemps mortuale pégma, & circùm multa funeralia, & multitudinem impendio frequentiorem. Ceterum adhuc Illustrius quipiam præstitum est. Conueniente triginta duo, quotquot: cā per ampla in urbe Curiones sunt, in æde S. Mariæ ad fontes, lugubribus à summo pannis atratâ, & pictis Societatis insignibus, sacro Iesu nomine (ut in Magnatum funeribus ibi solet) ex interuallo distinctâ, vndante densissimo populo, & Defunctionum Officium ab illis ritu consueto decantatum est: tum ex vsu Ecclesiæ solemnî ceremonia parentatum, Decano Curionum sacris operante, duobus alijs è primarijs, Diaconi, & Subdiaconi personæ agentibus; reliquis, corunque vñâ Sacellanis, Chori partes explentibus. Cumque per actis omnibus, vñus è Patribus eum Societati collaturi honorem ijs gratularetur; quidquid esset illud officij, tum suis votis, tum fratriis emortui meritis longè impar esse contestati sunt; seque vel eius vñus gratiâ Societati semper obnoxios fore. Demum ad ciumulum, nestio in triclinio, suo ære confecere silicernium, epulum, inquam.

inq̄um mortuale , cui Decanus , alijque vndeclim , cum Nostris omnibus adfuere .

## BOHEMIA. CAPVT IL.

*Tres tribus locis extinti.*

**T**Res totidem locis pulchro in certamine desiderati hoc anno in Bohemia sunt . Primus Cremstrij , vrbe Morauiae , ad diem octauum uigesimalium Februarij occubuit .

P. Jacobus Vveis , patria Nouodomensis in Bohemia , quatuor annorum & triginta etatis , decem Societatis , operarius in salutem hominum planè strenuus , quem nullæ temporis , aut exli iniurie , diu , noctuque , non ipsa vita pericula eo ab opere deterrent . Eadem animi firmitudine se coniecit in peste , ut eā laborantibus auxilio foret . Ibi mortifero halitu afflatus , Sacramentis instruxit animum , & inter ardentissimas ad Deum aspirationes , & inuidenda tolerantia , sive abnegandi officia edidit animam . Brunne in Moravia cecidit alter ad diem quintum uigesimalium Iulij

P. Petrus Maior , domo Pragenis , annorum quatuor & triginta , septem & decem in Societate , Coadiutorum spiritualium relatus in censem ; vir cui charitas , & ardor spiritus egregiam laudem pererē . Concionari , rudes imbuere catechesi , Parthenios cœtus excolere , vulgaria fuere ; sed ea flagris , cilicijs , oratione amentare , illi proprium fuit . Inopum tanta commiseratio , tanta cura , ut cum corum leuare penuriam stipe collectâ consueisset , Pater pauperum vulgo diceretur . Tot inter negotia caritatis , Incem contagio duxit à milite , cui dederat operam , cāque celerem moitem executus est . Deum identidem , & Deipara , nosque ingeminans Calites , & varias poenarum facies , quibus se cuperet vel fugientes iam animâ , vt consuerat , exercere . Multum eius funeri lacrymarum ab Optimatibus datum , atque ex illis quispiam illi suam selecceptam referre saltem gratâ memoriam palam fatebatur . Tertius ad diem octauum Decembribus Glatzij ex humanis abiit

P. Valentinus Vveis , domo Zuitaniensis in Moravia , duos circiter & triginta natus annos , quindecim in Societate ; cuius vita virtus & caritas , animique demissio vel eo uno argomento aestimari facilis est , quod in aduersariis ipsius , secundum obitum eius , conpertum est sancte constituisse eum pueros in triuialibus scholis , dum

dum ita Deo tamen & Moderatoribus videtur literarijs, & Christiane disciplinæ rudimentis, ut gratiâ plurimû ad id valebat, per omnem vitam informatum, & Magistris alijs, ut idem facerent, auxilio futurû: atque in eandem ipsam rem iam tum ille grandius quoddam opusculum linguâ vernaculâ, de Christianæ iuuentutis institutione fuerat elucubratus, orsusque alia consimilis stylî & argumenti compluscula. Ceterum eâdem amoris flagrantia dum ægris in nosocomio nauat industria, inde contagio morbum lethalem abstulit, gratam operæ præclaræ mercedem. Inter laborandum, interque agendam animam, incredibile est, quibus in Deum ardoribus ageretur.

ANNVS. M. D C. X L I V.

HUNGARIA. CAPVT I.

Duo Laurini; unus Posoni mortui.

**A**NUS hic nostri seculi quartus & quadragesimus tria nobis eripuit capita in certamine caritatis in Hungaria. Duo eorum Laurini cecidere alter ad diem nonum Iulij

*Ioannes Fleishman*, patriâ Scheilizensis in Franconia. Coadiutor temporalis, quatuor & triginia natus annos, sex circiter in Societate versatus. Alter ad diem quartumdecimum Nouembbris

*Georgius Gleckler*, domo Clagensurtensis in Carinthia, temporalis item ipse Coadiutor, pusillo in corpore ingentes animos versans, idoneus & promptus hilare, ac religiosè ad omnia, uno & quadragesimo åtatis, sextodecimo Societatis anno, per omnia propè sui gradus officia cum laude versatus; & quod ad præcipuum eius ornamentum pertinet, alterâ vice periculis vltro pestilentię oppositus, cumque ijs in quintum ferè mensem luctatus; vide tunc ille quidem incolumis, nunc gemine victorię laudem tulit. Posoni Calendis Octobris obiit

*P. Henricus Schelhorn*, vir verè religiosè amabilis oriundus è Franconia, annorum duorum & quadraginta, trium & viginti in Societate ad quam insignis Magisterio Philosophiq cùm accessisset, gradum in ea suum docendo, concionandoque sustinuit magno vsu.

## POLONIA. CAPVT IL

*Iaroslauie unus exceptus.*

**P**Laurentius Dolenicz, oriundus è Maiore Polonia, quinque & triginta natus annos, quindecim versatus in Societate, cùm se Iaroslauie in auxilium peste infectorum effunderet, ab ijs de mense Septembri ductâ contagione, ad præmium suæ caritatis euocatus est.

ANNVS M. DC. XLV.

## GALLIA. CAPVT I.

*Vnus exceptus Burdegale.*

**B**Urdegalz superiora decora caritatis in proximum, formidolis temporibus declaratae, nouâ laude cumulandi nostris hoc anno quintoquadragesimo huius seculi suppeditauit lues pestilentis: quæ ut primùm serpere cepit paulò evidentius, depoposcerunt à Superioribus Sexuiri vnum aliquem è Societate Sacerdotem, ad munus hoc æquè periculi & caritatis plenum. Datus est is, qui iam antea semel, iterumque pulcrum erat expertus discribens. P. Petrus Moury, qui latus atque alacer in certamen descendit. Ceterū ut ille vel in tertia dimicatione persisterit incolmis; at ille, quem habuit laboris & defatigationis socium, paucis post diebus quam nosocomium adierant, excessit è vita ad diem octauum mensis Augusti, glorioso exitu.

*Claudius Allaire, Coadiutor temporalis, qui ad vicinam mortem non modò non exhorruit; sed etiam lætitia gestij; quasi illud sentiret, non posse se honorificentiore clausulâ vitam terminare.*

## GERMANIA. CAPVT IL

*Vnus Viennæ, duo desiderati Hradity.*

**V**Ienna in Austria serpsit etiam hoc anno, ut plerumque solet, occulta primitum, dein etiam publica pestilentia, postquam senectus

semel incepit contagione vulgari. Occurseré Nostri de more, atque inter primos, is qui iamdudum in eiusmodi aliquam honestè præclareque moriendi occasionem peculiari studio comparatus intenderat, ad diem septimum uigesimalium Septembribus ea in acie vicit occubuit.

P. Georgius Ith, domo Passauiensis, anno xxiij. vnde quadragesimo, atque vnde uigesimali Societatis; quem ardor amoris in proximum eò iam antè perpulerat, ac abruptis Theologie spatijs, quæ pari cum suis æqualibus laude decurreret, suscepso maturè Sacerdotio, quæstum animorum literario suo impendio occuparet; neque aliena quidquam iudicia pensi duceret, qui scilicet ea ipsius consilia potius ad cogitationes degeneres, ut prona ferè sunt in deterius humana iudicia, quam ad excelsi, Deoque digni animi susceptiones reuocarent. Hraditij in Bohemia duo ad diem sextumdecimum Septembribus cecidere; alter

P. Fabianus Daubleski, domo Buduicensis in Bohemia, natus annos sex & triginta, septem & decem in Societate confectis; Aker

P. Ioannes Vuidra, domo Hulczinensis in Silesia, annorum sex & quinquaginta, quatuor & triginta in Societate, atque in ea gradum spiritalis Adiutoris adeptus.

### C A P V T   I I I .

#### Tres Bruna sublati.

**E**T Brunam in Moravia habuit hoc anno pestis infestam, nos bisque tria capita gloriösè subduxit. Primus ad diem alterum & vigesimum Octobris excessit è vita

P. Melchior Kankal, patria Policensis in Bohemia, natus annos quadraginta, vnum & viginti emeritus in Societate, & quatuor in ea votis solenni ritu nuncupatis ornatus; in quo viro, cùm humanæ sapientiæ, quâ præstabat, opes, longè à Diuinarum artium ysu & cognitione vincerentur, posteaquam Philosophia scholas triennio explicauit; ad informandos cælesti disciplinâ tironum Scolasticorumque nostrorum animos tralatus est; quam ille curram ita gessit, ut ad omne perfectionis officium, cùm idoneâ plurimùm cohortatione, tum verò multò maximè virtutum, & vite sux exemplis eos impelleret. Prima commendatio fuit familiaritatis

Diutinx,

Divinæ, à qua, cùm solus esset, nunquam esset otiosus; tamque  
omisso ab rebus humanis animo, vt sèpè quid circùm se se gerere-  
tur, imprudens omnium esset atque ignarus. \*Proxima cura, Dei-  
paræ cultus & obseruantia, cuius coronarium ille fertum, quoties  
è cubiculo exiret, manibus atque ore velsaret; cuius pernigilia,  
festorum inediâ vespertinâ, dies Sabbati celebraret incoenâ, Obe-  
dientiam in prima perfectionis apiscendæ parte cùm diceret, nihil  
illi non amplius esse neque pretiosum, cui voluntas Moderatorum  
aut nutus premium addidisset; adeoque & multa simul & vana-  
complecti, aspera simul & humilia hæc atque hilariis aggredi;  
suamque alacritatem in alios etiam exemplo transfundere, quo-  
quid incubuissest Maiorum autoritas, sèpè ad socij Procuratoris  
partes obeundas lese deuoluere, tantâ diligentia, tantoque gaudio,  
vt sui quodammodo vel socors, vel immemor, auriga quispiam,  
aut custos pecorum, nisi cultus obstareret, credi posset. Hisce mo-  
ribus etiam conguebat corundem Superiorum reverentia; eorum  
vbique tueri dignitatem, authoritatem commendare, si quid aut  
parum ex officio, aut etiam ab ijs perpetram esse gestum videri  
posset, id ipse quam optimè interpretari, quamque exquisitissimis  
posset argumentis defendere. Nunquam ille commoueri animo,  
nunquam stomachari, ac ne subirasci quidem, nisi cùm quem-  
piam cerneret, haud eam lute ad Societatem vocacionis, quam  
deberent, existimationem præsesferre. Nunquam animi sui op-  
ibus, nisi præclarè, atque ad quæstum animorum utri; neque  
tamen aut placere ipse sibi, aut aliorum facta postputare præ suis.  
Omnes habere in pretio; idem omnibus honoris & caritatis im-  
pendere. In cultu corporis, atque vtu rerum, nihil sectari elegan-  
tiae, nihil admittere. Ad ferendam proximis opem præstò semper  
esse, ijsque libentiūs, quos aut inopia rerum; aut Christianæ do-  
ctrinæ inscitia fatigaret. Hinc audiè rusticorum Confessiones ex-  
cipere; illis instruendis, erudiendisque cupidè operam dare. Ipse  
accersitus, confessim accurrere; sèpè accersitis alijs socium lese-  
præbere. Atque hæc eaimuerò illi occasio mortis præclaræ fuit.  
Nam Procuratori Collegij comes additus, vt quos pestilentia ruri-  
degentes incesserat, eorum animis per extrema Sacra menta sup-  
petias iret; ipse non multò post ab ijsdem illis virus contagione  
duxit, quo gliscente in præcordia vix octo diebus consumptus est.  
Sed in acutissimis illis morbi doloribus incredibili solatio fuit spe-  
cies atque adumbratio quædam Christi Domini sue, nascientis;

sicut emorientis, cuius egestatem, ærumnas, destitutionem exequi planè visus est. Nihil ad incumbendum suppeditare, nisi sceni pauxillum, & vestes, quibus erat induitus; nemo, qui necessaria præberet, nihil eorum, quæ necesse atque vsu forent; quod præberi posset: non medicina, non cibus, non habitatio, nisi peruia ventis casa, foedaque illuie, quam Suecus miles orbam & vacuam post se reliquistet. Sed in ijs rerum angustijs, atque in ipsa morte, risu, verbisque suauissimis animi sui gaudia testabatur.

## C A P V T      I V.

*Reliqui duo Brunii demortui.*

**P**osterio die, post eum diem, quo Brunus mortem p. Melchior Kaukal occubuit, hoc est die tertio & vigesimo mensis Octobris, alter eorum trium excessit è vita, quos designâram capite superiore. Nimirum is vtrò Superiorem adiit, potestatemque sibi fieri flagitauit, hominis pestilentiaz contacti solandi, expiandique, cuins ipse vel vnlus salutem, quæ charitatis eius erat flagrantia, longè haberet ante vitam suam. Iuit, assedit, solatus est: Domum reuersus, initia grassantis in viscera veneti, quod hauserat, continuò sensit; ab aliorum se vsu segregauit; omnes à se procul habuit, ne cui sua curatione noxae aut malo foret: odo dies cum morbo vehementer severo constanter, ac sine questu confictatus, demum Sacramentis instructus de medio cessit. Is fuit

*P. Tobias Lanb*, patriâ Nouodomensis in Bohemia duodecimdragesimo aetatis, vno & vigesimo Societatis anno, cui se quatuor votis solemniter obligârat, operarius planè bonus atque impiger, qui que multa & magna silentio gereret, fruatus, quam lucis & laudis, audior. Candor in moribus, atque simplicitas ea ipsa ad extremum adhucrescere, quam à primo combiberat in tirocinio. Sed ea simul coherere prudentia, ut omnium attemperatè ingenio, pro concione sic vitia, carperet, vt corriget; nec abalicheret; in ysu, familiarique congressu, nullo gentis aut naturæ discriminè, morum suavitate, & testificatione benevolentiaz quorumcunque animos demulcere. Moderatores suos impensè reuereri; eorum existimationi, vbiunque res ferret, operose consulere; etiam in aliorum causâ, semper seruire charitati: si queimpam sibi ysis est verbo peruellisse, ut humana habentur, ante reintegrandas gratias.

gratiam, quam capere quietem. Pauperum, & maximè Scholasticon  
tantis amor & cura, ut nomen ei Patris pauperum inde par-  
tum sit; eos fouere corrogatis auxilijs; eos cuicuimodi industria  
promouere. Illud ad memoriam insigne, vel in re tenui, visum  
est: Brunam circumuenere Sueci senes, iterumque; sed iriti sua-  
rum machinationum, obsidionem soluere subacti sunt: altera hac  
vice noster in castra Suecorum deserta correpsit, pennas altilium  
operose collegit, quas ad usum scritptionis in suos dein alumnos  
dispertitus est. Ad hanc, egentiores illos, quos in torpida fortunæ  
vel conditionis obscuritas arceret ab honestiorum coitione ciuium,  
eos ipse diebus eximijs, cum infrequentior esset ad Sacra-  
menta ceterorum accessus, peculiari studio, voluptateque sacris mysterijs  
procurabat. Ad extrellum nescio quoniam, sive præfigio, seu Di-  
uinitatis instaru, paucis diebus ante mortan illum, qui supremus  
illi atque fatalis extitit, Confessarium supplex orauit atque obte-  
status est, sibi ut pœna loco pro peccatis admissis injungeret fori-  
carum communium expurgationem; id sibi ad insigne solatum,  
& quæstui magno fore: sicque comparatus ad mortem est. Postre-  
mus ad diem sextum Nouembri Brunæ demigravit

Ruperts Lauchner, domo Salisburgensis, Coadiutor tempo-  
ralis, vnde triginta natus, quinque in Societate versatus annos, sed  
cā morum innocentia, cā puritatis Angelicae gratia, ut esset amori  
omnibus & voluptati. Multum ille versari cum Deo, multum cum  
Deipara, alijsque Cælestibus; & quidquid ab negotio temporis esset  
reliqui, id omne vel precationi tribuere, vel piaz cuiquam lectioni.  
Tantus erat Diuinitatis amor atque cupiditas. Superiorum iussa  
reuerenter, demisèque et pessere; integrè a laetitiaque perficere.  
Ianitoris officium, frequente familiâ sanèque laboriolum & inquietis,  
duobus ipse cumulabat charitatis officijs, quæ tametsi videt cui-  
quam possint exigua, quoniam habebant assiduitatem, quanta ca-  
sunt, quamque digna memoratu, poterit, si ambigatur, experiundo  
cognoscit: alterum est, socios exituris Patribus quartitare per do-  
mum, alterum, egenis in annona difficulti magno numero conuenien-  
tibus comparatas per industram, conscijs libentibusque Superioris-  
bus, eleemosynas in vietum impendere; tum ipse quotidie condire,  
coquere, conserre, diuidere. Tolerantie crebra materies; neque  
eivnquam ipse deesse visus. Semper sui, atque iræ potens. Plenus  
officij, plenus in omnes studij atque operose charitatis, & cum res  
poteret, opis paratæ. Vide præclarum tacinus istiusmodi. Pestilentia

diu per urbem palabunda, tandem etiam in Collegium penetrauit, & paucis diebus aliquot sociorum capita illigata corripuit. Ibi tum iste noster à Moderatoribus supplex, & genibus nixus expertus, ut eorum seruitio dederetur. Deditus est; seruuit; euasit; autem puriore lustratus est; rediit in Collegium: integrascit malum; integrat ipse charitatis industriam; & diu noctuque in omnes ægrorum nutus intentus, nihil eorum, quæ posset ipsis esse solatio, in præteritis relinquere. Compositis omnibus, ipse fuitrus extreum funus, accepto ab ijs veneno procubuit. Ibi erecto in Deum animo agitare; ibi suæ sibi ægritudinis, suorum cruciatuum, mortis causam gratulari; si consanesceret, iterum velle, iterumque experiri, donec eodem illo in opere faciendo supremum esset spiritum executus. Igitur expiatis generali Confessione vitæ totius anteaæ peccatis, & ignoscendi venia per interpretem à socijs in triclinio postulata, prænuntiataque Patris vnius periculosâ, sed innoxia demum ægrotatione, plenus gaudij, & dulcium lacrymarum, à vita discessit.

ANNVS. M. DC. XLVI.

B E L G I V M . C A P V T I .

Sex Dunkereæ, duo Ipris, mortui; unus Armenteria.

**D**unkeream & Ipras, utramque Flandriæ civitatem, maritimam alteram, alteram mediterrancam, male habuit hoc anno sexto & quadragesimo currentis seculi pestilentia. Et Dunkereæ nobis quidem erepti gloriose in opere charitatis seni sunt: primus die vigesimo Iunij

F. Iohannes Vanden Broucke, domo Gandensis, altero & trigesimo ætatis, quintodecimo Societatis anno; negabat ullum sibi diem unquam illuxisse iucundorem; cumque se ipse sacro Viatico instruxisset, voto sibi fanciuit missionis cuiuslibet, quamvis laboriosæ, Moderatorum arbitrio, necessitatem. Extremis horis abnuit sicut, quæ ardebat, oblatâ potionc leuare, quod suo, ut aiebat, Christo morienti se proprius assimilaret. Spem Mexicani martyrij, quod iam peroptato fuerat designatus, breviore quadam martyrij imitacione compêdio domesticæ charitatis adeptus est. Secundum illum gemini ad diem decimum Iulij alter ad yndicimur alter, cecidere.

Daniel

*Daniel Van Dyck, &*

*Ioannes Santfort*, vterque domo Silvaducensis, vterque temporalis Adiutor, & ministerio Coquus; prior quadraginta, posterior nouem amplius natus annos; ille quindecim; ille unum & viginti emeritus stipendia Societatis incredibili vterque mortiens voluntate perfusus. Die vero octavo Augusti mortem oppedit.

*P. Michael Nielant*, domo Gandensis, annorum vndetricinta, nouem in Societate, recens à tertia periclitatione, & die septima Septembris

*P. Joannes Balendenk*, domo Neomagenis, annorum quinque & triginta; vnde in Societate; qui ubi de sua vita conclamat iam esse intellectus, agra membra erexit in genua. Deoque pro tam felici morte ardenter gratulatus est. Ponē hunc postremus obiit die septimo Octobris

*P. Paulus Hentin*, ortus Bergis S. Vvinoci, annorum triginta, & nouem in Societate; qui cum ardentissimis precibus efflagitasset à Moderatoribus pestilentium obsequium, ut Indicti Missioni sibi iam decreta proluderet, sub mortem testatus est misericordie gaudere se huiusmodi gloriam hic ab se inuentam, quam in Indijs fortasse frustra quæsisset.

*P. Gerardus Carbonel*, domo Cortracensis, annos natus sex & sexaginta, quatuor & quadraginta emeritus in Societate, gradu insignitus Spiritualis Adiutoris quem nec etat, neque periculum, neque ipse iam lethalis iactus arcere ab animorum studio potuit; adeoque deserta luxu publico Civitatis mors eius fuit. Presterat eadem hanc operam Rursemundæ olim, sed in alteram hanc gloriam assertuatus fuit. Eum post paulò die nonū Augusti secutus est

*Cornelius Herles*, domo Hagheusis Comitam, Coadiutor temporalis, uno & trigesimo etatis, nono Scieratis anno. Armentariae oppido item Flandriae, sed Gallicanæ, Lise anni imposito, cum pestilens moibus ad sex numero circiter millia capitum susulisset, post aliquantam nauatam operam, diem extremum obiit ad quintum vigesimum Septembris

*Henricus Minet*, domo Leodiensis, Coadiutor temporalis, annos natus sex & triginta, nouem peratis in Societate, qui cum sub initia grassantis contagij, vlerò se Moderatoribus a leam seruitiis aleam obtulisset, compos effectus optati sui, pestilentiam & ipse concepit; sic tamen, ut eius superatè violentia, lenta ac maligna febre iuge relicta consumpcus sit.

## GERMANIA. CAPVT II.

F. Paulus Cyriannus Cilia extinxit.

**E**xtrémæ ad Croatianam Styriæ oppidum est Cilia, S. Maximilia-  
ni Laureacensis Antistitis ortu iuxta & martyrio nobile. Nul-  
lum ibi Societati domicilium, aut sedes; sed illac vltro citroque spè  
Nostræ commare, & noti esse. Vnu venit vt oppidum hoc anno de-  
popularetur infanda lues, nulloque vindice grassaretur impine ipsa  
capita miserorum. Ea calamitas Intimo Cæsarlis, ut vocant; Con-  
cilio Græci curæ fuit, vt eius summa per eas Provincias prouisio  
est. Ergo Rectorem Græcensis Collegij requirere, publicæ vt ne-  
cessitati per suorum aliquem suspectas ferat; id. exigere tempora;  
id' charitati Societatis toties experta consentaneum esse, atque of-  
ficijs consuetis congruere. Deposicit eam sibi prouinciam arden-  
tissimo studio, inque ea procuranda vitam prodegit ad diem quin-  
tumdecimum Octobris

**P. Paulus Cyrian**, domo Tigravienis in Hungaria, duos & tri-  
ginta natus annos, septem in Societate, postquam ad eam postlimi-  
niò rediit, emensus; nam id etiam memorasse, haud eius existimatio-  
ne reor alienum fore. Nimirum igitur is in Societatem cùm ab ado-  
lescentiulo fuisse ingressus, a tatis imbecillitate, & quadam inde exor-  
tâ mōrum seu levitate, seu inconstantiâ, vocationis, susceptique pro-  
positi naufragium fecit, segregatus ab Societate Leobihob quandam  
cum a qualibus suis mox in levitatem modestiæ nostræ aduersam, se-  
ductus potius quam seductor. At ubi paulò post reuersus ad semetip-  
sum, & velut à toriore, qui obuiuebat expergefaci us dispendij sui  
magnitudinem reputare cum animo suo instituit, contentissimè redi-  
tum in Societatem flagitauit. Res aliquamdiu prolata in dicim: tan-  
dem reditus eam in conditionem concessus est, si vellet ad sue virtutis  
constantia que periculum, in Transilvania prius & Valachia Gram-  
maticæ scholas pueris explicare. Accepit legem ipse non perlubenter  
duntaxat, sed eis etiam integritate atque constantiâ prestitit, vt se plati-  
nè dignum Societate probarit. Itaque rursus in titricimum admissus,  
eoque confecto, Theologicæ studia cum laude persecutus, & lingua-  
rum Latinæ, Hungaricæ, Germanicæ, Slavonicæque peritus, in eam de-  
scendit charitatis arenam, in qua pristinæ huc levitatis damna pen-  
saret, & suas sicut illas virtutes, quibus inter alios enitebat, comi-  
tatem amabilem, perfacilem in rebus vel præmium arduis obedien-  
tiæ,

tiam, discipline studium, gratificandi alijs voluntatem, pietatem aduersus Deiparam inediā Sabbati testatam, spiritualium exercitiorum accurationem, aspera tolerandi pro Deo cupiditatem, aliasque complures, veluti coronaret. Et natus est enim uero campum industrie suę peropportūnum.

Incesserat nescio quę mala de nostris hominibus eos mortales opinio, ad quos ipse tanto suo discrimine iuuandos ibat. Hinc eius aduentus videri grauis, neque vlla benevolentię signa preberis nulla cibi, teatue opportunitas, nulla hospitiij iura seiuari. Sed Paulus, vbi semel omnia post eorum salutem putauit, nihil eam acerbitatē animorum, nihil immaturitatem moratus est. Domum occupauit, quam pestis vniuerlam paulò aptè vacuauerat, nudam supellestilis, atque omni prorsus apparatus desettutam. Vixus, panis cibariu-, ex ipsis ferè pestiferis corrogatus: pro lecto stramen; somnus inquietus, & vicinitate cœmeterij pestiferis corporibus obsiti, vix vñia discreti spithama, formidolosus: labores diurni continuati nocturnis, pertenui cœnulā interstincti. Ipse nunquam secundis rebus letior, quam hisse aduersis esse visus. Vnum obstabat multò maximè ipsius conatibus, nostri nominis seu horror, seu reverentia, cum eq̄ coniuncta mentis errore, quod in animum certā persuasione induxerant, nullas fieri posse ratas admissorum Confessiones extra consuetas quatuor Temporum ferias; quęque tum fierent, eas ad abolenda quoque post patranda flagitia prepollere. Hinc fieri nimirum, vt vel illo supremo vite tempore perpauci Nostros ad opem desperatis r̄bus accident. Id Paulus simul atque certum, compertunque habuit, quā publicis, quā priuatis cohorationibus omni ope corrigerē conniti; flagitare ne se peini quidquam haberent, sed tanquam suo prorsus vterentur vt verna; lalutis ipsorum vno se studio aduolasse: hanc vnam sibi laboris mercedem depecisci, vt suum obsequium gratuitō, proque ipsorum arbitratu ab se nauiter impensum velint. Obire diu noctuque montes & valles, & peste contactos nunc ieinnus, alias maligne pastus, supra vires, indagare. Vbi quempiam inienerat, exultare gaudio. Unus animo dolor, quod illorum opis indigentiam suo se studio non crederet exequare. Perfecerat Apostolicā istā contentionē, vt alios de eo sensus paulatim timidi illi mortales haurirent, & virtutis insolentiam, quam despiciatui prius habuerant, iam maximopere commendarent. Iamque vixus suppeditari coepérat indulgentiis, & rei bene faciunde spes amplior assulgere; cum eisq; die octauia Octobris

bris pestilens febris inuasit . Visa principio clemens , & metus ex-  
pers : sed breui sinistram coxendicem bubo feralis infedit . Eum-  
verò Paulus tantâ doloris patientiâ sustinuit , vt totam noctem  
peruigilem duceret sine gemitu , sine indicio vel lenissimo tan-  
ti cruciatus . Iam ille sese , vt respirare nonnihil visus est , Missio-  
nibus Turcicis , laboris & periculorum plenissimis , in omne post  
ænum , si Moderatores probauissent , deuouerat , cùm placidissimâ  
morte vitam terminauit .

HACTENVS P. PHILIPPVS ALEGAMBE.

A. M. D. G.

# IOANNIS NADASI.

## E SOC. IESV

HEROES, ET VICTIMAE CHARITATIS  
EIVSDEM SOCIETATIS IESV.

*Sen Catalogos eorum, qui ad vita usque finem charitati  
animam deuonernunt; ad id expositi, & immortui  
peste infectorum obsequio ex charitate,  
obedientiaque suscepto.*

ANNVS CHRISTI MDCXLVII. SOCIETATIS CVII.

NNVS hic in varias Orbis partes variè  
calamitosus fuit. Et quidem Panormita-  
no primum tumultu; sed in primâ scintil-  
lâ compresso, Neapolitanâ deinde sedi-  
tione per repentinâs feruilium inter iman-  
plebeni nominum ex alto in præceps vici-  
studines haud ignorabilis, tantisper tur-  
bitus fluxit, dum reliquum seditione tem-  
pestatis exauiret in peste politica. Chilensi autem Indiæ occi-  
dentalis Regno, 23. Maij funestus; ac Vrbi Santiago di&cte propè  
interneccinus esse est visus, clade, peste, funeribus.

At nec Europæ nostræ pepercit, mortalium non paucis  
exitiali peste, velut eluuione, de medio sublatis. Quo tor-  
rente de Societate quoque interière complures. E quorum  
numero eos tantum dabo quos charitas & obedientia suffraga-  
tione firmata volentes yltrò in periculum, in morientium sub-  
sidium, in mortem dedit. Martio, & Aprili in Superiori  
Germania; Maio, Iulio, Septembri, in utroque Belgio;  
Augusto in Francia; reliquis ad usque Decembrem mensibus  
in Hispania: ita vt sine cessatione totus hic annus plenus nobis  
uerit cadaueriu, & eorum quos Rom. Martyrologium 28.  
Febr. & ibi Baronius apparatè collaudant.

Bern.  
Oldoi-  
nus Italo-  
nus, or-  
bis pag.  
224. &  
cod. o  
rum ep-  
istola.

**M**onachium ad Isaram fluvium Boiarie vrbs insignitè  
 amœna, & princeps, è Monachorum villa sub annum  
 Christi octingentesimum sexagesimum secundum ab Henrico  
 Vid. 10.  
 Bauar. bsp.  
 Deum  
 lauræ  
 Austr.  
 1 e. pag.  
 110. &  
 alios.  
 Bauar. in oppidi; deinde sub Ludouico  
 Bauaro in vrbis granditatem increuit; Monachi verò insignia,  
 & nomen apud Latinos, Germanos, Italosque retinuit, ac re-  
 tinet hodieque; nunc Ducum sedes. Istuc anno 1559. So-  
 cietatis gubernacula tenente Lainio, rogatu & liberalitate  
 Ducus Alberti accita Societas, tanquam acerrima contra  
 hæresis disputatrix, & iuuentutis educatrix, anno 1560. Col-  
 legij nomen obtinuit; à Duce per literas prolixè celebrata,  
 quod virtù sanctimoniam, & in docendo mira felicique alacri-  
 tate spes omnes impleret; necessaria istuc visa, ne inter tot  
 hæreticorum zizania religio Catholica ibi quoque interare-  
 sceret. Huic vrbi hoc anno 1647. milites, ac pestis incubuere.  
 Quorum lue pestiferâ infectorum animos dum enixè curauit,  
 hausto ab ijs exitiali halitu, puram animam Deo, charitati, ac  
 saluti publicæ dedere hi. 31. Martij.

P. Antonius Malapertius, Montibus Hannoniae ortus ante annos xxxvii. quorum xviii. Societati dedit. vir fidei aut simulatè agere aut loqui nescius; candidi, purisque inge-  
 nij; teneræ, ac flexibilis ad omnia, potissimum ad humilia-  
 voluntatis. Foras domo euntibus ibat comes, etiam Sacer-  
 dos; ne quid moræ, vel iasturæ acciperet studium animarum  
 interea dum socij non habentur. Ferè quotannis posteaquam  
 candidum conscientiæ sinum Superiori pandebat, pro Socie-  
 tatis more, veniam suæ diligentia flagitabat, illi ad genua-  
 prouolutus: ac in hoc etiam nullo tirone inferior, quod, velut  
 oraculum, consuleret os Damini in Superiore, quacunque con-  
 scientiæ dubitantis religione, tener, ac virtutis ut auditus ita-  
 capax ille animus, vrgeretur.

Simili vitæ ob'charitatem abdicatione feliciter vitæ fun-  
 etus est ibidem 5. Aprilis

P. Philippus Maier, Augustæ annis ab hinc LXIII. natus,  
 & in Societatis album ante annos XLVI. cooptatus, ac in-  
 illa formatus Coadiutor Spiritualis: de scholis huimaniori-  
 bus, Logicis, & morali Theologia per annos xxiv. vtiliter  
 meritus.

meritus? In aula iunioris Neoburgici Principis Magister cùm esset, multā procerum suffragatione hanc laudem cumulatē obtinuit, quod nihil ab aureo aulae fumo, fucouē passus, aspergine nullā conspersus, circa villam religiosæ quam secum intulerat modestia iniuriam, ab aula redierit; nullā ut ex parte Superioribus inaccessus, inuitē obsequens, aut intractatus atque difficilis videretur. Olim Indianam cupidā desiderij latitudine complexus, Indica studia in Tauriscorum frigida prærupta conuertit; vbi septem anni exantlati, breves illi vii sunt præ magnitudine amoris Dei, & animarum. Quem ille amorem domi quoque in tenuissimos quosque conquistē ostendit, arctioris disciplinæ, magnæ Dei Mātris, ac S. P. Ignatij gloriae multifaria m studiosus, & Sabbathi MARIANT cultor eximius. Moriens, Apostoli Germanici, viri Sancti, hominis Angelici appellationem in ore famæ post se reliquit.

## IN GALLOBELGICA.

**B**ethunia Gallobelgicæ in Arthesia vrbs cùm alijs, eum cō in-  
clyta, quod, vt ab expertis atque omni fide dignis accepti, ab ea quæ istic honestissima, & frequens est S. Eligij Sodalitate im-  
punit tractentur cadavera peste extinctorū. Nemo vnum eorum  
qui Sodalito laudato adscriptus, vel qui ab inscriptis ad opem  
accersitus est, in opere pietatis pestilentibus impensæ inficitur.  
Ine communī, tametsi manib[us] contrectet, ac sepeliat eoru[m] terra  
cadavera quos contagio interemit. Securi ad mensam, lectumq[ue]  
communem, ac ad omnem domi consortionem redeunt Sodales,  
nulli noxijs, nec formidati. Illos tamen infici aiunt, tametsi Sodales sint, qui forte sibi de domo infecta aliquid auare  
vsurpant. At illorum tantum id priuilegium Sodalium est. Nam  
è nostris duos istie charitas periculis altior è viuis exemit.  
Alterum rei domesticæ Procuratorem, & in Berthuniense Col-  
legium, etiam ex hereditate suâ, addicūtis liberalēm.

P. Ignatium Fruit, Insulensem, anno xxxvii. Societatis aditæ xvii. annum agentem. Is iam semel, exstītum  
ope; morbo pestilenti defunctus, cùm se periculo reddi-  
disset, vt alios illo laborantes iuuaret, eodem iterum post  
mensis aliquot malo, & bonâ in eo morte correptus est  
17. Maij.

Alterum ibidem P. Franciscum Chauau, idem exitus vi-  
tæ simillimè occupatum, 17. Sept. inuenit Castrensi Gallorum.  
Patrum Missioni præfectum; virum in omnium animis, per  
diuinitutis infusa gratia insignis charismata potentem atque  
amatum.

### IN FLANDROBELGICA.

**E**odem obsequij genere 20. Iulij mortem oppetit Floren-  
tias Vuarze, Leodij anno 1590. natus, & in Societate  
ab anno 1626. nauus, ac ad sincerum veteris & sanctæ Co-  
adiutorum impigitatis, eoque omnium exemplar in laboran-  
do, ac orando omni ex parte formatus.

### IN PROVINCIA FRANCIAE.

**P** Rodolphus Houffin, Normanus anno ætatis LII. Socie-  
tatis xxx. ex pestilente febri in castris obiit 26. Aug-  
usti aegris à contagione militibus in peste indeces noctes at-  
que dies aedeslet; id quod etiam ante septennium eximiâ cum  
laude cumulate prestiterat. Magnus omnino augustissimæ  
Cali Reginæ, ac suauissimi sui comitis Angeli cliens. Eapro-  
pter ab illa horis aliquot ante mortem coram præsente fertur  
solatio tenerissimo recreatus; & ab Angelo propè adstante at-  
que conspecto creditur animatus, cum eleganti specie iuueniens  
se coram videre iterum ac iterum affirmaret.

### IN ARAGONIE PROVINCIA.

Orationis  
in thes-  
s. Ch. on.

**V** Alentia Hispaniæ Tarraconensis vrbs nominata, veterri-  
mo nomine Roma à Romo Rege quodam Hispaniæ, ut  
nounulli perhibent, dicebatur: nunc à valore Valentia; ut  
Roma Græcis à robore. In hac iam inde à pristinis B. Fran-  
cisci Borgie temporibus multa tulit fecitque fundatum So-  
cietatis Collegium: atque hoc etiam anno litauit egre-  
giè, litatione quanto magis periculose ad corpora, tantò  
magis gloriose ad animos charitatis. Etenim Valentia non  
dissentanea ab ijs quos retulimus laboriosæ ad mortem us-  
que charitatis flagrantia se lui publicæ miscuere ad feren-  
das.

das cā laborantibus suppetias, & occubuēre de Professorum  
Domo

Petras Perez, undequinquagesimo vitæ, Societatis im-  
petrata x. anno: i diuinæ gloriæ ac boni Societatis nominis  
apprimè amans. Quò directius ad Deum, expeditiusque con-  
tenderet, quanto poterat paupertatis amore se nudabat omni-  
bus quæ vitæ degendæ necessaria non sunt. Antequam se in-  
arduam illam obsequiosæ charitatis arenam daret, vniuersam  
totius vitæ conscientiam perquisitè expensam poenitentiaæ Sa-  
cramento expiandam percensuit, nullius vñquam nōxæ tens,  
quā primum baptismi nitorem grauius maculasset. Mira in-  
illo ad seruendum ægis in luc citra horrorem, aut sui par-  
simoniam impigritas; quā excitatè atque continenter aderat,  
quacunque operam suam poterat porrigitere. Tum verò & ipse  
acceptā inde lue percusus ac demum quassatus est, cùm  
ægrum quempiam illo malo ardente amantissimo complexu  
fouret, vt in lectulo collocaret. Inde illum capitis dolor,  
& duo triaue pestilentiaæ vlcera corpus & cor sensum peruersè-  
re. Sacramentis procuxatus, totus pietas, totus patientia  
videbatur. Cùm chirurgus mali radicem in carne feruratus,  
illum carnificaret, carnaemque auelleret: O Domine nři Deus,  
aiebat in acerbitate illâ dolorum, si tui amore tormenta hæc sus-  
tinerem! O si caro hæc mea, qua conciditur, lac ferret pro tua  
fidei veritate! Cùm fluentem ex apertâ venâ sanguinem aspi-  
ceret, Deo illum libans, dicebat: Vellem, Deus, vellem tu  
amori tetum totius corporis mei sanguinem totū sanguinem in sacri-  
ficii effundere: atque utinam id licet, aut liceat, Deus mens!  
Postremò nūcupatis iterum ac iterum religiosis votis, reliquum  
vitæ quicquid supersuit exquisitis cum Crucifixo, ac Virginea  
Matre colloquijs dedit; cùm interea inter alias ex alijs doloris  
ac amoris vicissitudines armatam Crucifixi effigie ma-  
num peccati allideret, peccata detestatus, Deoque amando  
intentus usque ad mortem obitam 9.Oct. Ibidem eiusdem, sed  
excellentioris quia in animarum subsidium allata, opere, ac  
pulchritudinis mortis consors fuit

P. Franciscus Carbonell, Valentinus etatis annos erē XLIII.  
Societatis xvi. vir placidi, religiosi, & experienti ad anima-  
rum lucra ingerij.

Ceterum, vt id hīc semel in antecessum dicam, nemo  
mihi

Lib. 1.  
apolo-  
gic.

mihi vñtio aut inertia veritat, si quando sola nomina hic affero, cùm de ijs in tabulario, aut è literis Prouinciatim dari solitis nihil præter pulchram hanc mortem repererim. Sux quique virg pictor est. Vnde, S. Gregorij Nazianzeni Theologi horatatu: *Hoc primum prouidendum est, ne eximie, admirandaque virtutis mali pictores appareamus.* Ego, cùm reliquam vitæ illorum imaginem non viderint, do mortem, id est, ultimam, rerum, ac vitæ lineam, quam supremâ planè manu duxere, verè dexteræ Dei digito, spiritu amoris magistro in obsequijs charitatis mori condocefacti. Apelles etiam ex vnicâ linea potuit estimari, & alios estimare. Et certè cùm mors sit index vitæ, tanquam voluminis euoluti, dum nomen ac mortem dedi, ac dabo; dedi, daboque vitæ nobilis indicem gloriosum, è quo, à perito estimatore, intospici possit, quid reliquus viæ liber continet. Ecce itaque plurium nomina quos idem ibidem periculum morte inuoluit Coadiutores piæ charitatis occupatione distentos. Nouembri mense,

*Ioannem Ramon ætatis anno XLVI. Soc. XII.*

*Ioannem Armentaol æt. XXVII. Societatis VIII.*

*Ioannem Traxillum æt. LXXX. Soclet. XI.*

*Petrum Chueca æt. XXX. Societatis XII.*

*Raphaelm Hugues ætatis XLVII. Soc. XXIV.*

*Stephanum Font. æt. XXV. Soc. VI.*

*Decembri verò Michaelem de la Nau anno ætatis LV.*

Societatis initia xxxviii.

Impertravit idem, & mortem prius quam Sacerdotium adeptus est *Iosephus Litala* anno æt. XX. V. Soc. VI. Scholasticus, qui maluit sic mori quam elapsa pretiosè oceumbendi occasione expectare dum sacris initiatetur.

Atque hac sunt nomina hoc anno 1647. arduæ sed gloriose charitatis albo inscripta. de quibus ego ea serè dixerim quæ de Alexandrinis illis heroibus dixit Eusebius Casariensis Episcopus, S. Dionysij Alexandrini Pontificis verbis in hac verba rem nostram elocutus: *Quam plurimi è fratribus nostris adeò immenso quedam charitatis, & fraterne benivolentie ardore erant inflammati, ut minimè sua parcentes vita, sed ijsib[us] inter se firmiè adhærentes, eos qui morbo opprimebantur, nulla sui curâ aut cautione adhibita, sedulò inuiserent, illis inservirent assiduè, pro virib[us] ob Christi amorem curarent, una cum illis decederent*

cederent è vita, lubenissimè contagione aliorum infecti. Verbum illud quod vulgo semper dicitur, nimis rām ut singuli pro amicis abeant de vita, seque eorum causā (ut ita dicam) reiectamentum efficiant, re ipsā explenerunt. Ex fratribus igitur quā virtute facilē erant præstantissimi ad hunc modum mortem appetuerunt, &c. Hac ibi è S. Dionysio Episcopo Eusebius item Episcopus: ac his plura, & longè quāt in Martyrologio Rom. 28. Febr. augustinorū de huius mortis nobilitate, gloriā, titulisque, quos ibi vide, dignos qui expendantur, atque laudentur. Que omnia mirè consentanea sunt si cum ijs conferantur quæ de Societatis Dominibus, atque Collegijs per Prouincias passim in illo tam tristi squalidæ Recip. statu patrata ferè quotannis ad Præpositum Societatis Generalem perferuntur; quæque particulatim de Valentina Professorum Domo hoc anno prescribuntur, quanto ardore animi le omnes in apertum salutis, capitisque discrimen obtulerint, quanto labores illos & pericula, immortui alij, alij superstites exandlārint. Egestatem Domus in tam funesto arctoque serum articulo, cum nobilitas ad securiora & salubriora fese fugā, receperit, subsidio insigni iuuit pñuida, Præpositi Provincialis, & Collegiorum industria. Illud mirabile, ac penitus exploratum: quatuor Coadiutoribus, quos gliscens contagio morti iam propè admouerat & quibus oleo supremo delibutis fossæ aperte iam erant quibus paulò post examines conderentur, admotas Alphonsi Rodriguez celebratā per orbem sanctimoniarū opinione Coadiutoris reliquias tantum leuamenti præsentissimi attulisse, vt in illis ab eo tempore vis mali remiserit; & illi sensim ferè à portis mortis ad valitudinem firmam redierint. At nos, potius charitatem simul & vitam petfunctis maximoperè gratulandum censemus. Nam si Augustino ira Dei est essam ista vita mortalis; mors certè misericordia est, & quidem talis mors. Unde S. Ambros. illud Iob: Vitam & misericordiam tribuisse mihi; legit: Vitam, & mortem. Hoc experitur heros noster qui quis, cui Deus mortem ipsam in misericordiam vertit, dum illum accipit in victimam charitatis: Absorpta est mors

lib. 4 CR  
lib. 5. 44Iob. 30.  
12.s. Cor.  
3. 34.

**N**ec huic anno 1648. manes quo pateretur defuere. Con-  
cussa terra motu, seditione, ac violentâ tyranni morte  
Constantinopolis: Gallia intestino malo, discordiosisque studijs  
vexata; Sanova apud Ligures accessâ fulmine magnâ pulueris  
nitrati vi quatefacta. Coorta in Hispania, sed prouidenter, ac  
opportune ab ipso capite recisa inquieta clam insidiosè turbi-  
dorum consilia. Verum non æquè potuit inhiberi ea quæ graue-  
scentibus pestis grassationibus latè increbrescebat clades. Nos  
q. nostris corum hic tantum nomina recensemus quæ viua-  
etiamnum trophæa sunt nuate utrobique, Alonæ, ac Murciæ  
charitatis, usque ad mortem.

### IN PROVINCIA TOLETANA.

Bolland.  
B. 12.  
pag. 971.  
D. 4.

**M**urcia vrb's tanti nominis, ut vniuersi Murciæ Regni ipsa  
sit caput, & nomen; Carthaginem inter atque Valen-  
tiā ad Straberum, sine Setabim fluvium Setabitanis nomen-  
imponebatur iacet. In hauc vrbem anno 1555. Stephano  
Almeida Lusitano Carthaginis nouæ Episcopo magnopere  
adnitente accita Societas, hoc etiam anno, ut alijs facitauit,  
funestæ ciuium calamitati suppetias dedit; quorum tres pri-  
mi vitam etiam in opere finire 25. & 28. Maij.

Iij sunt: P. Franciscus de Orozco, anno et. 28. Soc. 13. vir  
eximiè religiosus, & silentij, ac pretiosi temporis amans. Prius  
quam ad illam mortis arenam exiret, se generali confessione,  
omnique industria comparauit ad mortem.

P. Andreas de Salvaterra, in Curati officio lue iclusus est cum  
suprema subsidia ministraret infirmis. Biduo ante mortem  
Societati adscriptus est, id quod hactenus per inenodabiles  
difficultates non poterat.

Secundum hos mense Junio, die 7. 13. 27. domi, forisue  
cum idem nauiter agerent, pari gloriâ obiēre, Didacus Pimien-  
ta, Ioannes Lopez, & P. Valentinus Navarro, vir laudatis-  
simæ charitatis, humilitatis, obedientiæ; natus annos xxiv.  
è quibus denos Societati dedit. Magna, & indefessa fuit  
P. Valentini cum in petendo ut vitam periculo illi exponeret,  
tum in iuuandis ybique egris flagrantia, mirabilisque indu-  
stria,

stria, ne quis absque Sacramentorum ope decederet. Episcopus, (qui illum nuper sacris ordinibus initiārat; cūm se in periculum istud offerret) ubi mortuum audiuit, magnis laudibus illum scripto est prosecutus. Fuit aptum ad omnem literaturam ingenium. Iulij autem die 10. securus illos est Michael Escudens. De Didaco Pimienta perscribitur, eum Angeli iustar nostris peste contactis adfuisse; nec vnum suā charitate seruasse: famam per urbem secundis auribus de illo tanta dixisse, ut medicus negaret se aliud suę Collegio impense operę pretiū velle quām vt, si egrotaret, Didacum haberet administrum: idcirkò Societatis charitatem magnis laudibus celebratam: & nobilissimos quoque dixisse, se, si peste decedendum esset, nolle morrem alio loco quām in Collegio nostro illam oppetere: idque sibi à Societate minimè negandum obserita quę à se in socios profecta narrabant.

## IN ARAGONIA PROVINCIA.

**A** Lona, seu Alicante, notum est in Regno Valentino, mediterranei maris emporium. Ibi è paucis quos illo in domicilio habet Societas, vlrò id optantes in grassantis luis discrimen dedit saluti publicę procurandę. Tres ex illis in pulchro etatis flore spes non exiguae interuertere, morte obitā in letabili officio charitatis, 18. 20. & 25. Iulij mensis die. Hi fuēre

P. Hieronymus Simon, Valentinus,

P. Petrus Ioannes Rios, Maioricensis; &

Franciscus Mariana. Quorum primus ad conciones insignitè idoneus, è xxxi. vitę annis, in Societate annos XVII. alter è xxx. xv. peruxit.

De his quoque nominibus, tametsi nil aliud quod addam accepit, sufficiet illis tamen ac posteris vnicā mors ista ad gloriam, & illecebram imitationis: quemadmodum recitatis Romanis quorundam, qui se pro patria in exitium dedere, nominibus, adiecit Valerius Itaque & proprio ingenio, & exemplo vetustatis admoniti, nullā sibi in re cessandum existimauerunt.

LIB 5.  
26. 2. 2

## IN BOHEMIA ET FLANDROBELGIO.

**B**ohemie quoque Regno pacificatorius hic annus illuxit, conclusa pace Germaniq; utinam quam optata semper ac necessariâ, tam pura, felici, ac longuam etatem laturâ. Bellum tamen sensit prius Praga, notę maiestatis yrbs & Regni caput, hoc anno ab ingresso urbem Sueco hostiliter velut ex improisu, magno terrore, damnisque diuexata; tum peste afficta: Item Bruna fide in Cesarem nuper, ac fortitudine contra Suecum inuita, peste quassata. Egta denique: in quibus nostri salutares operas posuere.

In Bohemica ergo depopulatione quâ pernix morbus depopulator ia urbes grassatus est, Brunii ~~xxxvii~~. Augusti eripuit Sebastianum Menzel Silesium, è vitę annis ~~xxxvi~~. quindenos in Societate versatum. Is pricipia demissionis, accuratioisque laude pharmaceuticen apud egestos nostros Coadiutor maluit exercere, quam ob eam quam in scholis hauserat politioris literaturę peritiam, Scholasticis adscribi. Duo in illo amanter suspexere domestici; alterum quod auxē que rudiorum latinensium animos titillare amat yanitatis; oratione latine loqui nunquam, nisi vehemens urgeret necessitas, voluerit, eque atque si latinitatis omnis expers esset atque ignarus; alterum, quod ita prouidenter, peritè, ac dextre suis egris per tot sui famulatus annos prouiderit, vt nullum per suam inconsiderantiam, desidiam, vel aliam ob causam ad arquum adeò extremi morbi spatium redigi permiserit, vt Sacramentis ritè muniri non posset. Eum quoque spiritum è sincera Societatis germanitate combiberat, vt preclaram illam filiorum Dei notam nunquam dimitteret, quâ tranquillè cerebat si corriperetur, tametsi esset ingenij acrioris. Iam cum pestifero languore domi prostratum quendam periclitari videret, Sebastianus perennaturā eternę vitę diuturnitate ad huius vitę desperationem incitatius animatus, & sponte ipse suā, & patiter obedientiæ inuitatu perlubenter se in capitib; periculum dedit; persistitque fidelis fratri amicus & seruus usque dum alterum illum pestilens virus extinguueret. Mox & ipse eodem discrimine inuolutus, post supraemam Sacramentorum adiumenta, instauratis feruido animo religiosis votis, inter pulchra oscula Crucifixi, & repetita Iesu ac MARIAE  
domina;

nomina, cādem quā p̄dixerat horā plenus gaudij anima pro fratre ip̄o periculum datam posuit, cūm diceret, se illā cogitatione immortalit̄ exilarari, quōd vitam obedienter vltroque gratis venalem charitati, breuiaret hoc extremi amoris officio.

In hac cādem exercitatione heroicē charitatis euocatus ē vita ibidem est 22. Oct. benē manē P. Samuel Richter Morauus qui posteaquam in Collegio, ei de quo proximē aetum Sebastiano alterique fratri ante illum luc internečto assiduitatem omnem enīxē nauasset, eandem postea foris indiscretum omnibus, ferē per bimestre transcripsit hilarē apud ciues quoquō accersebat dira necessitas, indefinenterque voluntarie spontis instinctu, obedientiæ ductu, atque oraculo. Duodecim annos foris, totidem in Societate vixit, nuper inter Professos adlectus. Verbo, exemplo, fusā multā prece, plures ad Christum flexit. Nulla illum de Christi cruciatibus commentandi, nulla Deiparæ lectissimis artibus percolendæ, nulla perstudiosè orandi satietas capiebat. Dotes egregias ingenij atque doctrinæ profunda sui demissio, ad plures pro concione dicendi gratiam labor industrius, tristia excelsus anignus, oīania denique obedientia firmabat, perpoliebat, animabat. A quæstuoso in animarum lucris labore aliquando fessum sitis immodica exercebat; illamque iam leuaturo nuncius ad ægrum eum euocans appulsus est. Ne tantum quidem moræ interposuit ut libaret. Abiit sitiens, peruincente sitim hanc maiore animarum siti. Adamantinā quadam lege sese adstrinxerat, nullam accusationis partem circa miserrimos quosque iuuandos omittendi. quo in officio tanquam diuinâ voce sibi dictum agnoscebat, ac ingeminabat illud: *Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.*

Singulis supremæ ac sacræ illius expeditionis diebus, tanquam terminalibus vltimi dici prodromis, se se, non minùs quam peste ictos, ad diem vltimum comparabat per quotidiam conscientiæ expiatioñem, perque sacrificalem hostiam, cum qua, velut vltimum sacris operans, & se vnā immolans, charā vitæ ac mortis cum Christo consociatione impensè flagitabat, ut siue moreretur, siue viueret, Dei esset. Peste saucio ater carbo maxillam infedit, latèque occupauit, & intra biduum illum extinxit, plus quam centies hæc vltima-

iterantem: Domine, fuit voluntas tua. Vir certè dignus cuius.  
& vita, & si occasio vocet, mors, transeat ad posteriorum memoriā, & imitationem.

In pari statione Egræ, Ciuitate Bohemiz olim Saurstadiæ ab aquis acidis, Egræ fluuiο vicinā è Residentia Societatis 1651 P. Ioannes Conradus Dornspurger Sueuus inter Spirituales Coadiutores ab anno 1646. cœlus, in ipso viridis ætatis flore pridiè Præsentatae Deiparæ, post actos in Societate annos duodeuiginti in pulcherimo charitatis apud pestiferè ægrotantes famulatu vitam egregiā morte pessimè dedit, ut lucaretur æternam. vir animarum studio validus, laborem tolerans, conscientiā & aduersus Cali Reginam religione tener: ad cuius venerationem Sabbatino demenso arctato fāmem suam fraudabat, idque constanter.

Pragæ suppar mortis & causa, & gloria tandem 25. Novemb. affecuta est P. Augustinum Kerberum, Lusatium, annos undequinquaginta natum, in Societatem ante xxviii. annos receptum: operarium omnibus numeris accumulate absolutum, & iam in hacce charitatis palæstra quatuor viatoriarum alijs annis peste funelis relataram virum; quintæ immortuum: fidem lānd diuitum ad conscientiæ rationes monitorem, & magistrum; pauperum verd patrem ac matrem & cognomento dictū, & facto ipso cum beneficentissima demissione, charitatisque flagrantia undequeaque solerens, & capropter meritò heroibus charitatis inter deuotas victimas accensendū.

Ibris in Flandrob. 8. Nouemb. Lambertus Merendoneck Coadiutor exitiosâ luc vitam abruptit. Natus erat Antuerpiæ anno 1613. Mechliniæ ad nos 1641. accesserat. Candore animi ac innocentia insigni eruit. Nostris contagione alio post alium laborantibus adfuit fideli charitate per menses aliquot. Noctes illi sèpè duxit peruigiles, donec & ille communi malo fatiscens ad remunerationem æternam est accessitus ubi eò celi salubritas est æterna. De hisce omnibus quos haecenus dedi, quosque datus sum heroibus charitatis appositè dici potest id quod in comment. in aurea carm. Pythag. Hierocles Philosopus in hęc verba explicuit: Illustres, virtute, & splendore perpetuò nobiles: Heroës, tanquam amantes quidam, quidamque eloquentes, id est, benevoli & discreti Dei amatores: qui nos à terrena ista vita ad diuinam tollant, atque

arque erigant. Quare meritò hosce nostros illustres heroës dixeris, cùm ea quæ de heroib[us] illustribus dixit ille Philosophus abundè ab ijs quâ dicendo, quâ præclarè agendo expressa sint. Nempe, quod magnificè prædicat aureus Chrysologus Sect. 2571 vixerunt nobis veteres; vivimus nos futuris: & hoc perennitate viui exempli. Ceterum etiam ante ducentos ac trecentos annos hic ipse quadragesimus octauus annus orbem eadem clade adeò vastauit, ut anno 1348. peruidens mundum pestis alibi tertiam, alibi vix decimam, alijs denique locis vix vigesimal mortalium partem invita reliquerit. Anno vero 1448. toto biennio adeò in Italia peste laboratum esse aijè veteribus Spondanus, ut pauci de multis superfuerint. Adeò in orbem redire videtur circulus ut annorum ita etiam eternarum; dum eternus, & undeaque felix in Cœlo nobis eternitatis annus affulget.

Spondanus ibidem  
n. 3.

Id. bico.  
n. 7.

### ANNVS MDCXLIX. SOC. GIX.

**H**ic etiam quem exequi aggredimur annus 1649. miris dirisque rerum vicissitudinibus clamat id quod olim Seneca ep. 91. scriptit: *Nihil priuatim, nihil publicè stabile est: tam hominum, quam Urbium fata volvuntur.* Illud hoc anno tamen inter tristia letum intermicat, quod Resp. Veneta longo iam & immortaliter glorioſo in Turcas bello exantando intenta, uno heroico naute Turcarum naues incendentis facinore Turcis damnum intulerit ad vices centenorum milium aureorum; quod scriptit Adolphus temporis nostri scriptor perdiligens. Ceterum pestem appositè publicum è clandestino incendium dixit proverbiū expertorum. Hoc incendio, dum alijs opitulantur, conflagravere hoc anno de Societate complures. Omitto Dalmatianam peste flagrantem, ut tantum loca Nostrorum Herorum laboribus memoranda percensem.

Adolphus,  
Brahe,  
bus in  
hill, no  
stri tem  
poris  
1649.

Ianuarius, & Februarius Gades in Hispania, & Xeresium; in Superiore Germania Oetingam corripuit.

Hispalim vero Maius, Iuniusque multis charitatis vicinis nobilitauit; Pragam in Bohemia Iulius, Augustus, atque September: Augusto Maurkirch quoque in eadem Germania, & Burghusij; Septembri vero Massilię in Gallia Octobri Litome-

Litomeritz in Bohemia sequente. Gades (ne locorum in quibus versatur historia nomina nesciamus) vulgo Cadiz, olim Augusta insula Gaditana: vbi eruditæ memoria montium, seu columnarum Herculis non plus ultra progressi Emporium, Oceani nominatum, & laetum, ac velut meta Europæ in Occidente desinentis. Ibi conditum ab ipsis Gaditanis annos salufis 1564. Collegium.

Kerez, propè Gades ad ostia Boëtis fluminis quæ se infundit Oceano, Vrbs & ipsa non ignobilis, olim Cælariatum, & Assidona dicebatur.

Hispalis verò, Ispula, & Iulia Romulia, quæ vulgari nomine Scilla, locuples emporio vrbis ad Boëtim; quod Indix occidentalis opes appellant. Ibi Societas anno potissimum 1553. B. Börgez missu primam operam persatiæ fructuosa probauit, ac pedem fixit. Atque in tribus hisce Vrbibus hoc anno Patres Boëtici quām multos è suo numero amisere in exercitatione nobilissimæ charitatis, tam multos heroum Societatis Catalogo addidere; de quibus particulatim dicendum est. Gadibus prid. Kal. Febr. prima huius anni victimæ cecidit P. Sancius de Mendoza claro in Hispania generre, Marchiones de Piego educatores, ac tandem ferè anno 1627. Societatem, & in ea tria statim vota solemnia natus; & mox gloriösè ac obedienter quicquid offerretur exorsus, non minore sui despicientiæ, quām accuratione, ac discentium utilitate, annos complusci los Granunariæ iuentuti scienter instituendæ magnō etiā ad virtutem invitamento fuit. Cum verò deinde animabus nauaret industriam, nec viribus nec animo unquam deficere, primus, adhuc ante portas tēpli apertas, iam pro sacro tribunali sedere; ultimus diuino sacrificio sub meridiem operari: nec ante interquiescere à continuatis laboribus illi solenne ac sanctum fuit. Infantibus, alijsque vītimā egestate pressis amanter solerterque succurrenti percandidus tota paupiri vrbē ore pauperum pernotus, apparando semper pro calamitosis liberali subsidio longè optimo ingenium, atque industriam adhibebat; vt per hæc facilius dinam sementem vbiique iaceret sator egregius. Sextam feriam à Christo vincere & mortuo nobilem carceribus destinabat: vbi utrumque in eo studium ferbuig corporum corrogatā stipe souendorum, & absoluendarum à vinculis anima-

Gadibus  
31. Ian.  
1593.

animarum. Vtque maiore beneficentiâ sibi ferre at illam morum diritatem subigeret, ipse piscis (quem alij marinum asellum alij pisces à trunco vocant) mendicitate suâ emendi, contundendi macerandi, coquendi deferendi, & curatè illis apponendi negotium suscepit: cäque cibariorum illecebrâ, & atfluentissimâ comitate illis Sacra menta perdiligenter obeunda persuasit; doctus non sua tantum è consilio Danielis, peccata eleemosynis redimere, verum & aliena. In sacris expeditionibus nullus illi ullam in rem ingressus impeditus, nullus exitus supra vires difficilis fuit, ubique speranti posse aliquid cum bono Deo copiari. Ipsum missionum nomen fuit illi nobile invitamentum & pignus, vt bonus ubique sequester, impigritate assiduâ se in labore daret; id quod cum è maiorum præscripto semper gereret, Societati existimationem, præcipuum, & fructus operæ dulcissimos afferebat. In concessionibus, quarum è Societatis mente scitè habendarum permirius artifex, & facultate præstabilis habebatur, non commenta nouitia & nouis concionalium adolescentum fucis illita, sed commemorabili omnino, & presentaneâ efficacitate firma planèq; de luce Dei hausta dogmata promebat è fontibus Saluatoris. Præcipue tamen Sancij virtutem ea quæ Italiam, deinde petiit Ioannis Austriaci classis experta est anno uno istic exalto: nam illi diutiis istic agere fortia & pati non licuit: cum Argum istum corruptior ministrorum quorundam quique illis coartici adhærescebat, colluicio compilatioque ferre non posset. Subinde Diœcesim concursatione suâ collustrauit laboris patientiâ, & animorum utilitatibus tantis, ut magnis licet laudibus plenus redierit, illas tamen fuerit virtutis eminentiâ supergressus; infractis à classe viribus huic tantæ nouæ messis moli adhuc paribus, adhuc promptis, & neçdum saturis tot ærumnarum: quas Gadibus, luis atrocitate omnia permiscente, laudatè absoluit vitâ & labore illo perfunctus 31. Ianuarij anni 1649. cum ærumnosis ciuib; tantâ cotentione unde quaque seruiret quantam particulatum afferre esset nota iam persequi. Iam lue inter affectos ito adhuc viuendi & plus ultra pro animabus assidue negotiandi cupidio inerat, quæ tum demum exempta est, cum decreto ijs mortis vicina signis diuinæ voluntatis interpretibus, ac yelut apparitoribus urgentibus, per Sacra menta se migrationi

cionis scienter & meditatè accinxit. Quo tempore qui hactenus præter matutinam precandi horam diuinæ cōmentationi post-meridianum semihoræ spatium adiungebat multâ è cælo tene-  
tiorum sensuum voluptate delibutus; tunc demum omnium  
semihorarum illarum vim ac suavitatem supremæ horæ velut  
ancillarem, ac tributariam est expertus, ac inter repetita per-  
fandè I s s v, & M A R I A nōmina Cælo, ut vita eius omnis  
valdè sperare nos iubet, assertus. Ciues nostram in hoc viro, nos  
ciuium iacturam dolenter miserabamur. Diebus pauculis  
post-illa P. Ioanni Auellanædæ integerrimo sacre illius expe-  
ditionis coamicò & collegæ invitanti ac exultanti similis con-  
spectus, illum secum in æternæ consortio felicitatem adsci-  
scere yisus est; de quo dicere nunc aggredior.

P. Ioannes Auellanædæ Londinensis Anglus, Auellane-  
dæ nomen ab auellana nuce (quam vetus Haslotij cognomen-  
tum notat) in Hispania est indeptus. Thomam quoque Be-  
bfitium in Anglia vocavit latendi ob fidem necessitas. Missu  
Catholicorum parentim in Audomarensis Seminarij nobili  
athenæo capax ingenium Græcè ac Latinè, tum in Societates  
Philosophiæ Theologiæque perinsigni, nec supra meritum  
datæ, commendatione percoluit, intelligenter ubique atque  
cum virtutis laude versatus. A consuetâ inter Patres tertia-  
nos instauratione Gades missus, ibi ea egit quæ viros etiam  
in consummatâ virtute sanè summates minimè dedecent. Agebatur cruentis turbamentis tunc etiam miseranda An-  
glia, factionum vndis implacabilius atque impuniùs quam  
alijs hac ætate frementibus. Iam Ioannis Pater ac Mater fi-  
dei retinentissimi eius odio, pulsi, fortunas cum egestate,  
patriam cum exilio, vitam cum morte in exilio commutauere;  
ne religionem cum hereticâ perfidiâ commutarent. Auuncu-  
lus Societati ornamento fuit, morte Londini obitâ patibili  
supplicio interneatus quod Sacerdos Catholicus in Anglia  
Romanam fidem proferre contenderet. Non minor suorum  
exemplis esse dum expperstis ingenij viribus contendit Ioan-  
nes, mirum quam tenerè quamque arlenter se cum domesti-  
cæ officijs disciplinæ partite atque ad omne punctum accuratè  
accommodârit. Præclaræ in illo ingenuæ virtutis dotes explen-  
duerunt cum domi tum foris. Domi, totus erat pietas, totus  
religiosa quædam, yerecunda, modesta teneritas; cui ruborem  
addebat

addebat si quando (nam rarò id admodum atque inuitus, cautè, ac breuiter faciebat) foeminas visere iussisset obediendi necessitas. Deprecabatur certè si quā poterat, & illam obediendi cunctatione in alacri aliàs, & promptâ festinatione pensabat. Adeò tenerè suę puritati etiā ab obedientiā opem implorabat; si non impetrasset, ibat quò mittebatur pudore tenuis atque silentio, & circumspectione, vnde quaque attentā. Paupertas illius fuit nihil habere, nihil admittere quod necessitatì per obedientiam non liceret. Obedientia prompta etiam cum Coadiutorum obeundę vices, in Patribus quoq; euntibus adiuvandis promptus, nisi cum foeminatum domos adirent, nam tunc animum pudicē refractariolum sentiebat. Incredibili-  
ter exultabat cum videjet suā operā Deo quempiam lucrificatum: id quod in Angla quadam ab Indijs reduce, atque ad se adductā, instructā, Catholicę Ecclesię restituē luculenter expertus est. Item in quodam animam feliciter agente; ad quem adeundum se interno peracrique instinctu incitari persenserat operę prorio tanto vt ēger se verè Angelum in illo à Deo missuu experiri diceret: Pater verd ipse illi se diuino afflatoi obedientem aurem accomodasse impensè gauderet, in magno lucro ponens aditionem illam tanto impulsu à Deo imperatam. Quicquid per domestici ordinis disciplinam, licet, dabat sacro emologesim obeuntium tribunali: quā in re arcānis quibusdam nodis ac modis ad illum se plures pertrahi testabantur. Tanto etiam decorum illud os emicantis religionis ornamento lucebat, vt extrarij Sacris operantem, domestici Litanias pro more dicentem, voce illā pietatem hausturi, audire percuperent; exequendis etiam horis diuini officij eum sibi socium adsciscentes, ad illarum veluti scintillarum & religiosi ardoris calorem ex illius consortione orantisque suavitate captandum. ita vt Ioannis frons, oculi, vox, vultus omnis, quandam latenter intus erga Deum reuerentiae veluti Scenographiam ostenderet. Sed nobilior illi omnibus hisce laudibus mors, eius quam Londini sperare poterat velut vicaria fuit. Gades pestilentia obtineante Rectorem adiit cum Episcopo Gubertatore, necessarias pro migratione tot fidelium suppetias petiturus. Obstupuere Collegij flagrantiam cum decrutoriæ illi Provincie pro se quisque deieclus ad eorum pedes in genua suum caput offerret, nemine deside-

desiderato qui non id enixissimè flagitaret . Pretiosas tot hē-  
roum contentiones obedientia diremit , cūm Rectoris arbitra-  
tu gerendum esse omne illud negotium pronunciauere viri il-  
li Principes , non imperiti tantorum animorum ac tante sui  
prodigientia non sine magno præconio laudatores . Is verò  
in quem felix eius Prouincie destinatio cecidit Ioannes fuit  
amabilis & hilaris victima , qui suauissimè gestiens in Socio-  
rum amplexus se dedit : & breuiario , casumque summā de-  
cubiculo raptis , ad ianuam iucundā cum properantiā , & inde  
in arenam charitatis , descendit . Omnia quæ imminebant  
dimicacionum velut agonothetam Dei Matrem præfecit : il-  
lius fidei ægrorum suorum , ac suam salutem addixit : in cuius  
pietatis authoramentum , sacro Purificationis die , qui certè  
lucernas ardentes præbet nobis in supremo agone certanti-  
bus , generalem ægrorum omnium exomologesin , & Synaxim  
instituit , seque Deo per Dei Matrem , instar consumendi chari-  
tatis igne cerei , dedicauit . Paucis illis quibus eam spartam  
ornare illi datum est diebus , omnem curam , vires , accura-  
tionem in ea omnia impendit quæ ardor animi , quæ illa er-  
miniarum magnitudo , quæ Dei & proximi charitas prompto il-  
li animo suggerebat periculorum & glorię aliquamdiu comite  
P. Sancio de Mendoza : vsquæ dum post illum & ipse im-  
pletis intra paucos dies multis temporibus , eadem egrotatio-  
ne contactus in destinatum prouidenter iam ante locum do-  
mum per pseudothyrum reuersus est , ita ut illi fuerat impera-  
tum , vt & illi prospiceretur , & domesticorum valetudini ca-  
ueretur . Iam Sacramentis curato , & morti vicino in mentem  
yenit ut supremas vites quas posset colligeret , seque ipse So-  
cietas veste indueret ; id quod ubi præstitit , & quadrato pileo  
aut texit , in Crucifixi amplexu mortem iam expectaturus  
ac scrobem , in lectulum se depositus , nullius iam pollincturę  
indigus , nisi vt in tumulū inferretur . Medię illi adhuc ho-  
rę interuallum fuit super quod ille totum experientias quibus-  
dam viuidisque ac dulcibus cùm bono I B : v colloquijs ma-  
gnā spiritus migrantis iucunditate impendit . Tum repente  
se de lectulo erigens , ac manu alterā Crucifixum tenens ,  
brachiaque lēto gestu expostrigens yeluti ad amplexum ho-  
spitis venientis , iater admirationem ac lētitiam in hēc erupit ,  
eum quem corā spestabat P. Sancium (de quo proximè di-  
ximus)

ximus) allocutus: *Bene, latus adueneris, care amice mi-  
P. Sancti de Mendoza. O quam pulcher es! Eamus feliciter!* Hęc dicentem, seque lectulo reddentem, occupauit præclaru-  
mors; actis in Societate annis xiii. in vita xxviii. anno Chri-  
sti 1649. 9. die Februarij: nempe illo ipso anno ac die (ve id  
breuiter aduertamus) quo in Ioannis patria, Londini, *Caro-  
lus Stuartus Angliae Rex, in lugubri theatro ante Regiæ por-  
tas erecto, à Parlamentū Senaculo capitis, reus actus, ab uno  
de plebe infacie sputo deformatus, ab ignoto carnifice su-  
per truncum securi percussus est; altero carnifice sublatum,  
resecum Regis caput populo truculenter ostentante, atque  
dicente: *En caput proditoris!* Rarum, ac dignum hæreticā in  
Principes suos fidelitate, & funesti exempli spectaculum.*

P. Ferdinandus de la Algabe Hispanus, domo Aguila-  
riensis de Montilla, Xeresij se primus omnium in capitib[us] di-  
scrimen dedit in elade grassante. Magnā tam Ecclesiastico-  
rum quam seculariū frequentiā comitatissimus ad Xenodo-  
chium deductus est; multis admiratione simul & lachrymis  
magnanimitatem laudantibus quod caput velut consecraneum  
damnaret ad mortem tam squalidam, cū illi præstans inge-  
nium, præclara comitas, & ea quę solent nobilium talento-  
rum nomine laudari tam profluenter adessent, vt nemo illius  
modestiam, & agendi atque dicendi suavitatem videret qui  
non Deo & hominibus gratum esse censeret. Atque ob tan-  
te virtutis cum ingenio ac doctrinā temperationem, habili-  
tatesque tam nobiles, iam fama voce inter primas Provincie  
spes erat Ferdinandus; quas ille omnes charitatis excelsitate  
abruptit, inter agros scipso non minor, cū eō totas probi-  
tatis ignatz, ac virtutis, & ingenij vires vnicē transtulisset, vt  
illo mynere iuxta Societatis accusationem ac normam quam  
maximē posset accommodatè fungeretur castā quadam luce  
modestiaz vbique plenus promptissimaz ad ætumnarum sola-  
tium charitatis. Illud etiam illi præcipua laudi datum, quod  
apparatissimo pietatis exquisitæ apparatu diſtributè omnia  
domesticę disciplinę tempora obseruaret, orandi nominatio-  
nem, atque conscientiam perscrutandi, vbique domestici moris re-  
tinens quantum officij ratio patiebatur. Nec ad libertatem  
abuti vñquam voluit illo suo sancto velut exilio, sed venera-  
bundā submissione semper sui rationem temporis, ac exercita-

z. Febr.  
Xeresij.

tionis adedque conscientiæ reddebat, inconsultè id à se agendum arbitratuſ quod arbitratuſ ſuo non moderatoriſ consilio fuifet aggressuſ: quæ reſ illi tantam quantam in humanis prudenter haberi potest in agendo ſecuritatem, in conscientiæ hilaritatem, nouamque ad non remittendum captum ſemel imperum firmitatem addebat: vt non prudentius quām ardentius aut perseverantius promptis quaquaquerſum consiliis praefentibus ægris ac ſibi prodeſſet, alijſque illâ in Sparta exornandâ induſtriam nauaturiſ exemplum ſuggereret, ne quid iū proſperi periculi loco iſtic ſep̄e lubrico adeant, & per incoſiderantiam aliquid prolapsioſis incurant, ſi consiliariib⁹ minis parati ſuę prudentia innitantur. Ita Ferdinandus toto, quo poterat circa ſe, ac alios candore circumſpexit ut nihil cælatum habere vellet quod conſcientia tenerior accufaret, caſtè per omnia integreque in eius muneriſ ardua varietate verſatus, eoque ſanctæ vitæ appellatione in vita & morte laudatus, magnisque gratiæ vrbiſ parentalib⁹ comploratus, quod morte tam nobili ſupergeſtus fuifet omnem quæ de illo ſuperſtitie haberi poterat virtutis & ingenij expectationem, licet anno aetatis non niſi ſexto, atque trigesimo. Societatiſ autem init⁹ xvii. diem obierit: anno 1647. q. vota professus.

Hispalensis calanitas Maio mense quaternos, ut ſperamus, ēternitati addixit in officio charitatis: primum die xiii. alterum xxiii. tertium xxv. quartum xxxi. extinços. Primus fuit

Gregorius de Arrojo qui ē lxx. vitę annis, quatuor ſupra quinquaginta in Societate, & ex hiſ quatuor & quadraginta in corroganda pro Hispalensi Professorum domo ſtipe, virtutis opinione vſque ad ſanctimonię famam illuſtri, vixit. Inter eam quę Domi gloriebat corporum tabem voluntario ſui ſacrificio ſe obedientiæ obtulit ad mortem in ſupremo charitatis munere appetendam. Eapropter valetudinario domeſtico ijs quos iam peſti lecto affixerat addictus omnium quaſ grata longa ſedulò collegerat virtutum vires ac neruum exercuit, vſque dum & ipſe vires eodem afflatu corruptas vbi perſenſit, xiiii. Maij diem ſibi vt supremus eſſet optauit, vt cum Christo in Celum ascendeſte, fidus & ipſe comes eadem horā quā ille abiſſe fertur aſcenderet: id quod preſenſione quadam

quadam animi tam suauiter sperabat, ut etiam vaticinationes affirmaret eam sibi horam inter mortales fore supremam que Christo celos petenti fuerat triumphalis. Pronunciationem dictinatus hauta è notitia exisse obita eadem die ac horam mors affirmavit, secuto illum post decem dies

Francisco Munoz Coad. qui dum valetudinario eorum quos lues prostrauerat addici iam impetrasset, seque ad nauandom illis operam illud iam ingressus accingeret, citius vitam finiit quam impetrati munieris prouinciam inchoauit, Deo suscipiente holocaustum serio cupidè voluntatis. Biduo post cecidit maior victima

P. Nicolaus de Salazar. Qui quadragenario in aior & Hispani ad S. Salvatoris Canonicus, luculentè ac piè liberalitatis, perquisitus in Ecclesiastico munere accusationis, praestantisque in omnes exempli nomine conspicuus maturum virtute ac annis nomen in Societatem dedit, scipsum virtutis præstantiam supergressus. Omnes que vel suspectanti se offerebant animi prauitates magnopere exosus, Nouitorum Magistro se incredibili pectoris candore intropiciebat, ac pernoscendum dabat; ne quid adhæresceret vel inuitu atque inconcio quod minus esset è re ac laude germane virtutis. Sublimis quedam illius menti insita erat de virtutis eminentia que in Societate velut in heroum larario spectetur opinio. Verum & in hanc cedrum libani teredinem iniecturus dæmon, eam Societatis laudem Nicolao in exitium vertere parabat, nisi & ipsius candor, & expertæ asceticæ disciplina magistri sapientis consilium occurritisset. Bene multa ille videbat inter socios decora virtutis excelsæ quo circa subtilis veterator idem & hostis dæmon hæc admirantem ac plura indies videntem e cogitatione perstrinxit. Sublime nimis fixam sublimè ferri Societatis vivendi normam, & leges ac exempla imbecillitate virium mediocrium altiora supergredi communes conatus: neque cuiusvis esse hanc adire Corinthum. Præstare ut inter minorem sanctimonie mediocritatem tenui virium suarum, sorte contentus degeret, quam se maiora temerè inconsultè que auderet. Magister in eius cogitationis fibras intentus, quasi aliud agens radicem aduertit. Non erat inconscius quantis in commoditatibus corporis vitam duxisset hactenus Nicolaus, quibus in Societate se destitutum videbat. & occur-  
sabane

fabant ergo Nicolai animo, que in alio quopiam religioso  
 cœtu viderat commoda, sine quibus vitam degere arduum  
 existimabat: cum tamen ea in Societate haudquaquam admit-  
 tantur. Hoc ergo vlcus molli, manu curaturus Magister, ali-  
 quando quasi per transennam Nicolao, Pater, inquit, iam  
 tali, (& nominatim cum exprimebat) Nouitio in mandatis  
 dedi, ut cubiculi tui componendi, ac tui sedulam & assiduam  
 curam gerat, ne quid sibi desit. Haud grauatae id visus ad-  
 mittere Nicolaus vix à Magistri conspectu digressus est, cum  
 tacito rubore suffusus, & se coarguens ad Magistrum revertit,  
 & negavit se tam impudens os habere posse ut sibi ab alio, &  
 quidem haud paulò commodius educato ministratore, pati-  
 tur obsequia exhiberi. Prompto se animo deinceps futurum  
 ad omnia. Ita nihil tumultuosè postea illi suggestit animus  
 undeque ad omnia tam agenda, quam fereuda, sublimia-  
 & humilia tranquillatus: cum se magnis parvulorum  
 exemplis exercefaciens, Augustini exemplum in ren-  
 suam vertebat, dicebatque: *Tu non poteris quod isti, &*  
*isti? An verò isti, & isti insemetipsis possunt, ac non in Domino*  
*Deo suo?* Adeò verò se tunc ipse peruicit, ut presenti semper  
 magnoque animo & Societatis ac legum excellitatem estimâ-  
 rit, neque tamen se ad formidolosam humilitatem timidita-  
 temque abiecerit: euoluto etiam tyrocinij biennio relietus  
 Nouitijs ad exemplum in Ministri munere quo ille magnis  
 charitatis & laudum omnium documentis perfundus est. Sa-  
 cras quoque literas docuisse, ac Nouitijs præfuisse notat ca-  
 talogus. usque dum lue Domum ingressa se alacritate mira-  
 bili vna cum vita sua ægris addixit, quod testatus esset quam-  
 fidelis esset minister omnium usque ad mortem. Quartum  
 ibidem Maio extremo funus fuit, posteaquam plures domi eâ  
 lue tācos fidei charitate adiuuit, sinu morientes fouit, atque  
 composuit

Petrus Clemens ætat. LVI, anno, Soc. xxxvi. trium  
 olim Romæ Procuratorum ac Assistentis Hispanæ socius; ex-  
 perectus ad omnia, sed valerudinarij potissimum exquisitè ad-  
 ministrandi, munia virtutis vir.

Plures his Iunius latè grassatus extinxit, eiusdem glo-  
 ræ mortisque consortione memorabiles. E quibus 2. Iunij  
 primus fuit

P. Andreas de Cacorla . 4. vota prof. Hunc inter prima sua decora laudat Bætica , virum potentem autoritate operis ac sermonis , & virtutis ordinariam supergressus , siue tertij anni Patres eruditore ad summa sanctimoniz compendia , siue sacras expeditiones adiret , siue per urbes Christianz fidei rudimenta doceret , parvulosque ductaret , ac velut scintilla in arundineto , etiam in deuexa iam extate , discuteret ; siue ad nostros Rector , aut externos pro concione diceret ; siue pro sacro tribunali assiduus , & magno pollens consilio ac animorum tractandorum peritiam , sederet ; siue familiari colloquio vteretur : ubique magni nominis , & ad voluntates Deo devin- ciendas persancte dexter , hisce laboribus die noctuque imminebat . In ipsis quoque diuersorijs diuisam in choros familiam vnde cum Patrefamilias ut è ritu rosarij Deipara salutem Angelicis verbis repesteret persuasorijs artibus adducebat ; partem in omnem felices impetus capiebat , ubique id quod unum præ alijs necessarium est omni eloquentiæ suæ vi & arte inculcans , vt omni odio detestabilem noxæ mortalis diritatem pernosse omnes disserent , ac odisse . Quâ in re trifatiæ dictiōnis neruum dinidebat , & Patribus tertianis idem impensis ut agerent author erat . Primum , ut veram diræ in mortali peccato latèoris pestilentia , ac execrabilis fœditatis effigiem dicens expingerent . Deinde viam seriam , citra patergavanitatis , aperirent ijs qui se illo fœde maculatos conciij sibi essent . Tertiò : ut omni doctrinæ consilijq; industriâ edocerent , quomodo peccato via omnis ad reuersionem esset præcludenda , & præcidenda : cauendo modos omnes quos velut præcursores adhibet ac emissarios dæmon reditionem parans , ac omnes recuperatorias fraudes tentans ad nouam prolapsionem animæ recidiuæ . Nihil ergo pueriliter tumida vaniloquentiæ dan- dum in concione monebat grauter . Dicendi argumenta solida petenda è peccati visceribus , ac abyssu : deinde à Chri- sti cruciatibus , denique à cultu augustinissimæ Dei Matri ; pulcherrimis optimorum in pectore ignium alimentis : cum contra is qui dum ad populum verba facit sacrâ istâ viâ non pergit , sed inani dicendi charactere exultans , illo diuini verbi de honestamento , diligit vanitatem , & querit mendacium , lingua propè sacrilegâ adulterâs eloquia Domini cassa , & iudicij aeterna astimare nescientis tenuitatem ostendat , & immatu- rios fucos .

fucos quos patitur; & sit denique virtutis improbus exterminator; non grauis, prudens, ac diuinorum perspicientiâ præstans Dei orator ad populum destinatus. Socijs cùm præcesset Societati autoritatem verâ virtutis laude conciliauit, domicilijs apptimè instruendis perutllis. Denique cum iam etatem extremam in tyronum Domo ageret, anno vitz LXXXII. Societatis LXV. contagionis veneno ineuitabili stragé gliscerent se maturam victimam obiecit; & quicquid ad benè moriendum præsidij esse potest enixè curans, assiduo studio adfuit omnibus, ipse demum quoque illo morbi ac mortis genere interemptus, magnis Prouincia laudibus desideratus, & etiamnum magno apud eos virtutis nomine celebris qui sciunt in bono sanctuarij pondere germanam virtutis indolem estimare. Sexta Junij dies inter ægrorum turbam occupauit

Michaëlem Perez etatis anno XXVIII. Societ. VII. Coadiutorem, postea quām impletatæ sacræ illi Prouincia per dies xv. inter ducentos Iue illâ prostratos impiger ad ultima quæque mediastinorum officia perpetuò adstitisset, magno ægrorum, & Patris cui adiunctus erat, ac eorum qui pro magistratu rem omnēm gubernabant solatio. Ante quām discri-  
men illud ingredetur, ad singulorum, qui tunc fortè à mensa religiosè colloquabantur, Patrum pedes demissè prouolutus, & eos oxosculatus, benè sibi à Superiore benè ab omnibus dici petiit; & se hilare ad prestitutum locum contulit. Viuacem genium quo flagrabat, semper experientio studio ac diligentia rohore subigebat, in omnes patienti occassiones præparata mente intentus, modestus, atque ad perpetuam sui victoriam orandi præssidio, visitando Sanctissimo Sacramen-  
to & perficibus culina laboribus usus; cùm & promi condi, & culina officia perdiligenter pericèque tractaret; valetudinario quoque perattente ad omnia quæ medicus, quæ infirmi, quæ tota eius munieris ratio exigebat temporum ac re-  
rum puncta promptus & exquisitus: ita ut Coadiutorum plu-  
rium vt labores, ita laudem ynuis hic tulerit; & ignavis ge-  
neroso exemplo præiuerit ad vires Deo totâ prompti ani-  
mi & corporis alacritate impendendas: experientis vero, ad  
generosam indolem oratione, ac visitandi domestici hospitis  
Christi officijs, denique magnâ laborum assiduitate subigen-  
dam. Sequenti die occupauit

*Nicolaus de Reyna Gallus ante 60. annos natus, ante 40. in Societatem admissus, pristinæ de primævâ Coadiutorum classe laudis elogio dignus. Tam in Romano itinere comes Patruin cuius datus, quâm in difficilioribus culinæ, pristini, & alijs Coadiutorum officijs, vir fuit pietatis & integerrimæ probitatis cum improbo labore coniunctæ. Ianitoris munus cùm obiret, è portâ imaginibus exornatâ oratorium fecit, & illud officium prudentiâ, modestiâ, pietate, orandi ac libellos spirituales lecteandi studio aptè ornauit: cùm libellus illi manum ferè semper occuparet è quo pias ille scintillas legebat identidem, in egregium Societatis nomen vbiique flagranter intentus ne aliquid illi maculæ à quoconque demum aspergeretur. Erga Superiores mirè candidus, & illis laboris, virtutis, omnisque Coadiutorum gradum decentis præstantiæ nomine longè charissimus, tanto suo merito, ut datis Romanis literis in omni virtute eminens appellaretur. Tanta illi ad quantumuis grauia onera subeunda virium & animi applicatio, tantum quâ loquendo, quâ agendo in omnes domi & foris exemplum, veneratione non mediocri honoratum, tanta in cubiculo & in omnibus cura exquisitæ paupertatis, tanta corporis per publicas & secretas afflictiones vexandi duritia, tanta denique socijs domesticâ morbi clade prostratis operam nauandi solertia. Extremò cùm & ipse virus ab eorum quibus minister aderat consortione traxisset, viresque breui à morbo recepisset, paucis interiecit diebus redeunte iterum in venas veneno, aut potius iterum se prodente, mortem oppetit.*

Octauus Iunij dies duobus confatalis fuit:

*P. Aluaro de Monsalve ætate quinquagenario, ante annos xxxiiii. ad Societatem, ante xxiv. ad Professorum tria vota admisso; viro discipulis quos latinis disciplinis per annos plurimos imbuebat impensè charo, & præstantis demissionis autoritate atque modestiâ spectato. In ijs quæ castæ modestiæ sunt ea in illo fuit mentis firmitudo, vt & grè adduci potuerit vt vel sorores suas inuiseret, silendi tam accuratus artifex, & linguae custos, vt etiam cùm à mensâ colloquio destinata est horâ (Hispani quietem vocant) linguae suæ fideli silentio circumscribendæ memor, tempore loquendi quoque tempus aliquod tacendi prudenter inuenierit. Diuino sanctifico*

ficio perquam religiosâ corporis, vocis, &c, quod præstat, animi compositione, horæ dimidiæ spatio productior potius erat quam brevior, agendis deinde gratijs liberaliter ut hospiti tanto gratificaretur annis. Vestitus illi talis qui & ipse paupertatis perquisitor non anceps index esset. In cubiculo paucis libris, & duabus icunculis instructo, ipsa studiorum ac pietatis ratio non immemor paupertatis: nulla magnificencia, nulla elegancia supellestilis curiose, nulla in verbis magnificencia, nulla quod aiunt diuinæ literæ, extollentia oculorum: quos ille castissimâ custodiâ septos tenebat, custodes corporis animique castimoniz studio in se intenti; quemadmodum vice versa, forniciatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur: quam ille modestiam, veluti oculorum dotem, cum semper, tum coram Superioribus potissimum perpetuam habebat, cum aut illis loqueretur, aut loquentes obedienter audiret. Multos illa oris modestiam semper pace tranquilli compositio ad illum in conscientiæ consilijs, & in Sacramento penitentiaz pertrahebat; quos ille vicissim, & suos quoque discipulos ad interuisendum perspè in Eucharistia Dominum enixè inuitabat in uitamentis per appositis, & exemplo etiam in domesticos luculento. Alias quoque cum pestis loca quædam infesta teneret, se Præposito Provinciæ offerebat, vitam in supremum exitium obiecturus. Verum id illi nunc primum licuit, cum publico inuoluta luctu Hispalis, miserabil tempestate istud quoque in omnia pulcherrimæ charitatis munia officiosum caput inuoluit, & Societati decus insigne apud nobilissimos quosque adiecit, morte tali erexit, quæ deceat victimam charitatis.

Vicenis annis Iunior Aluaro eiusdem die victimæ fuit

P. Ferdinandus Negrales ante annos xv. Societati adiunctus, instituenda iuuentutis laude apprimè florens; vir qui se totum dederit in spiritus potestatem; libros diuinos legendi atque orandi auditate ad virtutis consummatæ solida firma- menta perseveranter, actuosèque se incitans, & alios exempli suauitate inuitans. Huic animo tam capaci nobilis atque ad ingenium prorsùs accidit illa se pro salute publica deuouendi occasio; quam ille ut posset arripere non ardentiùs im petrauit quam fuerit executus apud quadringentos. x gros, cum sacramenta facile centenis quotidiè ministraret, omnibus

Eccell.  
21. 5.  
Eccell.  
26. 22.

bus omnia factus. Verum dum vrgere satageret magno animo destinata, collapsæ vires, & hausta ex aliorum consuetudine mors, illum omnium utilitatibus eripuit, dolore tanto desiderioque viri tam pretiosi reliquo inter superstites, quam illum estimatione atque amore prosequebatur, quæ nobilitas, & magistratus, quæ ij eorumque necessarij quos funesta illa clades affixit, magna apud sapientes testis Societatem non vulgaribus sed præclaris è sui medio datis capitibus torrenti huic furente omnia peruagato pro viribus occurrisse, ac suadana in animorum lucra vertisse.

Decimus & undecimus Iunij dies continenter & ipsi duos alios è medio sustulere

P. Ioannem Guisierrez annorum quadraginta quinque, <sup>10. Iunij</sup> inter 4. vota professos adscriptum, miserabilis animarum sine Sacramentorum ope migrantium calamitati peropportunitate à Deo datum, cum non exiguum virbis partem etiam Parochorum acerba mors extremo adeundæ propediem æternitatis præsidio spoliasset. Illud quoque Ioanni ex parte alias quoque indolis viro incitamentum acrius fuit, quod Hispani natus, pro patria vitam prodigeret, illi ipsi S. Salvatoris colonizatione seu Parochia in qua baptismi Sacramento fuerat expiatus, Sacerdote orbata charisque ciuibus extremâ ope iuuandis dedicatus. Non est facile explicatu quantum animi applicationem, quantum se in omnia porrigendi desiderium, præseportarit, sèpè plus quam ducentis intra diem ægris ex solo præparandis opitulatus alacritate tali qualis heroem, decet inter aliena pericula lui securum, qui que in omnes tenerrimus, in se ipsum nobilis Stoicæ cuiusdam indolentia imitamento generose obduruerit; Sanctissimæ Eucharistie, quam præ pectore ubique portabat, oleique sancti minister assiduus, & non nisi morte avulsus: quæ illum uno ferè mense illi sparre tuendæ concessit, postea requiescere iussit à laboribus suis. Postero die eodem charitatis plenæ mortis honore dignatus est Deus

P. Michaelm de Fonseca Granatensem, gradu Professorum Ioanni patrem, ætate anno inferiorem; cuius heroicæ charitati estimationem adiecit nobilitas autoritate prærogatiu inter Hispanos haudquam obscura. Domi Prouincie atque Granatensis Collegij Procuratorem; in suprema vero

Castellæ inquisitione , sancti officij , ut vocant , Qualificatorem egit . Hispali deinde inter Professos ad sacras operas destinatus , magno in Vrbe nomine , ac exemplo rem gessit . Vrgente mali pestiferè sequentis calamitate , inter primos fuit qui suum nomen in eius palæstræ album inferret . Iamque adscriptus ibat per totam vrbem concursatione acerrimâ paternæ vbiique charitatis incendium latè fundens ; cùm Superiores iacturæ tantæ dolore solliciti cum discripmi substraxissent , nisi ipse gloriosi laboris retinens , & reditionis imperatæ nuncio vehementer percussus , enixè flagitasset , atque etiam impretrasset , ne de Cruce illa viuus descenderet ; paratus ille quidem Superioribus morem gerere , sed , si per sacram obedientiæ authoritatem id liceret , ardens desiderio tam præclaris operis noh nisi morte obitâ finiendi . quod etiam post alterius ei operæ consecrati mensis expletum curiculum , mensa tertio ineunte publico vrbis luctu est consecutus : terciadecimâ eiusdem mensis die , similis mortis exemplum secuto

*Didaco Guerrero.* Fidele illi in ore silentium , perpetua domesticas ad operas applicatio , manus officio , mens Deo intenta : & noctis pars bona in choro religiosè transacta cum Deo : quæ cum Deg̃ consuetudo tranquillo quadam solatio plenum adeò sibi totum vendicabat ut nullum in illo turbamentum vñquam sit visum , nulla temporis particula otio obsoleta , cùm Deo affixus animus mentem esse minimè sineret otiosam . Easdē laudes in vita , & mortem tertio post hunc die obtinuit

*Marcus Palomares* exquisitè accuratus ad leges modestiæ , ac bonarum horarum labori à Deo destinatarum , nullo otio corrumpendarum . Ardorem animi ex orandi , & pia lectitandi studio hauriebat , domesticæ charitati quâ se domi ægris ministrum dedit immortuus : dignus qui longiorem , **xxviii. annis** (quos viuendo vixdum excesserat) ætatem ferret , exempli flagrantia segnem fortè aliquorum ignauiam otium dedocturus . Post hæc

Ne vuicus quidem dies impunè , seu à morte imminuis , intercessit . Nam 16. Iunij *Alphonsus de Cabaleda Coadiutor* , 17. Iunij eodem in obsequio cursum consummavit *P. Gabriel de Lima* æt. anno **xxxii.** Societ. xi. tertio postquam noltris

nostris domi & foris pestiferè ictis opitulari cœpit , die optatae mortis compos effetus , tenerimas Deo gratias agens pro morte aliorum utilitatibus impensè curandis accitâ . His xxii. Junij Gabriel Ortiz , 2. Iulij Petrus de Valderama , vterque adiutor , acceſſit .

## GERMANIA SVPERIOR.

**O** Etingæ in celebri Deiparæ thaumaturgæ Sanctuario , & Bauaria , omnisque latè Christianæ pietatis asylo , vitam inter charitatis obsequia contagiosâ lue laborantibus impensa feliciter pièque absoluit

P. Adamus Curtius maturè , ac ex voto Sacramentis procuratus priùs quām ex illius morbi genio vsum rationis amitteret . Fuit Sunthouiensis patriâ , gente Sueus , gradu Spiritualis Coadiutor . De annis 49. triginta stipendijs in Societate decorus fuit inter missiones & operas animorum . Constantiam , Landspergam , & vicina Oetingæ loca , diuersis annis , inter atrocem santicæ luis acerbitatem præsentissimo in periculum dati capit is discriminé , quā erat animi excelsitate , solatus , & superites , ac tertiat tandem vice eidem charitati se deuouens fortè animam reliquit : pro suggestu fructuosis , pro sacro tribunali mirè assiduus ; in morte , pretiosâ per virtutum nobiliorum exercitationem apparatione ihs qui aderant exemplu præclaro spectatus .

Maurkirchanæ pestilentia duas etiam victimas immolauit pia charitas in Augusto . Nam istic

P. Bartholomæus Beffuvierth sextam Augusti vitam in opere illo nobili terminauit , Michaelkirchij ante xxxiv. annos natus ; è quibus xxi. Societati addixit , iuuentutis per sexennium idoneus planè ad omnia magister , & plebis per humanissimam suavitatem ad omnem pietatem ducentę dexteritate insignis , cùm nullâ tempestatis iniuriâ posset arceri quin sacrī diebus concursatione sanctâ pagos obiret , ac omnia suauiter inflammaret , aures ubique ac animos ad obsequium promptos nactus fruge quāmplurimâ . Ingenius , & obsequio prōptus in illo candor , sementis instar erat , vt omnes obsequenter agerent quæ ille salutariter submonebat , vel obsecratione urgebat . Domi maiorum reuerens , amans æqualium , cœlestis anima-

animarum lucri audius, præcipuoque ad animas quæ in igne  
piaculari expiantur huandas officio priuatâ familiaritate, ac  
palam pro concione percupidus trecentis aliquando aut etiam  
quadrinquis, ad Eucharistiam accitis eo die quo illæ indul-  
gentijs adiunquantur, totusque in id impensè intentus ut causæ  
illorum, atque auxilij afferendi alios quoque cupientissimos  
redderet. Cum inter opitulandum egris in peste flagrantibus  
se impenderet, monentibus ut sibi parceret, negabat se ani-  
marum causâ corpori suo animoue parcere aut posse aut vel-  
le. Nec pepercit, perseveranter hoc agens quoad per mor-  
tem id licuit. Societatem teneriore amore complexus, lxtam  
sibi spem oboriri sentiebat salutis consequendæ si vitam in-  
illa finiret quam pro salutis suæ anchorâ habebat. Perquam,  
etiam cupidus erat honoris S. P. Ignatij latius proferendi  
aram illi Maurkirchij molitus, nisi rebus affectis mots inter-  
cessisset. Inter suprema morbi egregijs constantis animi  
documentis eniuit, affirmavitque se supplici studio apud Deum  
flagitaturum, ne porrò virus domi plus ultra serperet. Quo-  
circa nemo erat qui securitate inde conceptâ non securus &  
affiduuus illi adesset in Parochi domo: idque non sine admirabilis  
tatis nomine celebratum, quod spes confidentia illi ac  
propè temeritati adeò responderit, ut illa in domo malum-  
nihil plus ultra potuerit. Eius memoria viuit in ciuium la-  
chrymis, in ferts & flosculis quibus eius sepulcrum corona-  
tur; (quæ duo illi, & proximè dicendo Patri sunt communia)  
in ea denique flagrantia pietatis quâ inchoata S. P. Ignatij ara  
porrò vrgetur ad finem, & festum tantâ diuinæ mensæ accum-  
bentium frequentia celebratur quâ coli solet summi cuiusuis  
festi pietas, & maiestas.

Ibidem nonum Angusti diem morte simili decorauit

P. Ldonicus Murer Suevus Kirchbergensis ab anno exta-  
tis undevicesimo in Societate per annos xxxv. magnopere  
commendatus usque ad mortem. Spiritualis Coadiutoris ut  
dotes omnes præclarè habuit, ita illis per sacras expeditiones  
missionum, in pulpitib, & domi variè laudatèque exercuit.  
Orandi affiduate, suaui morum nitore, inexplicabili con-  
stantia religiosi verè Sacerdotis nomina quantumuis tam ma-  
gna accommodatè impleuit. Pios libellos quatuor supra virginis  
suæ ac aliorum pietati peridoneos manu suâ crita villam vel  
vnius

vnius maculae notam descripsit: Mille omnino conciones ita de omni ferè quod se offerre potest argumento in promptu habebat ad manus, ut extemporalitate suâ instructus Ecclesiastes prodire posset quicquid ingrueret. Illud illi à quinqueanno perpetui moris fuit, ut nulla illi concio sine aliqua Dominica orationis linea explicata efflueret. Morum comitas tanta, & quædam velut elegancia suauitatis, ut nemo tam seuerus Cato esset qui cum vnicè non amaret. Cum Superior præcesset nostris & ipse operam suam alijs prolixè offerebat ac afferebat, & aliorum gratiam decorâ quadam charitatis indeole occupabat. Creditur, quoad in Societate vixit, extra statu mensæ religiose tempora nihil vñquam potionis admisisse omnino. Ad fidem orthodoxam dextrè adducebat etiam acriter proteruos aliquando, ac feroes, enodatione rerum difficultium, encruatos, & verborum dulcedine emollitos. Vnde idæ trecentos Catholicis sacris addixit auullos ab hæresi. Sodales Parthenios pijs typis, & multis memorabilibus adiumentis prouexit ad cultum optimæ maximæ Matris, ac Virginis. Arithmeticæ gnatitatem in paucis insignem, pijs exemplis piam reddidit, ut cum e.g. quoties homo hora, diei, mensis, anni, seculi interuallo animam respirando reciprocet, gratijs nempe Deo reddendis ad numerum momentorum quibus degimus in hac vita.

Tertius Burghusij mortis decus hisce non impar **xxxiiii.**  
Augusti occupauit

P. Iohannes Bapt. Rottenbnecher E Tyroli Bolzanensis, gradu Spiritualis Coadiutor, ætis vitæ annis LVI. in Societate **xxxiiii.** Hic operarij officio luculenter funetus, probauit domi forisque mores religiosè amabiles, obsequio promptos; & heroico anime impendio vitam in morte lucratus est.

### B O H E M I A.

F Vnestabat contagio noua: fessam à bellis Bohemiam, cum ne calamitas illa etiam animas ad mortem æternam abriperet, se in arenam dedit, & xxv. Iulij Pragæ illi est immortuus velut obses nostræ erga Deum, & Pragam Societati semper beneficam gratissimæ voluntatis

P. Martinus Benedictus Brumouiensis Morauus LIII.  
vitæ,

vita, xxx. Societatis, xv. editi 4. votorum Sacramenti anno. Hunc virum impensè memorabilem facit polition literatura, docta bis doctè Philosophia, idonea conciliandis voluntatibus erga domesticos demissio, erga Superiores obsequens reuerentia, erga externos candida cum ingenio suaui simplicitas, erga egenos miseratio, erga suos quos in NouoPragen-  
 si Collegio gubernauit nunquam deses cura & charitas; ante omnia verò assida orandi consuetudo, mirabilisque ad omnes demissio, & heroe dignus è vita discessus. Quicquid Martinus dabatur in mandatis, securum eius negotij Superiorum incre-  
 dibilis eius curatè omnia perquisitèque ad omnem apicem  
 implendi solertia esse iubebat. Nullis verbis est assequi quan-  
 ta inter tot exquisitè perfecta erat viri de se postrema omnia  
 sentientis, nihilque suæ industriae aut virtuti acceptum referri  
 volentis demissio, cùm se indignum atque ad nihil idoneum  
 etiam in Rectoris munere ita diceret, ut id ab illo non ex oris  
 superficie, verum ex alto pectore haustum dici frons ipsa, ocu-  
 li, yultus, ac tota eius agendi ratio facile omnibus persuade-  
 ret, hoc ipso tanto modestiae inuitamento, pro Societatis in-  
 genuitate, ad reuerentiam, & obsequium acrius incitatis.  
 Flagrans illi, & perpetialis quædam ars ad omnia erat ora-  
 tio, non raro concalscente ad teneras vsque delicias animi  
 ardore inundans, & aspicientes quoque aliquâ sui partes  
 aspergens, cùm vel ab inuito pectore, non sine suauissimo la-  
 chrymauium rore, cor in linguam & vibrata cùm aliâ sum-  
 horologio monitore verba erumperet, & bonæ illi flammæ  
 alenda quothoris aliquot selecta breuium suspriorum iacula-  
 intexeret, faceretque horas ignis illius ardantis velut vesta-  
 les, custodes, educatrices, incredibili, & per non violentam  
 assuetudinem nulli non faciliter compendio solidæ ac liquidæ  
 pietatis. Atque hoc ille pietatis neruo animum contra ardua  
 omnia obfirmabat: inter quæ illud, tanquam reliquis opero-  
 bus & implicatum magis, illi maximè fuit in votis quod an-  
 no 1646. 16. Dec. in hæc verba conceptum, & exaratum  
 Superioribus porrexit Pragæ: Paratus sum peste laborantibus,  
 si Deus operæ meæ in hoc sancto certamine vti dignabitur, ean-  
 dem operam unâ cum vita impendere. Hoc ille animi sui de-  
 cretum ne obliuione obsolesceret, non Superioribus tantum  
 in mente sibi reuocabat, verum etiam crebro in diuino  
 sacri-

sacrificio instauabat, eius memoriâ se incitans & perurgens. Annubarbo ipsa verba quibus anno 1648. 22. Nouemb. in omnem rei prompte gerendâ occasionem imminens id exarato ad Præpositum Domus Professæ Pragenis, in qua ille tunc degebat, ehirographo ita rem agitat: Meminerit R. V. dubio procul mei antiqui circa obsequium interitorum propositi, quod altero åam decurrente anno crebro in indignis meis precibus, sed & stans ad aram sacram, renouavi, posteaquam R. V. illud sepiùs datis occasionibus interea temporis in memoriam reuocassem, &c. Cum igitur hoc currente anno 1648. copia fœse in vinea Domini laborandi offerat, R. V. humiliè iterum, iterumque rogo, dignetur votis meis saueres, diuinamque clemètiam, suis, & totius Domus sanctissimis sacrificijs & precibus mihi propitiam reddere, ut hoc indignissimi, & tot iam retrò lapsis annis negligentissimi sui serui quale quale obsequium vel in millies millestimam delictorum aduersus Diuinam Maiestatem commissorum partem suscire, imprimis tamen ad maiorem suam gloriam, dirigere dignetur. Scio, Reuerende Pater, & agnosco me hac bonorum Societatis I b s v, Matris nostræ charissimæ, filiorum prærogatiâ omnino indignum: paternâ tamen ipsius, quam nou, rò expertus sum, benevolentia etiam erga indignos filios, fretus, ausus sum hance heroum arenam pumilio exoptare, tum ab ratioñes paulò ante insinuatas, tum quia circumlatis per Domum oculis nullus minus necessarium & vitile pro contuetis Societatis ministerijs video. Liceat igitur mihi coepitam iam vineam Domini (paternâ à R. V. benedictione acceptâ) coli per biduum, vtterius colere; & ex arenâ in quam pedes iam intuli, aut non prius quam omni sublatu periculo referre; aut, si ita diuinae visum fuerit bonitati, inde in domum communem omnium inferri. Sic illæ. Eâ obtentâ prouinciâ bismeltri non minus quam periuenerat enikè perfunctus est, multis per Sacraenta felicem ad migrationem adiutis, non paucis corrugato per mendicitatem charitati præsenti opportunam medico puluere in vita retentis. Et quidem heroicæ illi sue palestræ tunc superstes, anni deinde 1649: Iunio eidem discrimini caput addixit, per eadem nuperæ virtutis vestigia incedens, ac sui nobilis imitator, mortem tuic demum breviore quam viuis inter ægros illos adiuuandos acti mensis cur-

riculo affeetus, xxv. Iulij die quæ illi septima inter supremos dolores fuit.

Augustus mensis duos Pragæ in eodem opere charitatem animabus, corporibusque nauantes, alterum die vigesimam, alterum alteram & vigesimam extinxit. Ii fuere.

P. Christianus Blumschein Pragæ ante annos xxx, natus, in Societatem ante xiii. admissus; modestus, ac suavi, semperque hilari, etiam inter acerbos capitum dolores ingenio, patientia eò fortiore, quod letiore, ac orandi vsu magis conditæ. Etenim in orandi studio tantus fuit, ut fama sit eum orationis velut nutricis ac educatricis ductu innocentie integritate singulari ad religionem educatum. Suę erga patriam, charitatis flagrantiam prolixè testatus est, cùm bis repulsa passus tandem ut se lui publice ad opportunas ciuium suorum utilitates obijceret, impetravit non minore animi leticiā quā fuerit magnum id quod adibat periculum. Totus illi dies, totęq; etres illę quibus eo in munere ad mortem usque versatus est hebdomadę in Urbis trifariaū diuisę, siue in triū Ciuitatum concursatione fuere, cùm vtrōq; egros quęrens domos adiret anticipatione promptissimam se vtrōq; ingerens; ne quid morę aut periculi faceret vel tarditas, vel inopia ministrorum. Solerti aliquando industria se in domos penetras, & è paruulis elicentes veritatem, cum latere vellent egri ne domus inter damnatas & clausas haberetur: quę res pluribus saluti fuit, sive sacramentorum presidiō aliis decesturis.

Melchior Reich Inferioris Glogovię Silesius, annos xxix. natus, in Societatem septimo ab hinc anno ad Marthę sortem, receptus ē Logicā. Hic nauatę iam Brunę alias nostris peste infectis operę experientiā probatus impetratam iterum candem charitatis exercitationem perdidigenti lex hebdomadarium accuratione cum laude exercuit sui aedē liberalis, vt medium ferē hominem porrecta yenenit abies latē impleuerit, præclaręque, vt semper prouideri etiam his solet, Sacramentis instructum & potentem quā profundiūlē sepeliri, confecerit. Eminuit in illo digua Coadiutorum imitatione nunquam tetrici semperque laborum sitientissimi animi letitia, otium semper exosa, eoque amabilis: magna item erga sanctos in reliquijs cultos, & in litaniarum priuatarum seriem digestos religio, piaque de libellis concinnè descriptis orandi

affidui-

affiduitas quæ illi ad labores persecueranter vrgendos dulcis illecebræ instar erat.

Posthos ibidem xix. Sept. magnâ cum nostri nominis commendatione spiritum in simili ministerio exhalauit

P. Jacobus Lippa. Virgenauiensis Lusatius xxxii. annos natus, in Societate xiiii. & in ea spiritualis adiutor. Ingentem animarum Deo querendarum sitim in missionibus luculentter, at in supremo hocce munere per labores incredibiles longè luculentius contestatus, veteris ac minoris Pragæ cōpita igneâ quadâ vi animi complebat, corporé ferè impari ad illam animi tanti molem, cùm supra omnem monitorum vocem exerstuans non somnum non cibum caperet, aut id obiter yalde ageret; ne quis abiret è vitâ cœlestibus mysterijs non mutitus. Monitoribus, ut sibi parceret hortantibus, illud idem: Fidelis est Deus; respondebat: illud quoque ad socium inter prodeundum è domo crebrius dicitans: Eamus & nos, frater, & moriamur cum proximo, nullum periculum pro animarum periculo recusantes. Inde illum fausta vndeque precati cives teneris vocibus prolequebantur quâ quâ se ferret; Suedois quoque haëreticis nil hilce simile apud tuos ministros. Vnquam conspectum cum admiratione dicentibus. Ita hoc ipsum opus heroicum egregia non otiosa fidei testificatio est. Vnde laudatus hic alijs S. Dionylius Alexandrinus supremis laudibus exornat ac titulis: istud mortis genus, quod propter incredibilem pietatem, ut ille loquieur, & robustam fidem suscipiebatur. Hac incredibili pietate, ac robustâ fide armatus Iacobus, si quem vlcere malo iustum inmitis è domo hospes (ut opificum famulis visuencire amat) in plateam abiiceret, ille corpus ad situm aut locum commodiorem, ille animal componebat; nihil non ausus ut alijs prodiceret quocunque sui periculo.

Duobus Iacobo annis in vitâ & Societate maturior inter paria illi charitatis exquisitæ decora diem quartu[m] & vige[simum] Octobris Litomericij reperit

P. Matthias Kallaus Kuttenburgensis Bohemus, & ipse Spiritualis Coadiutor. Cùm vitam omnem difficulti Grammaticæ tradendæ pulueri addixisset, iam quinquennio in illo versatus, vbi se tulit occasio maiorem spartam animo impiger occupauit; ægris per semirutas domos & subterraneas paric-

tinas perquirendis, perque omnem utriusque medicinæ industriam recreandis, fouendis ad mortem usque tantum cum ciuium estimatione versatus, ut è Litomericensi Senatus consulo in templo urbico. eoque primario, calce in loculum iniecta, fuerit honorificè tumulatus, quicquid nostri contra nequicquam niterentur.

## G A L L I A.

**V**ocata est in huius decoris partem hoc anno etiam Provincia Lugdunensis quæ Deo per charitatis ad mortem usque apud infectos ancillatæ manibus luculentam sanè hostiam dedit Massiliæ xxix. Septembbris.

P. Philibertum de Loches anno 1602. 3. Ianuarij in Diœcesi Gebennensi apud Sabaudos natum, Societati anno 1621. 7. Oct. assertum & in eadem supremo quatuor votorum vinculo in sacram militiam anno 1635. 8. Oct. arctius assertum. qui grammaticas disciplinas per sex annos, Philosophicas triennio tradidit iuuentuti; postea ministri munere per annos octo, missionibus per quadriennium functus; ubique suauissimi moris abundè retinens, prudentiâ discipline que curâ spectatus; & charitate potissimum dotis reliquæ condimento. Increbrescente contagione Massiliæ arduam in provinciam se statim coniucere certum habuit Philibertus: vtque id per maiores domesticos, & urbicos eosque inuitos, magistratus sibi liceret, summis precibus tandem perfecit, cùm charum caput periclitari nollent, & tamen obsequendum magno illius genio, ac presenti necessitati censerent. Mira in Philiberto, & latè undeaque ac prouidenter porrecta prudenter, nullis erumpens fatigata, nedum interuersa vel perturbata enituit; cum partitè se in omnes urbis ac suburbiorum regiones ita daret, vt Eucharistiæ Sacramentum plurimis, penitentiæ vero nulli non impertiretur quos vis mali de mediocritate piebat. Quā in re dexteritate prestare firmi & maturique iudicij magnum indicium est, quando urgente periculo ardentiū quām prudentius aliud pro alio agitur, eoque paucioribus opera impeditur pluribus profutura si flagrantia animi etiam consilium meditatè disponens omnia & singula adsuisset. Illud illi preclarum solatio fuit, quod ex hereticis aliquot qui cæclade

clade ita mortem iam præ foribus habebant dulcissimam charitate sapientique consilio demulcere, atque subigere ita potuerit, ut illos non impensis quam maturius ab hereticâ superstitione ad unicam fidei lucem adduxerit. Circa morientium testamenta summam fide ac integratatem cavit ne quid in Societatis nomen exemplumque peccaret. Vnde illi magna; magna item Societati non ita in rem, ut vulgus iactat intentæ veræ laudis fama accessit, atque authoritas. Vnde quicquid ab illo in codicillo eam in re fuit relatum, integrum esse iussit magistratus, neque ullâ ex parte rescindi, cum tamen in alijs id genus tabulis non eadem fides data fuerit, atque authoritas. Illud etiam latibile fasse cum illi, tum Vrbi fuit amantissimi Numinis argumentum, quod quamdiu lethalis lues tota deseuicit, integræ Philiberto vires, laborumque patientes perstiterint: at ubi fracta mali vis, illius operâ minime iam egreditur, tum demum illum velut suo iam gloriæ curriculo perfundit, ac emeritum eadem contagio, & quinto post die occupabit mors matura quidem ijs quæ præclarè iam egerat, acerba ijs quæ adhuc à tanta virtute non ex vano poterant expectari. Hic mihi nonnullis mutatis de Philiberto venit in mentem id quod legi à veterum Massiliensibus factitatum: qui è pauperum numero unum, quempiam se ultrò pro salute publicâ pestilentia tempore devouentem, anni unius interuallo puris dapibus opiparè habitu, vestibusque sacris ornatum, per urbem circumduxere, ac sruo deo sacrificauere, clamore sublato dicentes: *Ego piaculum nostrum: esto victimâ nostra.*

Hæc sunt sortium huius anni nominum decora, quibus mors experimentum fortitudinis fuit. Aristoteles certè fortē circa terribilia verlari, eaque maxima, ubi dixit, adiecit: *Mors autem maximè omnium rerum est horribilis.* Bellum deinde, maximum vocat pulcherrimumque periculum, & mortem illam fortē esse quæ in pulcherrimis rebus contingit. quæ laus nostrorum heroum est, ubi mors lenta, & Reip. saluti impensa, non uno istu perficitur, ut in bello. Ille itaque, Aristotelis verbis ibid: ultrò in rem nostram concedenteribus: ille propriè vir fortis dicetur, quæ circa præclaram mortem impavidus fuerit, circuque ea quæ mortem afferunt, cum præsumat.

Mors.  
Nico-  
machi.  
lib. 3.  
c. 6.

Atque:

Atque ut ne ad ealcem anai hoc omittamus, hic annus Romæ morbis à fame atque contagione in tenuis fortunę plenam propagatis, magnoperè exercuit industriam, ac valedicem Sociorum, potissimum Domus Professorum Romanorum: & 8. Iunij die *Vincentium Carafam Præpositum Generalem*, ad famis publicæ atque morbo languentium leuamentum, plus quam officij tam vasti & laboriosi ratio ferebat, intentum, terris exemplum, post magna præstantis ad omnes exempli documenta, immortalitati transcripsit; eiusque loco, ad singulare, sed breue Societatis vniuersæ solatum, Franciscum Picolomini-  
neum supremæ rectioni admouit.

## ANNVS MDCL. • SOC. CX.

**H**ibernia; sive Irlandia, insula Regni nomine coronata, vicinam habet Britanniam, & Oceanum. Regnum in quo & Sancti veteres, & ipsa elementa incredibili propè admirabilitate reserta sunt; si tam vera quam mira sunt quæ feruntur. *Ignis* admirabilis est in purgatorio S. Patritij Apostoli Hibernorum. *Atr* habet raras, & nigras ciconias. ibi Bernacæ aues anatibus palustribus persimiles, at minores, que de abiegnis lignis nasci videntur, ex ijs rostro pendent, dum sensim in plumas veluti eruditæ in aquam decidunt, vel volatu se in aërem librent. ibi aurifrisæ aues pede altero ad rapientum aperto armatae, altero ad natandum tantum apto inermes. ibi Martinesæ auiculæ, quæ à vestibus tineas arcent: mortuæ non putrefacti in secco: si in aëre suspendantur, plumas quotannis instaurant. Tonitrua istic vix in anno semel audita. *Aqua*, terris effrenatæ usque ad bestias olim libidinis in pœnam superflue Erno lacum conflauere. *Aqua* in tribus lacubus ad Foneram pisces habet qui non nisi cœstant, neque in lacu alio vel habitat vel vivit pescis in alio lacu patus; unde exilium illi mors est. *Fons* est in Mononia, quem si tangas, tota prouincia pluvias ciet: aliis, quoque pars capilli vel barbe lauatur, canescit statim. Fontis vero Vltoniq aquâj loti nunquam canescunt. Alius ibidem, fons è ligno petram facit septennio. Connachiæ fons quidam animalibus omnibus pestilens, homine solo excepto. *Terra* non habet animalia venenata; neque vlo mótu concurtit.

In

In maiore insula Momonię borealis nullum animal potest vivere sexus feminæ, quin mortem statim obeat: in minore, nullus cā quam naturalem vocamus morte emoritur. In Arran insulis, hominum corpora non putrescent; sed sub diuersantur, spectanda seris nepotibus. Hęc ē varijs eius Regni Scriptoribus ed adduxi, vt breuiter iucundiora funestis interijcerem. In hoc Regno, quod nunc latè inundans hęresis cruentā caēdē vastauit, & nomini Catholico ferreum iugum imposuit, exiliumque indixit; hoc anno, etiam pestis, belli pedissequa, miserabile auctarium fuit ad cumulum ærumnarum. Quid istic perpeſsi socij, annales narrent. Noſtri instituti est eos edere, quibz pulchra mors inter ægrotum à peste ciuium officia occupavit. Lethales vero Noſtri apud Hibernos heroibus meales fuere Martius potissimum, Iunius, & Augustus. Primum ē Kilkemienſis tyrocinij velut horto florem, sed virtutis, etatis, ac sapientiz fructu matutum.

P. Patrium Lea decerpit xxiv. Martij dies, quem ille p̄t̄notione quadam supremum sibi fore dixerat, habebatque impensè in votis; ed quòd velut limen esset festi Annunciationis Deiparæ Virginis, & hęc cum Societate consociationis anniuersarij rediret, quo nempe tyronum primus Kilkenie Societatem adierat, primus operæ gloriose, cūm tyrones omnes enixè id peterent, in pestilentium adiumentum fuerat destinatus. Vtpote vir noſtrorum iuxta & extenorū opinione sanctimoniam præstans; & præter egregiam Philosophiae Theologique scientiam, Medicz quoque rei apprimè peritus, edque vndequaque votis omnium expeditus. Verū qui ferè tyronum seu præcox ac inconsultus ardor, seu veluti febris est, impendiò magis induxit calori suo præferuido, & se præfertinatis potius quam meditatis vbique omnia peragendi studijs impendit, adeò vt præter exomologesin, & Eucharistiam, extremo etiam olco vngeret à peste cadentes, fôrdes clueret, emplastra ipse applicaret, ipse sudore largo totis poris apertus fossam vni cuiusdam sepeliendo foderet, ac ipse cadaver totum mortiferis ulceribus vndequaque, vt aiunt, lethatum, ne odore tetro auram funestaret, sublatum in humeros deferret, ac terrę mandaret. Is illi mortales inter ultimus labor fuit, hausto inde mortuali malo, ac morte tanto magis acerbā quanto pluribus eius vita necessaria videbatur, si se sibi atque

atque alijs attemperatè seruare sciuisse in atrocitate tantâ mali latius augescentis. Incredibile populi studium & propensio voluntatum erga illum fuit. Rapi se persentiscebant ab amabili quodam odore suauissimè virtutis, è Patritij fronte, aspectu, ac totâ compositione fragrantis. Quocirca tametsi sequente malo à se alios aspelleret, accurrebant certatim tamen ad vestis fimbriam osculabundi, ac benedictione petitâ, negabant sibi à Sancto mali aliquid posse affari, & si ægræ essent, inscolumitatem se ab illo potius relatuos. Et verò hæc aiebant pulchris ac miris exemplis illud experti, cum obvio dato confilio, aut herbulis, alioue facilissimè paribili remedio desperata etiam aliorum valitudinem integrarunt. Quanto publici meero-ris sensu patria eam plagam acceperit comploratio publica, & illa plorantium verba manifestè ostendunt, quibus male sibi ominati ciues dicebant Patricij occasum, occasum vrbi portendere, nempe cuius clades à tanta iactura inciperet. Illi autem solatio fuit natali sur in Societatem conscriptionis die diem oppetere: vt quem ille exquisitis erga Dei Matrem obsequijs augustè colebat beneficij accepti memor, eodem inter illos Patres concryptos referretur, qui suas pro charitate animas holocausto voluntario posuere. Modestia illi tanta fuit, vt ab exercitu Catholico hac notâ fuerit agnitus quod sit de Societate, tametsi alienâ in ueste. Aliquando cum nauicula veheretur, plumbeus ab hereticis è litore imber in illum est missus, qnem ille natatu eusavit. In tirocinio, vberimo lachrymarum dono tenerimus, cum tetram scopis verretet, id flexis humi genibus faciebat; ac terram fusis affluentissimè lachrymis aspergebat.

Eiusdem operæ ac mortis consortione felices rebus humanis eretti sunt Vwaterfordiæ

P. Iacobus Valesius 4. Iunij, &

P. Georgius Dillonns 4. Augusti.

De Iacobo Valesio quid sentiret eius Superior, in hæc verba prescripsit: De P. Iacobo Valesio, Angelicâ illâ animâ, quid dicam? Noui illum à puerô, eamque consolationem dedit mihi Deus, vt Spiritualis eius Pater fuerim prius quam in Societatem ingressus es, & ultimo etiam vita eius anno in Societate sanctè transactæ; imò vt & confessionem eius generalē de totâ vitâ exceperim primo die extremi morbi quo nobis

nobis ablatus est: in quibus omnibus protestor coram Domino, me recordari non posse, quicquam in eo vel ex eo cognisse quod peccatum mortale esse indicarem. Fuit ex omni parte ad Societatem nostram factus: insignis in eo doctrina cum summa humilitate; quotidiana laboris instantia cum continuâ curâ sui, atque internâ recollectione; conuersationis suavitatis cum rârâ modestiâ, ac minime affectâ gratitudo coniuncta. Eius memoria in benedictione erit si nos Vvaterfordie, certe ubique unque Vvaterfordiensis ipsas omnes in exiliis actos habilitare contigerint. Mûcîs lachrymis extorterat, ut pesto infectorum obsequio addiceretur: quibus tam intra, quam extra urbem solandis, iuvandisque dies toros impendebat. Ipse tandem inter eos peste correptus, quamprimum confessionem generalem fecit editisque egregiae patientia, pietatis & ac religiosa paupertatis, ad stuporem omnium qui assistebant, exemplis, solitis Ecclesiaz Sacramentis munitus purissimam animam Domino reddidit. Vvaterfordie 4. Iunij 1650. Hac ibi. Aetas Iacobo fuit xxxiiii. annis non major. Societatis vero in priâ sua luce ac laude seruanda studium supra etatem, quodque primum Societatis etatem, & summa Societatis capita, omnesque diuine gloria percipidos quam maximè deceat. Ingenium doctrinâ excultum, & ingenue candidum; de extrumque ac felix ad nobiles primæ nocte viros Ecclesiaz asserendos. Erat cuiusque aggressioni par, & nusquam imparatus. Prudenter antevertendum occasioni, hocique attemperatè seruendum ratus; nunquam impromptâ lingua suavitate, andebat, si res ferret, etiam contropere, quæ dictaret prudentia, sed id comitate tam, & artibus ingenij faciebat, ut censeretur p.e quam insigni apte monendi arte callere, cum ipse illius ad omnem virtutis ac legum disciplinam accommodatus domi & foris, agendi, loquendi, tacendi modus, esset blanda hortatio ad virtutem.

P. Georgius Dillonus, Comitis de Roscomon filius, non minor suis in Societate natalibus, & quæ nobilium inter nos ingeniorum hereditas esse debet, lauta virtutis ac doctrina dote in ingenio ad summa quæque idoneo perillustris. Proprie verò velut indigetum nostrorum formæ tam capax, tam retinens, ut illi nec solida virtus, nec idonea intelligentiæ vis, nec animi moderatio, nec vlla planæ habilitas deesse sit

visa ad egregiam quamvis prouinciam gubernandam : Non  
 itinerum , non rerum agendârum , non communium patriæ  
 perturbationum moles illum vñquam extra domesticam le-  
 gum orbitam vt exiret adest . Serena illi , & Olympi velut  
 imitatrix mens , nunquam à præstitutâ pios libellos legen-  
 di , conscientiæ arcana sub meridiem itemque yesperi discu-  
 tiendi , commentandi , puncta yitij , vel virtutis pro singularis  
 examinis scopo suscepit adnotandi , verba , & horas parcè  
 custoditèque distribuendi consuetudine relanguit . Consilia  
 illi prompta , & è deliberationis præmissæ momentis natascum  
 acriter in vtramque rei deliberandæ partem perspicax confe-  
 rendis firmandilque vtrinque suffragationibus ita mentem  
 aduerteret , vt qui hominem nôrnat omnia sibi de illius pru-  
 dentiâ pollicerentur . Ad laborem nostrorum hortator assi-  
 duus aiebat firmis viribus , ingenio , ac ætatis floridæ tempe-  
 stuitati nullâ ex parte parendum . Iam suo experimento se  
 discere senectam & senium , ac deuicias vires esse tempora-  
 patienti potius quâm agendi . Ille certè quantum vires sup-  
 peditabat non tam etas attrita laboribus quâm experientia  
 ingenitæ nobilitatis indeoles , omnem pugnam & laborem in-  
 hac tam aduersâ tempestate inter primos ciebat strenue , la-  
 borum pertesus nunquam ; & in ijs non solùm quid agendum ,  
 verum etiam quo modo è Societatis genio & institutione id  
 agendum esset solerti circumspectione ac perspicacitate atten-  
 tus , idque usque ad mortem . Vwaterfordiensium conspectâ  
 strage , quâ pestis cadaveribus complebat omnia ; pestem aie-  
 bat esse nunciam à Deo missam ad animas maxime Deo charas , &  
 ad mortem præceteris maximè dispositas , quæ illas ci-  
 taret ad celum : vnde matrona illustris : vt video , inquietabat ,  
 non diu fruemur optimo meo cognato P. Georgio : nam  
 quæ anima Deo charior est sanctimonie famâ celebri illâ ani-  
 mâ serui sui P. Georgij Vaticinatio illa esse visa est , euentu  
 breui firmata . Nam sequenti die , qui fuit S. P. Ignatij , Præ-  
 torem lue iustum Sacramento poenitentiæ ac viatici communi-  
 uit : biduo deinde confert turbæ audiendæ operam nauauit ,  
 & se pestiferè contactum sensit . mox animum ab omnibus vi-  
 tæ anteactæ peccatis expiatum ad ferendos bidui dolores , mor-  
 temque compositus , non minore animi firmitate , quâm fuerit  
 morbi yis ægrum corpus accerrimis doloribus exercens . Ita-

extremis vndique ad migrandum comparatus, iv. Augusti 1650.  
in ipsa diuini Iesu nominis pronunciatione præclaram animam reddidit Conditor; & in patriam illam concessit, quod nec pestis, nec bellum nullum se penetrat.

Nona demum Augusti post extinctum ibidem Gasparem Brionum Coadiutorem, vero carum quæ laicorum proprie sunt legum spiritu verè imbucum Israëlitam, Rosponi sustulit.

P. Gregorium Dovudallum virum eius vel aspectu bonum Christi odorem spirante personam ad meliora permotum sunt plures: tanta illi tamque innocens sui demissio, tam comparatus ad ardua semper animus, ut hostibus hereticis Rosponi potis, quod se in Catholicorum ædes inferret, olera per urbem vendiderit, hortulanus veste piam tegens industriam, & peccata faentibus aures clam præbens: id quod suspectans periculæ hereticus cum Patrem insequeretur sibi iam notum, (quia sè illum hortatus ad sana Gregorius ad fidei lucem adducere nitebatur) contento gradu illum assequi dum vellet heretico tribunali sistendum tanquam Catholicum Sacerdotem, repente concidit fracta misericordia ingrati animi scelus, Deique vindictam diu lecto inter acerrimos dolores affixus agnouit, consilij tum demum pœnitens cum pœna culpam plus ultra progredi vetuisset.

## A R A G O N I A.

**G**erunda, seu Girona, forte sic dicta à Gerione conditore, Cathalaunica Hispanæ Tarragonensis Vrbs, Lommia quoque aliquando nomen obtinuit à Lomminis tergeminis Gerionis filijs: à quibus illam conditam fuisse tenet opinio aliorum. In hac Joseph Cortada 2. Nouembris, & ante hunc Joannes Carrera 12. Septembris cecidere, commissatione alienæ calamitatis vitæ iacturam voluntariè perpetui. Praiuerauam iam illis exemplo, cursu[m]que agonis effusdem consummata.

P. Isidorus Vila 26. Iulij; qui se magnâ indole pro illâ spartâ obedientiæ obtulerat; brevi, ab una & altera confessione auditâ, peste afflatus: & latabili gaudio delibutus, quod vitam reddebat charitati, hoc est, in proximis, Deo. Etuerò  
O o o 2 iactura

iauctura videri poterat, id aetatis & habilitatis iuuenem amississe, nisi hunc in modum fuisset amissus. Vrgellis ante xxv. annos natus, parentes habuit Societati enixè addicatos. Unde pia mater S. P. Ignatio impensè supplex, ab eo flagitabat, ut si non omnes quatuor, certè unum de suis liberis cohortis suæ adscribere dignaretur. Ea fôrs feliciter cecidit super Isidorum natu reliquis iuniorem, cæteris dotibus non postremum. Quatuordecim annos natus Isidorus inter socios degere cœpit adeò compositè, tamque indeflexâ seueritate domesticæ disciplinæ, vt præclaras de se spes excitârit; cum illum cubiculo, silentio, studijs, & singulis rerum è domesticâ religiosæ vite serie agendarum apicibus tam ad amissim exactum, Matri Deiparæ tam tenere, animabus quæ in purgatorio expiantur tam propensè addictum, atque in his omnibus non ambulatoriâ sed perseveranter fixâ voluntate constantem viderent omnes, atque suspicerent: quæ omnia mors eò socijs amarior quò acerbior interuerit. Eadem etas erat Petro Paulo Cusens Barcinonensi, & necdum expleti biennij tironi, cuius vitam, charitas inter perpetua P. Isidoro Vilç impensa obsequia.

xx. Augusti egit præcipitem in mortis decus tantis quæ in illo merito laudabatur virtutibus opportunum; & præclaris cum Deo, ac Dei Matris colloquijs præclarè nobilitatem supremo die quo illi mens rediit haciemus ferè vi mali adempta. Grandium virtutum iuuenem vocant literæ de illo perscriptæ. Deseruerat ille in seculo lautas omnino spes, vt se Societati seruum daret, in Coadiutorum album relatus. Certè xx. quibus in Societate vixit mensibus ita se in valetudinario gessit, vt annos totidem implere sit visus, accuratione munericæ exquisitâ, multâ patientiæ audiçate, cum ægris facilitate, singulare cum diuine voluntatis nutu coniunctione, corporis vique ad sanguinem verberandi, & plura semper vt sibi contra se licerent perendi affiduitate, atque hæc omnia frequenti Sanctissimæ Eucharistia usurpatione alebat, firmabat, promouebat. xxvii. Augusti dies præclarum funus celebravit

*Ioannis Nanes* qui è 50. vitæ annis, ynum ac viginti in Societate meruit, ad omnia Coadiutorum officia & artes, ac virtutes insignitè vt idoneus ita promptus; eaque insigni quadam cum eminentiâ executus, seu ad fabricani, seu ad currus, aut

aut colendam terram foris , sive ad Sacristiae , valetudinarij , culinæ , aut quævis alia munia vocaretur , magnum Superiorum leuamentum . Fuit , cùm in obsidionis ærumnis Tarraconenses socios in sudore vultus sui , vt erat ad horri quoque cultionem egregius , sustentauit . Omnibus officijs erga omnes amanter prolixus , Coadiutorum norma & clarissimum documentum dicebatur . Nunquam tetro , quod aiunt , humore , vel malâ stellâ , vel sinistrâ lunâ , cui obnoxia sunt nonnunquam ingenia nonnullorum , afflatus ; semper sibi præsens , ac sui potens erat , quocunque loco , vel tempore illius opera quereretur : adeò non erat opus dextrè meliora tempora obseruare quibus illi esset aliquid imponendum : planè omnium horarum vir ad omnem obedientiæ & charitatis genium fatus , ac faciens omnia . Domi noxiū virus duos prostrauerat . his Ioannes tam effusè , amanter , hilariterque adfuit alfiduuus , vt freno eguerit , ne se perderet suo illo tam dulci velut oestro percitus & abruptus ; noctes diebus continenter iungens vigiles ac laboriosas , cùm diceret se quiescere non posse usque dum chara illa capita suis ipse manibus conderet . Agitorum alter carbonem pestiferum in collo , alter in tibiâ habuit . Utrumque ylus eodem loco ab utroque traxit Ioannis collum ac tibia , oculorum altero lachrymatione continua guttis perpetuis manante . Cùm Patres illo suo periculo astiletos videret , ad eas S. P. N. Ignatij quas in obscuro suo conclaui habebat reliquias supplex accidit , & vt S. Pater filiorum misereretur flagrantem eadem repetens , vidit splendorem instar hominis è reliquijs crumpere , seque illo circumdari , totumque intimè perfundi lœtitia solidâ , tenerâ , admirandâ : tum dolor omnis , & colli ylus abstinet , & somnus redit ; solo tibi ylcre in alterum diem relisto , indice beneficij diuinis accepti : quod tamen etiam evanuit ; & Ioannes ex integro incolmis hortum percoluit ; donec lœtiarum plenus iterum se pestè cœtuare aduertit , & Sacramentis procuratus , xxvii. Augusti , horâ noctis 10. in lucem eternam excessit : cùm ante xv. diem eadem horâ se lumine illo è S. P. Ignatijs lipsanijs crumpente vestitum vidisset .

## I N A M E R I C A.

**P**rovincia Franciæ in suis Americæ Indijs hoc anno haud mediocre damnum accepit, amissio istic

*P. Iacobo de la Valliere.* Hunc domo nobili Turonensem, anno 1636. 5. Ianuarij nostræ Societati insertum, anno 1650. in Americæ meridionalis insulas quæ à S. Christophoro nomen habent, post peracta magnâ cum ingenij laude Theologie studia, destinauit, parem futurum tante moliz; vt pote cui & innatus à nobilitate sanguinis ardor magnanimitasque precipua summo animarum procurandarum desiderio animata, & vires ab geate xxxii. annis necdum prouectiore insignes, & sicut omnis tam politioris & Philosophicæ, quam Theologicæ literaturæ, ita virtutis eximie capax & plenus pectus, magnas in illis populis animatum veititates promiserint. Verum his illi vti virtutibus quia diu istie non licuit, vsus illis est ita vt ardente lue se in medium velut incendium dederit, & breui iacturâ sui sacram illam expeditionem non leui damno nec impari dolore affecerit; quando vix appulsus, ab ingrauefciente celo letaliter faucios tam Gallos quam indigenas magnis effusæ charitatis exemplis prosecutus, animarum saluti, & corporum quo potuit leuamento manu totâ & ingenio sub charitatis vexillo militauit. Obita sequenter imò semper vbiique pericula, fidelis circa sanos, egros, morientes, mortuos vsque ad sepulchrum labor; illata humeris in fossas, conditaque cadavera; obstinatissime fortis inter tristem rerum faciem contra mortis metum vite contemptio, charitas vbiique animosè robusta, magnam illi apud omnes laudem peperere, quam omnium in se amorem & studia prouocabat; mirè ardens animi, & vite vt prodigendæ ita retinendæ audius, quod pluribus subueniret. Multò maxima sequiebat strages, eoque Iacobus ne optato citius prægrauante tantâ Gallorum, domesticorumque cädentium multitudine hauriretur, ad illud quod ipse paulò ante considerat Immaculatæ Conceptionis Deiparae Sacellum adiit, & vitæ Matrem enixè quam potuir precatus est; vt illa clienti suo, inter continuata tot periclitantium infortunia, tanta ritæ spatiæ à vita Domino impetraret, quanta ad opieulandum tot extrarijs, tot Gallis sufficerent. Et verò in MARIANO iam luero ponens dies ac horas quas vinebat, omni cå quam retuli charitatis fortissime apparitione, inter dirè

dirè tabescentia corpora, vsque ad mortem assiduè ægrorum, tractatione accitam, & nobilitatam, ac **xxix.** Decemb. dies obitam, est verius. Nempe iste, ac socij omnes qui ut ad maiorem Dæi gloriam ægris auxiliarii dextram porrigerent, se diro tetræ luis incendio voluntarij obtulere pro communi omnium periclitantium bono, clamant exemplo id quod olim dixisse in fastis Romanis fertur celebrem illam dextram igne vrens Romanus heros Mutius Scaeuola: *Quam vile corpus Æs qui magnam gloriam petunt! Virtutis facinora, inquit in proœmio suæ Historiæ Diodorus Siculus, immortalia sunt. Et quidem decorum est mortales labores perpeti pro gloriæ immortalitati. Egregios virtute viros Heroum honores affectos videremus.* Nec officit quod paucos intra dies aliqui hunc Heroum cursum compleuerint facti mox victimæ; nam quod in Parænetica sua ad Valerianum epistola eleganter dixit S. Eucherius Episc. Lugdunensis, parere possunt vitam aeternam pauci dies.

**ANNVS MDCLI. SOC. CXI.**

**IN GALLOBELGICA.**

**A**RIX apud Gallobelgas præclara charitatis erga omnes cum peste conflictatos exercendæ prouincia Sociorum plures promptos habuit ad labores, & mortem: hanc tamen vnicus obiit 2. Sept.

*Germannus Souliers Coadiutor, ex Baaz in Condrusio. qui ex uno & sexagenis virz annis in Societate posuit vnum & quadragesimæ; dilecti nomen, antiquæ simplicitatis, in laborando assiduitatis, in paupertatis curâ, in obedientiæ studio committitus, & adeptus. Bis terue obnoxie, ac flexis etiam genibus, flagitârat ut eam in aciem sibi prodire licet. Licuit; & rem gessit pro dignitate vsque ad mortem.*

**D E P O L O N I A.**

**P**Ostequam classicum cecinit in Polonia seruile bellum, alij ex alijs prosecutini sunt cumuli ærumnarum; peccatis etiam inclemenciam fæiente: in cuius æstu dum è Societate quatuor operam cum capitis periculo amanter ac stolidos

diosè nauarent, vñus Cameneci xxxi. Octobris desideratus est, morte abreptus.

P. Ioannes Słupecki maior Polonus, anno 1609. natus, viginti post annis Societati adiunctus, & in ea 4. votis adstrictus. Post humaniores disciplinas quinquennio traditas, conciones triennio missionem vno anno solerter ac religiosè obiuit. Religiosa fere ad nimiam yisque solicitudinem illi conscientia; præsens tamen ubique animus. Certe in fluvio: cui Sano est nomen, aliquando euersa nau mirè se ac equum currem à periculo explicuit; & equi operâ simul, ac ingenio extemporali ysus, ad littus eusafit; nempe ad inclytum nobilis obeundæ mortis decus à Deo reseruatus.

### H I S P A N I A.

**H**abet suos hoc anno etiam Hispania quos in Hispaniola insula, & Oschæ certamini tam claro addixit, & in illo pulchrâ morte fundos Romano iij tabulario recensuit receputus mos. In dicta insula 10. Maij P. Andreas de Solis, 29. Maij, P. Damianus de Buitrago; Oschæ die Sanctorum omnium Franciscus Mendiri; morte illâ tot nominibus optatissimâ excessere ad vitam.

Certe si S. Cyprianus de mortalitate scribens, tam exaggeratis laudibus exornauit eos qui in mortalitatis tempore temporis munus amplecti sciunt, & ferre quæ Deus vult; his qui se non in fugam, sed in medium eius mortis dedere luculentè magis & magnificè ista conueniunt. Dicit enim; Contra tot impetus vastitatis, & mortis, inconcussis animi virtutibus congregâ quanta pectoris magnitudo est? Et quanta sublimitas inter rinas generis humani stare eretur (imo auxiliarium) nec iacere prostratum? Gratulari magis oportet, & temporis, munus amplecti. Mortalitas ista, ut alijs pestis est, ita Dei sernis salutaris excessus est.

ANNVS MDCLII. SOC. CXII.

**H**oc anno lethalis aura Sardiniam, Aragoniam, Poloniā, Lithuania latè vexauit. In Aragonia cecidere nobiles victimæ charitati: quo impensis dolendum est, ad nos

nos de ijs non nisi nomina peruenisse. Perpiniani 24. Iunij cecidit P. Raphael Hernandez exatis anno 39. Soc. 23. missis omnibus flagranter exantlatis utilis, & illustris. Cesarauguste nonā, & 26. Augusti. P. Emmanuel Crespus demissione, mortuū & obsequendi suauitate laudatus; & Ioannes Velosa Coadiutor. Hos Maioricā anno exeunte secuti sunt P. Baptista Escardus maximi exempli, ac primæ in pulpito authoritatis vir, dictus concionator eternitatis, potens ad animos percellendos, & ciendas serias lachrymas auditori. P. Antonius Vedel, doctrinā, domesticā disciplinā insignis; P. Niccolaus Berga nobili domo natus, rectionis ac obedientiæ artibus eximius. Denique clausière hanc aciem charitatis P. Ioannes Cerdas, Bartholomens Sityar, Vincentius Miguel.

Concio.  
nator  
secund.  
talis.

## S A R D I N I A.

**V**etus hæc, & noti nominis, ac iam Regni quoque titulo nominata insula, vnius nauis appulsa lucem hausit. Etenim cum nauis quedam onusta mercibus Alguerium appulisset, nautarum vnuquispiam peste iitus; ignotum malum in amici domum intulit, amicè acceptus, & incolumentati restitutus. At illo ad nauim reduce, malum foeminam domi corripuit, biduique interposito intervallo illam extinxit, plures afflavit. Inde latius gliscere atque grassari contagio; nostris quoque à domestico famulitio miserandum in modum contactis. Putant exitio publico apertum aditum etiam per inconsideratiam, seu verius avaritiam, quæ prima quempiam forte corruperit; iamatrix facta pesti tam immani clade grassatz, ut facile septuaginta millia capitum de medio sustulerit; nostris ferè septuaginta quinque sublati, qui numerus in haudquam magnâ istic frequentiâ luculentam cereâ tam Regno illi, quam Societati plagam imposuit. Felicior fuit eorum sors & mors qui se vtrò infestæ lui obiecere, immortui charitati. De quibus magis constat, sunt hi; tametsi plures fuisse vix dubitem. P. Andreas Arcedi 4. vota prof. & Provincie Procurator. 27. Ianuarij. P. Antonis Piso Calaritanus, 30. Ian. P. Hieronymus de Vrso 4. vota prof. 6. Febr. Postridie P. Augustinus de St. Arboren 4. vota prof. Theologiam pet annos. 12. laudatè docuit; studijs præfuit. Octauæ

Terc.  
Ist. P. E.  
lla Ma-  
dæ.

Gen. Congr. Romæ interfuit Elector. Mirâ morum elegantiâ, & animorum zelo præstans. Milites qui Calarim in nauis appulerant charitate multâ complexus, eos quos hæresi infestos norat, ad fidem reduxit; & morientibus omnibus quos lues conficiebat ministravit cùm dilectione quæ fortis est ut mors, idque usque ad mortem. Eum secutus est pari gloriâ 16. Iunij P. Ioannes Bap. Tacano animorum & corporum gnauus minister: 25. Iunij P. Antonius Franc. Arefo, Philosophiae: 29. eiusd. P. Ioannes Maria Fulgueri Theologiz Professores. P. Augustinus Mafia 18. Maij Aluerij, P. Ganius Biquisao Sassari 12. Iulij: ille Spirit. Coadiutor; iste Professus. P. Franc. Syluano 21. Iulij; Ioannes Maria Nugnes Sassari 22. Iulij. P. Salvator Pinna ibid. 28. Iulij: viri magnâ solidæ ac in publicis illis turbamentis benè sibi semper constantis charitatis significatione præstantes.

## G A L L I A.

**T**olosæ P. Antonius Carcenac 13. Octobris voti tandem compos fatus ut peste cadentibus esset subficio, Deo, & ijs per quos id impetrârat impensè gratias egit, conscientiam generali confessione morti paruit. S. Iosephi sui patrocinio se totum iterum yndeaque addixit: post labores egregios 25. Octobris peste iustum se sentiens, quasi vocanti Deo responderet: Ecce, inquit, me, mi Deus! Permisso me totum divine voluntati tua. Quid mihi est in calo, & à te quid volu  super terram, Deus cordis mei? Respic in faciem Christi tuæ, & miserere mei. Tum Beatiss. V. S. Iosephum, S. P. Ignacium, flagranter allocutus 28. Oct. ad illos concessit, anno xxtat. 38. 11. Nouembris Patrem secutus est eiusdem socius Gaspar Arbe Coad. Tolosanæ Domus Prof. quâ Ianitor, quâ Adiutus, vir utrinque religiosè assidus, & gratus. Pestilentivlere illus in obsequio peste afflictorum patientiâ fuit singulari, maximè cum pyrius lapis carbunculo impositus illum dirum, in modum cruciaret. Confessione generali iterum expiatus, alijisque instructus: Eundem, inquit, in calum iam mihi est: Gloriabor in infirmitatibus meis. Da, Domine, quod inbes; & inbe quod vis. Mithi adharere Deo bonum est. Dicebat hæc, & Crucifixo tigens oscula, hæc addebat: Domine meus Iesus, sa-

cipe spiritum meum. Iube me venire ad te: ut cum sanctis tuis  
landem te in secula seculorum. Amen. Ultima expirantis verbæ  
fūdere: Iesu Christi, Maria, Joseph, Ignatii: Iesu Christi; miserere mei.  
In manus tuas; Domine, commendos spiritum meum. Vir fuit sorte-  
tus animam bonam, laboris patiens; atque laude silentij,  
quietis, modestiaeque insignitè commendatus.

## P O L O N I A .

**I**N uoluta hoc anno funesto terra huius calamitatis incen-  
dio Polonia plures de Societate filios gratos patriæ nu-  
merauit, vtpote qui acceptam istic vitam ibidem pro immor-  
tali cœlum decedentium salutē morti obtulerint, exempli cla-  
ritudinis ad posteros inclytis ac decori. E Cracoviensi Profes-  
soru[m] Domo in hac laude primus excessit 14. Iulij

P. Jacobus Sarbinus, & octauā Augusti P. Joannes Conrad  
vterque in Spiritualibus Coadiutor, vterque tenore disciplinæ  
religiosus, & in animo[r]um lucra cordatus. Ibidem in Domo  
Probationis eadēm pretiosa mortis gloria euocauit ad præmia  
charitatis 12. Augusti

P. Ioannem Starczewuski multorum in missionibus vt  
annorum ita palmarum virum. Laboriosæ industriae apud  
Cossubios Prussiæ fructus luculentos tulit, inculcandis quoti-  
die fidei sanctæ rudimentis continenter intentus. Nobilitati,  
& animarum curatoribus, rotique vndique populo dictus Apo-  
stolus. quod ille nomen tantò magis commeruisse videtur  
quanto sua commoda omnia & splendores, ærumnis, ac sui de-  
spicientie longè posthabuit, nullâ sui corporis curâ, modò ani-  
mas lucrifacere Christo posset.

Lublini 8. Augusti P. Martinus Vuroblewicz lœtâ mor-  
te functus est, gemino gaudio delibutus, quod LXIII. aetatis  
anno etatem absolveret, pari annorum numero cum Deiparâ  
moriente, cui apprimè studebat; deinde quod mortem in illa  
charitatis exercitatione inuenisset. Erat illi agimus viribus  
corporis altior, & sui semper promptus, ac etiam dolorum  
impetum superans excelitate mentis nunquam ullâ clade ob-  
trita, illud tamen dolenter ferentis quod sub terra illius mali  
caligine fatigentibus auxiliares aures, linguam, & manus  
præbere non posset cum iam prostratus decumberet. In omni

horarum, terumque de legum iussu agendarum partitione religiosè attentum, atque ad omnem virtutis vbiique yrgende laudem semper expertum experti sunt domestici, & externi; cum aquimas non nisi per propria instituti nostri vestigia quereret; eoque se nullâ ex parte amissò, illas dextrè ac feliciter inueniret.

Sendomirię xxx. Septembris

*Paulus Kamborski* etatem iam de hac palæstrâ septiis ac benè commeritam fine consentaneo nobilitauit, cum se Patri ægris operam nauanti peritum & nauum laborum ac periculorum socium addidisset.

Torunij xxiv. Sept. vix eam aciem ingressum

*P. Joannem Kolosvarski* nuper admodum quatuor vota professum, afflatum mortis virus interemit; virum quæm & literatum ingenium, & religiosa indeles, & procurata tota pectori utilitates animarum, dignum & stimatione, ac spei plenâ rerum grandium expectatione fecere: sed spei quantumuis magna desiderium talis exitus perquam abundè impleuit, atque adeò etiam supereravit: hoc enim mortis genus eorum est quorum spes immortalitate plena est.

L I T H V A N I A.

**H**VIS anni autumnus Lithuanie populari febris æstu fribundus incubuit, peste è castris & è Polonia propagata quæ xix. Octobris Varsoviae primum erupit

*Michaëlem Kuszevuski* è familia non ignobili Societatis Coadiutoribus adiunctum, qui Patri ad opem infirmorum exposito fidelis & assiduus honestissimi periculi comes adhæsit.

Idem heroicæ operæ ardor extinxit 8. Nou. ibidem

*P. Nicolaum Trzcienski* Polonum qui maturus iam, & Sacerdos anno 1636. 2. Iulij Societati adscriptus, animi defissione, ingenuâ simplicitate, nunquam perturbari visâ patientiæ integritate, ac zelo flagrantem emeruit. Si quos de suis iebus minus laudatè loquentes audiret, voce animoque tranquillo aiebat: Oremus, vt Dominus det suam gratiam. Dei Matrem perseveranter ac multifariam, quotidiano penitio, coquæ multo & vario, colebat enīc; Christi potissimum,

Cruci-

Crucifixi, & animarum studio delectatus, cum identidem diceret: *Pretiosas profectò esse oportet has animas quarum amores sanguinem & animam suam posuit bonus Iesus.* Inde illi ardor quidam ex intimo foras profliens, quo sibi amantissime adiunctas & adstrictas tenebat voluntates, maximè pauperum, quos maiore desiderio adiuuabat. Nec ea solùm in urbe in qua habitabat, verùm etiam quā iter fortè habebat, plateas & domos obibat assidue, vt rudes erudiret, & gressos & afflictos leuamento aliquo solaretur, sanos ad bonam frugem adduceret.

Estimandam docet S. Cyprianus eius quæ à Deo in communis id genus clade ostenditur beneficentia granditatem; ac, Improuidi, inquit, & ingratius sumus, fratres dilectissimi, ad diuinam beneficia; nec quid nobis conferatur agnoscimus, &c. Pestis ista, & lues, quæ horribilis, & feralis videtur, explorat iustitiam singulorum; & mentes humani generis examinat; *an infirmis ferniant sani.* Exercitia sunt nobis ista, non funera; dant animo fortitudinis gloriam. Hæc ille, quæ omnia Hispani, Sardi, Poloni, Lithuanii luculenter prouidi, & beneficio tanto grati præstiterè; *peditoris sui,* ut cum eodem loquamus, diuinum, atque innictum robur exerentes atque in eo examine ostendere qui essent; præparati nempe fortitudinis gloriæ & mortis contemptu ad gloriam, quā tales heroës adorant magnificè liberalis munerarius Deus.

De morte  
talitate  
à pag.  
171. &  
273.

### ANNVS MDCLIII. SOC. CXIII.

**L**Ithuaniz, Poloniz, ac Tolosanæ in Gallia Provinciæ ut infecta, ita nobilis ad virtutem eos fuit hoc anno popularis lues. quæ Vilnae mercatorum ex infectâ Prussiæ cum mercibus redeuntium contagione prosemnata, eò increvit, ut xx. capitum millia internacione miserabili pessum dedisse dicatur.

Primus, nullo formidato discriminé, gloriose plenum opus alex aggressus, & in eo xii. Iulij Vilnae consuuptus est

P. Georgius Giedroycz cuius origines à Magnis Lithuaniae Ducibus repetitæ, ab eiusdem virtute nobilitatæ sunt. Etenim xxv. sejè annos natus anno MDCXXXIII. xx. Augusti Societatem, Philosophia curriculo emenio, amplexus, illud perpe-

perpetuā in laude retinuit, quod ab inchoatā flagrantē virtutis contentione nūquam desiterit, nūquam elanguerit; licet adē castigatām illam morum disciplinam non omnium lingue ferrent. Hinc ut magis ardua, ita exemplo magis idonea erat illa disciplinæ religio patientiæ atque constantiæ amento fortiter amentata. Magnum illi ad virtutem vestigal fuit parsimonia oīs custos a fidua; ne quid nimis vel cibi aut potionis illuc admittet, vel plus verborum elabi sineat, quād id necessitas parce ac restriqtè circumscribens omnia, postularet. Meditatè aspiciendis, legendis, cogitandis pretiosis Christi vulneribus apprime capiebatur: quocirca *Memorale perpetuum vulnerum Christi ex Italico Polonicè interpretatus*, edidit; alijs quoque illa pietate oblectandis. Ex illis fontibus magnam animarum fidem hauriebat. Polociæ inter docendum tantus virtutis magister fuit, ut Schismaticos etiam aliquos ad fidei unitatem adductos præclaris cohortationibus ad religiosæ vitæ institutum permouerit. Extra urbium moenia concursatione frequenti ostiatim pauperes inuisibat, erudiebat; & sepè indigentibus corrogatâ stipe opitulabatur; ut ad illorum animas iter sibi latius aperiret. Habebat sacros quosdam velut exploratores, quorum operâ ad ægros inuestigandos aliosque ad confessionem adducendos dextrè vtebatur. Medicus, hereticus licet, ubi Patrem peste afflatum intellexit, dixit se ope omni ac impendijs curaturum ut ille animarum adeò amans Pater, è periculo illo euadat. Hic illi zelus noctes plures è somno eripuit. Caunz nocte intempestâ domum ad quam euocabatur intrepidus ingressus est; in qua ebrius, vel furore amens quispiam stridō ens furenter bacchabatur, & iam sc̄minæ vulnus lethale impreſſerat. P. Georgius maluit se in capitib⁹ discrimen coniijceret quād vel breui morā differre auxilium sauciaz illi pernecessarium tempore iam supremo. In missionib⁹, ab aurorâ usque ad quintam post meridiem horam, citra vllum cibi vel quietis lepamentum, se aliquando sacro tribunali impendit. Per iter cum aliquando ad domum viri hereticī diuertisset, noctu perugil, familiam, illo inconscio, exomologesi sacrâ expiauit; idque non semel. Cum hereticorum conuersio aliquando non æquè ac oprabat ex animi sententia succedere videretur, dolorem etiam lachrymis desiderij plenis testabatur. Charitas

ricas illi domi quoque omni officij genere cūmulatā. Scenem  
 à morbo & miserabili mentis inopiā alijs intolleranter grauem,  
 ipse in suam fidem curamque suscepit, bonā Superiorum ve-  
 niā; & mirabili patientiā atque assiduitatis constantiā illum-  
 adeò sibi restituit, ut iam illius consuetudo nemini grauis es-  
 set. Eorum qui à tyrocinio recentes in secessione consuetā  
 studijs occupantur discipline præfetus, cùm nihil omittet  
 ad omnē laxamenti libertatem procul habendam, visus est,  
 præcipiti nonnullorum iudicio, & quo esse adstricior: verū  
 exitus ostendit illos quibuscum socios agendum esse nega-  
 bat Georgius, frāno illo permultō magis eguisse quād id alij  
 extimarent: etenim indulgenter habiti; cùm disciplinam non  
 apprehenderent, sed illo indulgentiæ inuitamento laxarent,  
 perierunt de via iusta. Modestia illi, suique demissio ad om-  
 nium reverentiam sponte prompta. Nec vetera familiæ sue  
 decora (ferè contra arcahum communis mortalium genij stimu-  
 lūm) audire volebat; & quicquid in ueste vel officio splen-  
 deret, religiosè declinabat. Primas aliquando dabant in con-  
 sessu nobilium socio non Sacerdoti; cuius inconsiderantie,  
 vel inconditæ ambitionis vitio verti poterat locus honoratib;  
 nisi imprudentem in illo occupando facilitatem sèpè ambitio-  
 ni obnoxiam, Patris modestia excusasset. Et tamen, quicquid  
 ille se infra omnes abiiceret, nihil illi de authoritate decede-  
 bat, adeò vt auditæ sint nonnulli facti cuiuspiam verēcundiam.  
 alicui incussuri dicere, futurum vt id P. Giedroyc refescat:  
 eo nempe nomine velut frāno vsi. Et trimestri missione Vil-  
 nam ad Collegium redux, cùm aliquem & Patribus queri au-  
 diret qui cladem in Iue communem sui industriæ & periculō  
 solaretur, exarsit enimvero Georgius, & à Rectorē illam  
 prouinciam fusis primū precibus, tum etiā lachymis, im-  
 petravit. id quod vbi Parochos inter, nobilesque vulgatum  
 est, non dissimulanter improbatum est consilium: ac etiam  
 illustris cuiusdam viri apud Superiorēs contra impensē niten-  
 tis contentio, P. Georgij periculum optantis desiderio est  
 depulsa: & ipse generali prius exomologēs perquisitē per-  
 purgatus, totus & stuans desiderio moriendi, se operæ sacræ  
 accinxit; quotidie bene manū caelesti sacrificio operatus, re-  
 liquo vero die urben, & extra urbem quoque ad leucā integræ  
 intervallum egressus, vt eo malo iūcē pressis opportunē  
 operam.

operam daret. Vespillones, datis quoque munusculis, occupabat, ut ab ijs certior fieret de dominibus morbo illo afflitis. Egentissimos quoisque, magistratum, vel aliorum diuitium, ac Nosocomij prefectorum, denique ciuium ostiatim rogarorum liberalitate, id est suâ mendicitate, ac eo etiam quem à Collegio sibi missum accipiebat cibo, solabatur. Domum à perpetuo diei labore redux, ut domestican vicini Collegij disciplinam quoquomodo imitaretur, ipse sibi ad mensam anagnostes non prius cibum attingebat, quam de Sanctorum gestis legendo aliquid delibaret, atque comedendi tempus lectione interiectâ scemel iterumque abrumpeter. Pauperum illi cura impevisit. Et verò post sex ferè quam palestram illam ingressus est meases, pauperi cuidam accuratè ad ultima comparando intentum teter halitus mortis prodromus, & brevi mors, occupauit; posteaquam Sacramentis procuratus, Biblia Sacra (quibus evixè deletabatur) pro supremâ lux vita occupatione paululum legit; mox aquam lustralem poposcit, & illâ conspersus, in agonem ac mortem solutus est. Vir præter virtutes alias eximias, & selectas, tantæ innocentia, ut uno ante illius mortem anno maturus quidam & diuinorum scientiâ probatus vir disertè de illo pronunciârit: Existimare se Deum à P. Georgio in Societate nullâ vñquam, etiam veniaii quam plenè deliberata, voluntariamq; vocamus, culpâ offensum. Ainit aliquando per iter cum in hospitium, ubi ille diuenterat, foemina nobilis, & ipsa hospes, aduenisset, P. Georgium se de strato proripiisse; cumque locum alium, minimè reperiret, in pagum haud parum difficilem, in Lithuania hyeme vñ cum socio, abiisse; ac ibi miserè, ferè inter pecudes, ne in codem conclavi esset cum foemina, pernoctasse. Corpus, præter alia incommoda, frequenti, & que peracri, per hore dimidium sui castigatione, verberibus hostiliter exercebat; ne dum pro alijs satagit, iacturam sui faceret, sui forte indulgenter oblitus.

Ibidem v. Augusti simili mortis compendio æternitatem anno ætatis ferè **XLVI**. adeptus est

P. Adamus Słoneczewski Masouita, anno MDCXXXIV.  
i. Nou. Societati adscriptus. Hic sui peruincendi heros egregius, cum ardentioris esset ingenij, acrem illam vim ad mirum tranquillitatis, & ingenui candoris modum redegit,  
nitu

nisi tanto se subigens , ut non semel prona ad effixationem ite impetum frænans illâ vi , ac domitu victoriam non incruentam de se retulerit , sanguine vbertim de naribus erumpente , qui nempe naturæ à virtute subacta vim domitam testaretur .  
**P. Adamum xv. Aug.** secutus est socius

*Christophorus Kulkiewicz* Lithuanus Coadiutor , etatem in Societate non diu aetate virtute supergressus . Tantum laborum exantlauit quantum inertes plurium anni non et quarrent . Hoc enimuerò sibi vngue adamantino altè inscriperat persuaseratque , *sibi parum & abiecte comedendum , laborandum verò , patiendum , vigilandum esse quamplurimum* . Quare parcē somnum , parcē cibum , idque non nisi semel quotidie , admissit . Si quid querela audiret ab ijs Coadiutoribus qui cordius labore quām mense incumbunt , & corporis commoditati quidpiam deesse queruntur otio ad querelas abusi , hilare , ijs respondebat : *Se verò ne tali quidem cibo dignum esse : nec ad celum , quod certè vim patitur , posse sine magna patientia penetrari : nihil cunctatione ac fœcordia obtineri* . Ita quid adiutorum leges , conditio , scopus requirant solerti perspicientiā introspexit , & se acriū incitauit . Sæpè ad multam noctem apud ægros occupatus , non prius tamen se quieti concessit quām Christum in SS. Eucharistia Sacramento adiret , ac prolixè salutaret ; neque idcirco omittebat , quin ad matutinam cum alijs orationem vnà peragendam se de lecto , abrupto breui somno , eriperet ; orandi nempe assiduitatem somni parsioniam extendens , alens laboribus , atque ieuniis , condiens hilari charitate : quā gestire videbatur cùm è sociorum complexu abiret ad eos qui calamitosè cum peste ac morte collutabantur , vnà cum P. Adamo iuuandos . Cùm eo malo ictus de periculo moneretur ; statim se mori paratum esse respondit . Horum alteruter (P. Adamusne , an Christophorus , hæc dubius) ad portam domus in qua diuersabatur , dum Sacerdotem aduentantem opperiretur , in ipsa expectatione prius quām desideratus pro solatio supremo Sacerdos istuc appelleret , extinctus est .

Sed v. Augusti dies alium adhuc abstulit è medio ægrotorum , quorum utilitatibus vitam deuouerat , Is fuit

*P. Paulus Proszynsky* XLVII. etatis , xxvi. initæ sacræ in Societate militæ anno , strenuâ inter Vilnenses ægros charitate ,

rare, ac vitâ perfunctus, diuino prius officio pessoluto: mirâ laxitatem significatione testatus, quanti ficeret hoc mortis genere tam præclaro animam ponere pro ciuib[us] vrbis de Societate tam liberaliter meritæ. SS. Eucharistiae potissimum, & paupertatis, charitatisque amore flagrabat: quicquid charitatis suavitatem, ac odorem hebetaret vehementer exosus; & verba quæ charitatis aures oblauderent execratus, tangnam prunas, ut ipse loquebatur, *animum exentes*. Quare ab id genus carbonibus desolatorijs procul non linguam solum, sed & aures esse voluit.

xix. Augusti P. Pauli socius

*Franciscus Grabovusky Prutenus Coad.* ijsdem charitatis itineribus easul ad vitam, felici morte consumptus anno ætat. LIII. Soc.-XXVIII. Huius omnis propè vita in valeudinarij cura miro patientiæ ac demissionis dono illustris eluxit. Dextrè ac solerter prospiciebat ne quid esset quod cgrorum alicui meritò displiceret. Ita domi, ita in calamitate vrbicâ foris, multâ semper accuratione, in id incumbebat, vt infirmos dulcissimè recrearet: noctes totas vigil ad eorum obsequia prouidenter aduerteret; quicquid corporum, & pro suo modulo quicquid animorum causâ posset, perquisitè perficeret. Si quâ ipse aduersâ valetudine tentaretur, aiebat se illam MARIANI tosarij pietate aspellere; ad quod pietatis genus omnes quâ poterat animi contentionе uincere hortabatur: eos potissimum, qui ruri otium terunt ad custodiendā pecora destinati; vbique in proseminandâ erga Deiparam pietate diligenter attentus.

Ineerto die migrauere ijsdem addicti officijs

*Pultouię P. Thomas Forzecki Lithuanus, & Vilnę Fe-trus Cyzevusky Coadiutor Nouitus sub mortem tamen, adeoque in ipsis mortis portis, votis simplicibus, ita ut desiderauerat, illigatus; magno modestiæ, submissionis, ac parendi studiø, veteranæ virtutis laudem indeptus. P. Thomam verò, præter familię decus, præclarę ingenij ac sapientiæ in oratoria, Philosophica, Theologicaque disciplina spectatæ dotes, rectionis dexteritas, cum Pultouię gubernaret, ornarunt. Desiderabat omnium calamitati exponi victimæ, si Patrem qui eam prouinciam obtinebat Deus de medio auocasset. id quia non potuit, Collegij famulo lue tacto assiduuus ad-hæsit,*

hæsit; Patris ac serni fundus officijs; & optate mortis yoto  
potitus est.

Regiomonti in Prussia xxii. Oct. in publica omnium ca-  
lamitate in omnes religiosè officiosus diem finiit

P. Iohannes Kibn. Pruthenus magnarum apud hereticos  
victoriarum vir, calamo, voce, exemplo; solidâ denique  
in statione, cum etiam dum pestis latâ strage astuaret, con-  
stantiâ.

Denique, Vilnæ iecūm, 8. Nou. sublatus est eadem in  
exercitatione fortis ut mors dilectionis vir

P. Matthias Sobolewitz à iv. Iulij anni MDCXXXVI.  
in Societate non vulgari eximia virtutis opinione commen-  
datus. Aliunt illi integratam à sacro baptismi fonte innocen-  
tiam constitisse, conscientiam nullo vñquam grabiose nævo sor-  
didata. Imitis in scipsum durum imperium exercebat; erga  
alios, præstissim pro sacro tribunali, facillimus; & luendæ  
pro aliorum culpis pñne vñtrò particeps. Immortaliter hor-  
rebat ea quibus charitatis tener oculus offendì potest; Dei  
ac hominum offensam religiosè metueq; cùm tamen aliquantæ  
do Rectoris vices obiret ausus, nullo humani respectus obtentu,  
etiam in paucos quosdam senes grauiter animaduertere, qui  
nempe se dissimulanter habendos cùm putareb; securus ac senes  
alij, a tatis canæ priuilegiū in disciplinæ relaxationē vertebant.  
Nihil apud illum vile censebatur, nisi ipse sibi ipsi. Vultus to-  
tus ad modestiam, os ad silentium, & opportuno loco ac tem-  
pore ad verba silentio meliora compositum. Discipulorum  
illius modestia character quidem erat quo ferè internoscet  
tur quis ex illius disciplina & exemplo modestiam perseuer-  
anter hauiisset. De Deo loquenti verba velut è corde nata,  
atque in os erumpentia, non inuita sed grata, vñtrò fluēbant.  
Iam verò præclaram ægris diuina ministrandi prouinciam ani-  
mo ingenti atque auido executus est; euestigio ac Vilnam ap-  
pulit vesperi sacro illi operi se accingens, occurrentium passim  
laudibus & lachrymis honoratus. Quid in ciuium dñmib;,  
quid in sacris coenobijs eti clade profigatis egerit, quid per  
trimestre, quo sedula & perpetua illa expeditio durauit, exru-  
minarum alaceri semper animo ac vultu pertulerit, omitto di-  
cere. Fuit cùm operam nauauit ciui eodem in conclavi de-  
cumbenti in quo & calor à fornace, & tecrum cuiusdam fu-

nestâ illâ ægrotatione consumpti cadauer mortem illi certissimam promittebant. Et verò hausit ibi virus Matthias. Verum domum redux cùm se necessariæ quieti daret, nec alia remedia suppeterent, Beatissimæ Dei Matris imaginem insigni flagrantia pietatis pectori suo imposuit; & sequenti diluculo ab hesternâ intemperie se incolumem persentiscaens, gratias Deo ac Dei Matri, se verò labori consueto eo ardenter iterum reddidit. atque in eo ad viii. ysque Nouembbris, id est hebdomadarum plurium interuallo; ita perseverauit, atque si, Beatissimæ Dei Matris beneficentiâ, dies illos omnes in lucro pro vite auctario accepisset, redux à morte ad vitam. Iam vis mali publici mitescebat, cùm se Matthias iterum iustum sensit, & Sacra menta poposcit. Viaticum dum afferretur, se ad expectandum Dominum suum supplex inter pulchra exercitata ac prouisæ in id tempus pletatis sensa composuit: famulos qui aderant rogauit, et uero facilè impetravit, ut morituro, velut felix propempticon carmen: *O gloriofa Domina, excelsa super sidera, &c.* accinerent. Hymnum illum MARIANVM mirabili cordis æstu accepit: & mox uestes mutauit, manusque ac se toruin, ad instar victimæ obedienter iustum ultimum expectantis, composuit; à Domini qui afferebatur, desiderio & expectatione suspensus. Et iam præ soribus aderat celeste viaticum, cum Matthias, animam, velut in venientis Domini occursum obuiam, suauiter exhalauit, illo coram fruiturus.

## P O L O N I A.

**F**unestum domi catalogum texuit Polonia Provincia eorum quib[us] vulgatâ pestilentia consumpti sunt. quos inter iij maximè intermicant qui protellæ illi expositi mortem claratulere pro stipendio charitatis. His sunt

Gedani P. Iohannes Gliniński: & 22. Septembris Posnania P. Petrus Glinicki: vterque Spiritualis adiutor; vterque assiduæ ad mortem ysque charitatis testificatione inclitus.

Ibidem xxv. Augusti eodem exitu parem virtutem exornauit P. Iohannes Odorouius; & ipse formatus adiutor, & Posna-

nia per annos 25. ad sacras operas enixè vigil & impiger, atque sui seueritate permagnâ hostis egregius. Certè suprema, quâ se diebus vite vltimis morti parabat, tantis apud pestes afflictos obitis laboribus coniuncta inedia tantum habet admirabilitatis, vt fidem vix inueniat. Totus iam aternitati tranquillo in silentio imminebat, negabatque se cibo egere iam iam tribunal iuxta eterno sistendum. Parcius de alijs huius viri virtutibus loquuntur literæ Romam è Polonia datae, quamvis virtus commerita videatur.

## I N G A L L I A.

**P**rouincia Tolosana è funesta huius anni messe gloriam, messuit. Octo dierum intervallo illo in labore operam & vitam posuit xiiii. Kal. Augusti Auscis

*P. Amabilis la Rue Borbone Ganatenis*, cùm paulò ante Americam votis complexus, illuc profectionem pararet ad Euangelij propagationem. Natus anno 1608. Soc. ingressus 1632. vitam docendo, & ad populum dicendo, atque in sacris expeditionibus duxit. xviij. Augusti Petrus Lebe adiutor Beatissimæ Virginis Matris imaginem, velut beatæ mortis tesserani, complexus piam, & Deiparae vnicè addictam animam reddidit conditori. Vitæ ac mortis breuiarium illi fuit charitas accurata quâ fratri cuidam luc afflito fidelis adfuit, eumque sepeliuit.

Alter' mox dies terminalis mæta fuit

*P. Franciscus Malrais Occitano* 4. vota professo, annos ferè xl. nato. Hic apud Collegij Rectorem supplex, vt gloriostam illam expeditionem impegraret, in genua se abiecit, & lachrymas largè fudit nobiles interpretes pulcherrimæ voluntatis. Obtestabatur verò vt liceat sibi per obedientiæ sanctæ nutum charitatis obsequijs vitam expōnere; atque ita redimere tempora per inertiam hactenus ignauè desperdita. Id ubi obtinuit, festinanter sacrificali è lino veste, quam albam dicimus, candidatus, stolâ collo circumpositâ, Crucifixi effigiem arripuit, & in sacri acceleratione subsidij vbique scintillæ instar in arundineto discurrens tria morientium Sacramenta impestebatur infirmis, dum & ipse malo vi oppressus consideret. Hi nempe sunt Heroës, in quos cadit illud S. Eucherij

cherij loco alias hic laudato: Sunt, atque ille, sunt qui sapienter intelligent quapropter nati sunt; qui utili opere insignes, atque egregia virtute præstantes presentem vitam excolunt, futuram serunt: nec solum copiosa horum exempla, verum etiam magna non defunt. Ita ille.

## ANNVS MDCLIV. SOCIETATIS CXIV.

## IN AVSTRIA, ARAGONIA, ET AMERICA.

**A**VSTRIAM hic annus haud maximâ quidem, & implacabili, non inani tanen pernicie grauis, exercuit. Huic, se magno animo deuouit, enixèque flagitauit, & impetravit destinari ad contagiosorum obsequia, iis demum immortuus è Viennensi tirocinio præstans virtute adolescens

*Stephanus Modrouich.* Eadem è domo Professa Viennensi se obiecit cum Patre ad id muneric destinato Coadiutor

*Ioannes Bapt. Lechner:* & quâ erat militaris olim animi granditate, ab ea statione non nisi morte discessit 3. Aprilis, id est nocte feriæ sextæ in hebdomada sancta; quo nempe die diuinæ mortis exemplo commopiti iubemur pro fratribus animas nos quoque prodigere. Hic nobili apud suos loco natus anno 1601. per bellica rudimenta iam ad vexillum usque alijs præferendum euaserat, maioribus donandus honestatibus, nisi iuxta ea quæ de duobus vexillis persanctè differuit S. P. Ignatius, anno 1631. vexillum ac bellum sua sibi habere iussisset, atque illud cum vexillo I B S V prouidenter communiasset, vt se illis pararet vexillis quæ à socijs nostris in Cœlo gestari vedit S. Teresa. Inter nos modestâ & placidâ ingenuitate, insatiabili quadam pietate, atque animo ad ardua promptè exorrecto versatus, is fuit cui Societas difficiles etiam missiones committeret. In Brandenburgica imprimitis, alienâ in ueste rem ita geslit ut pares rei gerendæ animos prudentiamque attulerit, de modestiâ luce nihil remiserit. In Schurzenisi, quæ Viennensem tyronum est, Residentia inter turbamenta circumstrepentis belli, furorem Sueicum, & vincula, in parietinibz abditus egrè euasit. Leobio Viennam ad impletum peltiferorum obsequium euocatus, Leobij laudis plenum sui desiderium reliquit; & se operi totis viribus

ribus admouit impiger ministrator, in diuinę semper voluntatis normam intentius defixus, quę illi sępē in ore inter diuinę colloquia versabatur. Mirabilis, & terum dininarum estimatione plena erat in illo humanarum rerum despicientia. Quicquid charum se habere suspectare potuit, mox obedientię ad nutum reliquit, vt paupertate suā obedientię ancillaretur. Unicam Deiparę quę Auxiliatricis nomen obtinuit imaginem secum abstulit cūm à socijs abiunctus ad afflictos discederet; vt hoc pignore pietatis, vitę reliquum & mortis aleam solaretur; gestatā etiam ē collo catenulā quę mancipij supremę illi Dominę immortaliter deuincti tessera erat: quam ille vñā secum terrę mandari voluit, (quemadmodum S. Babylas Ep. M. catenas olim secum sepulcro condi iussit, vt est 24 Ian. in eius vita) vt in sepulchro etiam, Dominę suę quān. posset maximē ac optimē maneret obstrictus. Certe Sabbatina, & ea quę festos Deiparę dies antecedunt ieiunia, tam religiosę obseruabat, vt festum in quacunque hebdomadę feriam incidisset, diem festo proximum immunem sibi à ieiunio esse nollet. Superiori, qui ei potestatem fecerat ob stomachi magnam imbecillitatem, vt in quadragésimā carnis bus vesceretur, ē domo quam Lázarethum vocant, prid. Kal. Martij ita respōdit vt redditis gratijs diceret nō videre se qui id possit, eo loco vbi obuersantis ob oculos mortis imago perpetua extremę diei memoriam semper inculcat: id se de manu Dei pro particula Crucis malle accipere quicquid esset molestę inedię, quām corpori breui deserendo indulgeret. Tam verò se contentum eā prouincią istic degere ait, vt sancte affirmet se plures virę annos in illo diuini obsequij genere, si quidem id licet, libertissimę positurum. Occupationam suarum summam esse, conducefacere ancillam suam voluntatem, Domini voluntati, quę Dei voluntas est, obedire. Mox, narrato istic felici quorundam ē vita discessu, adiecit: O si eos mihi liceret sequi! Et verò, exomologesi premissā in morbo bis cęlesti munitus pane, atque agoni vñctus extremo, feliciter secutus est; & illud expertus: *Vexillum eius super me charitas.*

In Aragonica Prouincia Manresę, magno illo in sanctuario S. P. Ignatij,  
Petrus Bullarac Coadiutor xiv. Septembris q̄tatis ac  
virium

virium suarum florem lubens ac volens obedientię & charitati vñà cum vitâ dedit ; ore , animo, manibus promptus opportunitę vndique affluentia charitatis , domec & ipsum afflictor morbus in mortem dedit . Certè hi, aliquæ quos hisce annis percensui , morte tam nobili vitam suam nobilitauere , vt ego quidem peçenti quomodo diem obierint , idem responderim , quod Aristippus quomodo Socrates obijsset rogatus , dixit : *Vt ego optarim.*

Ita quoque P. Ludouicus Conart , &

F. Iacobus de la Valliere in meridionalibus Americę insulis , post labores animarum causā vitiliter suscepitos , mortem etiam inter operam populari morbo afflictis impensam obière.

ANNVS MDCLV. SOCIETATIS CXV.

I N AVSTRIA.

**P** Ignatius Iocifus Viennæ vnicum , ac nobile funus hoc anno cecidit è Viennensi Professorum Domo in pretiosam heroū charitatis palestram progressus , & in illa multifariam nobilitatus , ad xi. vsque Junij diem , quo ad immortales heroës transiit; vir excello supra vulgarem virtutem exemplo in Societatem anno 1632. adscitus .

Hic ferè ante annos XLVII. apud Seuerienses in Polonia natus , Græcij in celebri Conuictorū contubernio tantâ pietatis vel è vultu ipso emicantis significatione versatus est , vt ad Societatem eximie virtutis potius quam ingenij suffragatione illū admiserit Georgius Forro Austria Provinciæ illâ tempestate Præpositus . Ergò Theologiz abrupto curriculo , Sacerdotio initiatuſ ad Tyrocinium concessit; rarum & loci sanctitati consentaneum virtutis præcelsa additamentum : quam deinceps nulla potuit languefacere ignavia . Subministri , ac deinde Ministri functus officio , tandem operarij munus illis virtutibus quas omnes usque ad sanctitatis famam , & nomen suscep- xere , cumulauit . Äquus illi semper , suæque tranquillitatis & sancti exempli compos animus , legum apices accuratè obseruabat . Vnam alteramue horam quâ prior alijs è lecto scrip- piebat , Sanctissimo Sacramento coram adorando transcri- bebat ;

bebat; in cubiculo quoque ferè genibus nisi repertus, & ijs quæ supererogationis dicimus operibus pietatis enixè additus. Nihil piâ eius modestiâ limatus, nihil charitate magis promptum, si quid supplementi decesset. Per urbem incedente P. Ignatio, illud acroama per aures incedebat: *Ex sanctum illum jesuitam.* Verè ipsa corporis species simulacrum fuit castæ mentis, & eximæ paupertatis, figura probitatis. Verè corde humilie, verbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, precandi studiosior: eius nempe Virginis imitatione, quam elogio illo laudat Ambrosius, & quam nunquam inueterascente studio, augustè semper cordi habuit P. Ignatius. Charitatem illius loquuntur facta tribunalia, & laudes pauperum illius beneficentiam expertorum. Neque tamen vel hoc obteneu quicquam in cubiculum admisit quod maternam paupertatis sanctæ autoritatem oculosue ad minima vigiles offenderet. Ter petijt; bis in hostiam se dedit pestiferâ lue afflitis: quorum utilitatibus per plures menses affiduo labore se addixit. Iam is, qui loco illi miserabilium ægrotorum à facellis erat, & parochus Lazareti, diem obierat: nec erat qui arduo illi operi se offerret. P. Ignatius, obtentâ à Superioribus potestate, nunc in Xenodochio, nunc in Lazareto magno exemplo, & omnium admiratione omnes Parochi, Patris, ministri, magistri partes usquequaque impleuit, quasi foedus icisse cum morte videretur: quam tamen tandem cum halitu tetro hausit; & ad quam generali exomologesi, celestique viatico se contentè, ac perquisitè comparauit xi. Iunij dulcissimâ illâ quidem ipsi, sed alijs per sancte acerbâ morte sublaevis; cùm nostrorum, ac extrariorum eadem fuerit vox affirmatè dicentium; virum verè sanctum obijisse. Sed & posthumâ dulcissimi Patris memoria non vulgares modò, verum etiam nobiliores optimatum lachrymas expressit; ut de ægrotum, & pauperum comploratione nil dicam; à quibus *noster Pater* communè vocabulo vocabatur. Fama est, complures priuatâ pietate ductos, P. Ignatij locisci, ut patroni, precessare implorare; atque Domus nostræ incolumitatem secundum Deum, Dei Matrem, & S. Patrem nostrum Ignatium, illi adscribere. Cerd quòd nemo eorum, qui cum illo iam deposito complures sunt versati virus hauserit, admirabilitate non ceter. Interea superstes in ore omnium, in multorum la-

chrymis P. Ignatij virtus tametsi ea sit, quam ieiunitas nostra dicendo non capit, optimè tamen perennitatem feret, si yluat in plurium imitatione.

## VNGARIA. MORAVIA. POLONIA.

**C**esaromij in Vngaria Septembri mense dum a gro à peste socio seruiret *Mattheus Vuerpacher* Coadiutor, afflatus e veneno mortem oppetit, quam ut obedientiâ redderet pretiosorem, aiebat Superiori, antequam se illi charitatis officio accingeret; cupere se, & charitate perurgeri ad illud officium a gro socio exhibendum. Sed etiam optare ut charitati obedientiæ imperium accederet. Sic enim sibi meritum cumulandum. Impetravit; & charitate, obedientiâque comitibus, ad mortis optatæ gloriam penetrauit, cùm in Societate non nisi tertium annum tunc ageret.

Cassouïe item in Vngaria, vrbe fuso in odium fidei per hereticos Caluinianos nostrorum olim sanguine, messem è tali semente vberrimam promittente, coorta è vicinæ Poloniæ propinquitate mortis contagio extinxit 24. Octobris P. *Thomam Vulpianum* qui anno 1626. 21. Dec. in Moravia natus, anno 1642. 17. Novemb. tirocinio nostro se addixit; & se quâ in scholis, quâ in docendis fidei rudimentis, quâ etiam in concione ad populum probauit, usque ad mortem pestilenti contagione acceleraram inter officia charitatis. Laudatur in illo religiose disciplinæ retinens accuratio, animarum litis, & prompti labores, in missionibus, ac domi exhausti.

Oломutium egregiam in pari palestra virtutem suspexit, & eidem immortuum 13. Dec. doluit

P. *Gasparem Hildebrandum* Camencensem Silesum, ferè quinquagenarium; in Societatem anno 1626, & in illa ad Coadiutorum Spiritualium gradum admissum, in concessionibus, missionibus, diu, multum, ac laudatè versatum.

Ex eodem Adiutorum Spiritualium albo vitam dedit in victimam operosæ apud agros charitati Psznanie 20. Oct. P. *Stanislans Vvoysza*, anno 1612. apud Roxolanos natus; & 1629. in Societatem cooperatus, fortis & constans ad operas pro animarum salute usque ad huius mortis decus, quæ merito inter preciosas, adeòque heroicas, censenda est.

Dabo de illo, quæ scriptâ anno 1656. 14. Febr. epistolâ prodidit Gaspar Drusbicza vir gestis in Societate magistris,

tibus, virtute, ac doctrinâ fidem omnem commeritus. Is ergo de P. Stanislao sic habet: Natus est Leopoli in Russia, honestissimis in illa Civitate parentibus. Natus autem ita, ut ferè miraculose in lucem sit editus; monstrosè dicere debueram. Vix enim formam humani infantis, referebat natus, sine cranio etiam supremo in capite, donec Beato Stanislao Koslœ nostro in templo Leopoliensi veteri oblatus, & formam & cranium, & deinceps vitam per Beati ad Deum process obtinuit. 15. annos natus Societatem iniit: ad quam eam integratatem, innocentiamque attulit, ut Magister eius nouitorum mihi attestatus tunc fuerit, animam illam ab impuræ demoniæ guidem afflatam fuisse. Ego existimo per totam suam vitam mortali noxâ carnisse. Inter ceteras eius virtutes, quibus bene & ad normam nostræ Religionis instructus vivit, post humiliatem, patientiam, modestiam, orationem, obedientiam, paupertatem, enituit maximè in eo zelus animalium: in quo felix fuit ad omnes hominum status; & præcipuo quodam studio ferebatur ad obsequia pauperum, & rudiorum; tum ad infirmorum, & in qolocomijs morantium, tum incarceratedorum, ac ultimo suppicio affiendorum, postremò pestiferâ lue infectorum. Ante biennium cum Posnaniæ pestis grassaretur impetraverat à me, & à successore meo Provinciali, ut infectis fieriret: interveniens vero impedimentum huic voluntari magno cum dolore sustinuit. tandem post biennium eadem lue ibidem grassante voti sui cōpos factus, post aliquot hebdomârum labores, & pericula, tandem ipse eadem lue infectus occubuit. Nunquam illum (oculatus & conscius testis sum) villa propria incommoditas valetudinis absterruit, cohibitus quo minus quocunque diei, ac noctis tempore ad infirmum euocatus accurreret, cum spes sèpè vix pedibus suis niteretur. Ad Confessiones in templo nostro audiendas ille primus descendit; ultimus excessit; etiam horis diebusque, quibus Confessionalia aliorum vacabant, suum ille insedere solitus est; doctus experimento frequenti adfuisse sibi tunc penitentes, quos ille vñicè cupiebat, scilicet auxiliij interioris indigos. In corporis sui (alijs per se infirmi, & multis affectionibus obnoxii) afflictione non tam quotidianus, quam assiduus fuit, nullum defectum in se passus, quem quavis nocte, non rasperè in se expiatet;

In animas Purgatorijs prolixè liberalis, quas etiam auxilium exposcentes non raro expertus est. Expleuit in Societate annos 26. in vita 42. Eius mortem Ciuitas Posnaniensis, et si & peste, & Suecorum occupatione afflictissima, tamen percerbè tulit, per annos 12. obsequia eius experta. Magnus cultor, & cultos puritatis conscientie; ter quaterque etiam confiteri solitus per hebdomadam. Christi Domini Passioni, eiusque Matri, ac Beato Stanislao Kostcz, cui vitam & nomen debebat post Deum, impensè deuotus semper vixit. Penitentes suos, quos ordinarios habuit, etiam ad perfectionem vite solidè promouit. Patientia dolorum, & iniuriarum multum eniuit. Affectus aliquando à quadam insigni & probrosa iniuriā, tali charitate vltus est, ut pro eo per annos aliquot statu per singulas hebdomas die, & nominatim oraret, & mortificationes externas tum priuatim tum publicè subierit, Deoque obtulerit; puto ego eam rem durasse per annos 13. usque ad mortem. Hæc ille.

## I N B E L G I O.

**A**ntuerpiæ, noto Belgarum ad flumen Scaldim emporio, tres Coadiutores hic annus in præclaro charitatis opere inuentos, morti addixit. Et

Primum quidem Theodorum vande Velde ibidem natum anno 1625. & quinquagesimo primo huius seculi, Societatem receptum. Sedula illi ad nutum obedientia, integer ac recens à tirocinij flagrantiâ spiritus, Deo placita innocens anima: quam edidit xxii. Iulij. x. verò Augusti eadem charitatis occasio mortem accersuit Carolo de Blander iuueni morum facilitate suauissimo, quâ se Societati ab anno 1650. præclarè probauit. His accessit xxiv. Augusti Petrus Obrechts anno 1615. vitam, & 1636. in Societate tirocinium auspicatus: cuius idonea, sedula, & prudens morum compositio id laudis habuit, ut ijs omnibus instrutus diceretur, quæ germanum Societatis Coadiutorum decent. Nunc duo maiora funera persequamur.

Lugdunum Batavorum, vulgo Leyda, Rhenolandia urbium cor est, & metropolis; propugnaculis validis, & populo, utinam etiam incorruptâ fide, potens: quam oportebiles omnino

omnino est, ut oculo benigno ad se attrahat bonus Deus. In hac sacris Catholicis palam operari non licet. Quare alia ratio incunda, quā istic iuuari possint Catholicī: id quod optabiliter opportunū quorundam de Societate diligentia perdiligenter fecit: in miserabili pestilentia deseuientis astu potissimum: quo, dum alijs opem omnem impendit, 7. Augusti abruptus mortalitatem compleuit

P. Iohannes Bapt. Bishoue Antwerpia anno seculi praesentis secundo natus; & vnde uice primo post anno Societati, aedēque postea 4. vota professis, adiunctus, anno uno Magistri Novitiorum socius; octo annis Alosti, & Lyra Rector, tum ad Apostolicam Hollandicā missionis lauream destinatus, & ibi per dignā ingenij, virtutis, industriae commendatione quinquaginta versatus: dum eam, quam in adiuuandis peste i&is virtutem Alosti Rektor olim iam semel probauerat, Leyda, seu Lugduni iterū exercebat, ac ingenio in omnes partes flagrante intento plurimos expiat, eadem contagione se perculsum ubi sensit, maturè sux & ternitati per Sacra menta, suprema prospexit voluit. In summo pestiferi caloris astu se deiecit in genua, vt Christum veneraretur. Dum verò aerebē ferri mortem suam videret ab alijs, retruit. Aiebat, dolori quidem sibi esse, quod nobilissimi officij partes in plenum utilitatem diutiis apud morientes implere non posset; acquiescere se tamen, & gratias agere Deo suo, quod Christi morti pro se obitū licet reddere par non posset obsequium, posset tamen vitam proximorum amori morte ipsā explorare. Nec dubitare se, plures id genus victimas Deo immolandas in exercitacione tam nobilis charitatis. Se verò primum cadere perlibenter. Mortui cadauer mira securitate tractatum, & nobilissimorum quorumuis priuatā veneratione per honorificē conditum; ac amantissimi Patris virtutes facundis lachrymis collaudatae: quippe ab ijs, pro quorum salute permulta passus, intrepide pectore pericula nec leuia, nec pauca, & paulò ante mortem, ferè carceres quoque adierit. Quod foris plura illi vel ferenda vel timenda erant, cō ille in alios dulcior; quemadmodum Hollandicus ille Brielij fons inter falsos yndique circum puteos de dulcedine sua nihil amittit.

Louanij iurisprudentia olim operam nauanti, blande, & luculentæ spes ogima omnia promitebant. Verū ab omni

caſa.  
in syn. b.  
la. 25.

omni cā inanitate mentem illi avertit nobilissimā istic Beatissimæ Virginis Matri Sodalitas, quando in ea improvisò auditā cuiusdam è nostris acrīis, flagrantissime dicentis adhortatione ita exarsit, ut incitatione mirabili totum animum peruvadente, nullam sibi quietis partem relictam dixerit, nisi animū adeoque nomen in Societatem daret. Qao exempli nobilis documento æquum est vt videant ij, qui ad concionem dicunt quantum intersit ad errabundos adolescentium, & aliorum animos æternitati felici addicendos, divina diuinè tractare: quānque de menter, & perniciose vani sint, qui damnosā vaniloquentiā verbum Dei prostituunt, putidā, & adulterā gloriatiōne. Ceterè Ioannes eius concionis preda optima, seū pīcis, pīscator deinde hominum & ipse talis factus est, qualem se vt habuisse gaudet, ita dolet amisisse Flandrobelgica Societas: ad cuius complexum illâ dictione permotus, feliciter abruptit quicquid poterat iter obstruere. In Societate, id illi perpetuum fuit, quod vt animū ab omni labe magis nitidum conseruaret, illius maculas non solum frequenti per hebdomadā exomologesi perseneranter expiatit, verum etiam ad celebriora que annum velut intercindunt, & ornant festa, nouam confessionum à festo vltimo factarum instauratiōnem, ac velut generalem à postremo festo confessionem, instituerit, ijs quas per hebdomadas fecerat, anacephaleosi festis augustiū percolendis idoneā, repetitis. Vnde in Ioanne nostro tener quidam conscientiæ nitor tam perusgili curia seruatis cluxit, illo teste qui eius conscientiæ supremo vitre quinquennio perpetuus testis fuit. Sed quod in eo apprimè laudem habuit semper, est, quod in tam crebro Sacramenti poenitentiæ vsl, tamque accuratā pñlueris, quo etiam religiosa corda fordescunt, & noxarum discussione, non perleui quādam perfunditione id egerit, quā velut per transennam ab ijs id agitur quos ipsa peccatorum exiguitas ad illorum contempiōnem, & periculosè frigidum quendam Sacramenti vsum, seu potius abusum, ac Iudificationem adducit, inconsideratiā miserabili in re tanta; verū toto sinu conscientiæ per purgato, & singulis dolenter perputatis, non tantum non segniter cauerit quicquid ad Sacramentum per aliquam negligētiū, & indolentiam sacrilegio temerandum conseire aliquid posse videbat; sed etiam impensè curarit, vt materiam indubitate m

tatam ad Sacramentum afferret, neque inemendabili quadam consuetudine, verum dolore incitatiū procurato, scriō exqueretur omnia, & flagranter; lachrymis quoque, quarum dono pollebat, tenui illi peccatorum pulueri vbertim aspergis. Quare nunquam illi sine fructu abibat accusatione undeque tam solidā, preparata, & subacta, quantumuis frequens, confessio peccatorum.

Huic mentis nitorī conservando statim velut præsidij instar illi erat immisericors illa in suum genitum asperitas, quā illum obvijs etiam delectamentis fraudare illi sancto in more possum erat, maximē inter epulas extrariorum, apud quos quām gratus in illo, & religiosē urbanus in omnes lepos tam dextra corum asperatio eluxit, quā illius palato accidissent longē gratissima. Nec absinere solū sed, & fassinere voluit, vt geminum illud Philolophiæ olim veteris, nunc verò Christianæ, apophthegma in illius quoque mortificatione minime decesset. Quocirca certum afflictionum, seu poenitentia exercitationum pensum sibi scitè indixit, quo non ad omneū numerum fortè aliquando expleto, per tot officia, pœnū morum, id verò religioni sibi ducebat, & se pro facio tribunali negligentiz reum sisti à se debere arbitrabatur. Diuinum officium positis serè humi genibus, & præstitutis ritè suis temporibus, permulto animi sensu, explebat. In admirabili verò missæ sacrificio, absorberi videbatur in dilecto, eiusque delicijs: quā etiam de causa gaudebat si quando coram paucioribus celebraret; laxandinempe animi, ac lachrymarum campo tunc dato, ad perpetus gemitus liberè tunc promendos. Cū pertinuultuosè non semel contra Catholicos plurima agerentur, neque vacare lieget consuetis officijs pictatis, illud ille dannum ita in sua lucra vertebat, vt alterum tantum asceticis suis exercitationibus adiiceret. Si quando noctu sacris cum operari iuberet necessitas, id verò se fideli custodis sui Angeli beneficentia debere aiebat, vt à somno tempori expiratus, illum pro ære campano haberet: nec à spe, aut expiriamento suo se vñquam delusum commeminerat, quin semper excitaretur interno quoddam monitu velut Angeli excitantis; quam erga tutiarem illum suum Achatem fiduciam aiebat se iam inde à puero in Sodalitate Angelica, ita didicisse, vt illam nunquam dimiserit, cuius etiam cultui solidè

solidè prouehendo Lugduni inter Catholicos fibellum vulgauit de ratione per diem cum suo Angelo Custode conuersandi. Teneræ quoque etati ad cultum illum adducendæ quandam orandi formulam de S. Angelo Custode ad usum quotidianum ibidem dedit. In augustissimum diuinæ Matris cultum perquam impensè religiosus, illam quotidiano rosario honorabat, eiusque amorem mirum in modum ubique promouebat, & cultum. Allost quoque Foyensis Deipara statuam augustè colendam, palam exposuit, & ornauit.

Ingenio erat ad obedientiæ artes, ac numeros omnes facio. Cum sui in obedientiæ studio experimentum capere aliquid vellet, venit illi in mentem despicer ecclsiæ in omnibus obedientiæ agendis arduum sibi vel maximè videri posset. Durissima omnium visa missio Hollandica; ne quid illa tenero religiosi animi sensui, speculoque tersissimo secularis aura afflaret; vñâ cum veste seculari; quam ille non sine magno desse acto triumpho cum Societatem adiret exuerat. Et ecce tibi eiusmodi obedientiæ occasio. Nam eius omnino missionis adeundæ seu nuncium, seu iuitationem accepit; quâ ita perculsus primùm est, quasi ad illam metu perinde videretur atque à Societate dimitti. At quantumuis perincommodè id veniret, obedientiæ tamen ac prouptè obtemperandum ratu, ita iuit, sic ibi rem gessit, ut publicâ omnium suffragatione, datus illi missio diuinitüs videretur; ac natus, siue priuatim in aliqua difficilis eius vineæ parte colenda, siue vniuersitate perisigni cum fructu gubernandæ: tantus in illo, siue Rector esset in Collegijs, siue foris versaretur, candor, tantum ad consilia prompta ingenium: tam bona de domesticis & extrarijs opinio factis manifestò ostensa, tam liberalis ad Patres iuuandos, nec non etiam recreandos animus, nam nulla sua existimationis aut commodi cura, adeoque obliuio. Non illi sufficiebat dies; noctes quoque ad peruigilandum adiecta apud eos, quos persecutio, vel morbus vexabat, tametsi & ipse non tardè grauissimis calculi cruciatibus miserè torqueretur. Vnum sibi omnis eius operæ ad dolorum pretium abunde sufficere dicebat, si omni co studio vel vnum lethale peccatum posset à quoquam auertere, vel impedire: tunc enim videri sibi posse se quiddam securitatis ad supremum Dei tribunal afferre, eò quod impedio magis odisset, atque

que arcere ab alijs studiosiss id quod vnicè odiit Deus.

At iam ad eum narrandum heroem accedamus quem Silua Ducus<sup>27</sup>. Septembris dedit, felici eidem cui prior Spatæ immortuum. Est Silua ducis, alijs Bolducum, seu Buscuducis, ad Mosam flumen Brabantæ vrbs & claustrum: vndique arcibus coronata, à Godefrido 1<sup>1</sup>. T. Duce anno 1184, condita, aquis cuncta & potens, hostis otij, magnorum ut virorum sic artium parent, omnis fortunæ capax, & utramque luculenter ac diu experta, nuper celebris miraculis Deiparæ thaumaturgæ ab Othono Zyllo nostro accurate descriptæ, digna, quæ propediem sit bonis nouum solidæ letitiae argumentum. Ibi viginti annos perutile multisfariam operæ sanctæ pretium fecit Societas: nunc posteaquam vrbi bello subactæ ferreum iugum hereticus vicit imposuit, iussa est exulare. Opitulari tamen illi, si quæ possit, non desinit. Hoc agente inter peste affatos 27. Sept. plena fortissimæ charitatis vita defecit etiam

P. Hieronymum van Senck. Hic anno 1596. 31. Oct. Antuerpiæ honestis ac pijs ortus natalibus, nouo, nec faciliter longa annalium memoriam exemplio, primus fratum suorum antecursor, anno 1611. 22. Iulij nomen Societati transcripsit, & pulcherrimam exempli antecessione sex fratres suos antevenerunt: qui & ipsi Societatem amplexi, geminata germanitate, Societatem, veluti Symphorosam, septem fratres, hocce numero, virtute, ingenio, laboribus ornauere. quorum unus in Indiæ occidentalis itinere vitâ perfunctus est, alter etiamnum in Paraquaria superstes, ut credimus, Apostolicis operis multi sudoris labores exercet. Hieronymus Philosophiæ nostris Louanijs explicata, anno 1624. 4. vota professus, Alostanti Collegij rectioni quadriennium probè impedit: Antuerpiæ postea Theologiæ de moribvs palam doctâ, non sine illâ quoque laude quod auditores interpositis dextre ac religiosis de pietate argumentis ad æternam morum educatricem ac magistram sapientiam prolectaret. id quod appositè præstitit etiam cum ab Hollandica Hornæ, ac Siluaducensi missione reuocatus triennio præfuit Rector Antuerpiæ. Vnde Hollandico Apostolatui restitutus, post menses aliquot Lugduni exactos, octo annis Siluam ducis excoluit, hereticis quoque charus qui bonum senem noverant, & ferebant: vnde notum sacris

illis expeditionibus nomen P. Hieronymi, Catholicis matrem in Patre curam, perpetuumque pro animarum salute ardorem vnicè veneratis. Vultus illi animi sibi semper præsentis atque tranquilli spirans imago, atque amabilis: mens domi retincentissima disciplina; ubique autem Deo coniuncta; & prompta quicquid charitas postularet, animo candido ac ad bene merendum liberaliter experrecto. Ad hæc sinceram, erga omnes reverentiam, verbi, ore, factis præseportans modestia, sincero non fucata demissionis ornamento amabilis; & ad decumanos quoque suuctus, ac repentinò ingruentes intemperantis cuiusvis linguae torrentes mansuetè placida, cum diceret: *Qui cedit, vincit*: id quod ille in factis non minus quam in ore habebat, cum nec pauca nec levia circa ullam animi commotionem perferret, nunquam moderacionis metas egressus. Etatem illi non labores minus quam anni attruiere; morbis quoque variè viscera, & membra passim torquentibus; quos tamen ille ita ferebat ut de laborum contentione nihil remitteret, quasi dolores laboribus domaret, cum interea inter utrosque affatim pateretur. Vicarius, qui tunc in Hollandia vicibus Episcopi fungebatur, dixisse fertur, P. Hieronymi morte auditæ: Perdere missionem Hollandicam virum, cui parem vix nouerat. Supremus illius labor fuere ægri contagiosa tabe correpti: quæ eo in labore, haustâ, intra triduum, præmissâ omni apparatione, animam egit, cum diceret; *se iam ire*. Atque iuit ille quidem, & hoc eodem gloriæ de alijs benè meritis itinere iuere de Societate, alij ante illum ad capessendam immortalitatem; nobis vero ad non impar decus, magnum iter exemplo aperuere: *Viros bonos*, inquit in prefatione sua Hist. Diodorus Siculus, laude dignos arbitramur, ut qui virtutis iter nobis offendenter. Et vero idecirco ista conscribimus, ut quemadmodum initio vita S. Cypriani ait Pontius eius Diaconus, ad posteros quoque vostros incomparabile, & grande documentum in immortalē memoriam porrigitur. Superest ut hos suos huius anni 1655. & omnes annorum superiorum heroës æternitate iam ut spes est, receptos Societas, veluti Debora (id est, apis cloquens) illo cantico alloquatur: *Qui sponte obtulisti animas vestras ad periculum, benedicite Domino*. Nam si vetustissimus Origenis magister Clemens Alexandrius lib. 4. Stromatum docuit,

per dilectionem doceri martyrium; quot heroës & victimas quodammodo dedimus charitatis, tot magistros dedimus: nobiliore quodam titulo quam illo quem idem suggestit dicens ibid. Qnē-  
cunque seruatoris mandata exequuntur, in unaquaque actione sunt.  
Martyres: & ubi ait martyriū occasionem esse quamlibet tentationem.  
 Deidimus ergo heroës qui non verbis tantum, sed & factis, adedque morte ipsa, le nosse Deum testati, ostenderunt ex operibus fidem suam, spem suam, charitatem suam: & qui prius quam se heroico illi operi ac morti voluntariè, (led non citra obedientia suffragationem) obijcerent, testati sunt se id Dei, ac proximi amore audere, ad mortem suam quadam velut-Martyrij spe, ac appellatione nobilitandam:

## ANNVS MDCVVI. SOCIETATIS CXVI.

**P**lenus Heroum, ac victimarum charitatis est hic annus, si quis alius, aded ut quemadmodum annus ab orbe condito 1656. vniuersum propè orbem terrarum, paucis in area exceptis, diluio interiectum, morti addixit: sic etiam annus hic ab orbe redempto 1656. mortualis planè dici haud ex vano posse; ut qui tot Regna & Provincias, quæ cruentis tumultibus, quæ morbis attruerit, mortibus hauscerit, cumulatissimus exrumnis corporum, atque utinam non etiam animorum. Dabo hæc ego eti ferè lerie quæ rerum gestarum testes literæ ad me perlatae sunt. Römani partim nunc narro, partim in annum 1657. seruo, daturam suos heroës & victimas charitati. Nunc prima sedat

## S A R D I N I A.

**I**nsla hæc, & Regnum nouâ & multâ clade, sed ferè alijs è plagiis aduecta, quassatum est. Ibi 27. Maij

P. Simon Manca Orgosolensis 4. vota prof. cùm Domus Professa Calaritanæ inchoandæ apparationi, fabricæque præfset hanc Heroum viam ingressus est, Calari in suburbio ad eos qui lue isti cadebant iuandos illò profectus. Sanctimoniaz opinione, & cognomento à nobilitate laudatus est cùm mortuus lugeretur. Viuentem prolixa erga omnes adiuuandos charitas, vita innocentia, probata virtus eximie omni-

bus commendabantur. Creditur cum Angelo suo Custode familiarem consuetudinem habuisse: à quo eā noctis horā excitabatur à somno quā ad orandum expurgisci desiderabat. Supremaz migrationi accinctus, negavit se migraturum ē vita obedientiae iniussū. Quare à confessario id sibi imponi petiit ut ex obedientia moretur. Negavit Confessarius se illi qui alijs praeseret imperare posse: id solum dicere, vt tunc moretur, cū Diuinaz voluntati ita placuerit. Et Simon confessim nullā doloris significatione animam Dōo reddidit anno etatis vnde quadragesimo. Societatem anno 1635. 22. Martij inierat, & in ea quā Grammaticam, quā Rhetoricam per annos quinque docuerat, anno 1653. 25. Martij 4. vota professorum albo illatus.

Ibidem in alio suburbio 28. Maij P. Stephanus Asuni, ac deinde 30. Maij P. Ioannes Bapt. Serra eiusdem mortis gloriam sunt indepti. P. Stephanus patrī Nuraguensis annos natus 44. & anno 1620. 16. Martij. Societati ad demum anno 1639. 23. Iunij 4. vota professis adscriptus. Docuit Philosophiam triennio: fuit socius Magistri Nouitiotum: p̄fuit Seminario Calaritano, & Collegio Ecclesiensi. P. Serra vero Mandarenis, ante 64. annos natus, Societatem anno 1614. 14. April. ingressus, & in ea anno 1629. 4. vota professus: docuit moralē Theol. 10. annis.

## IN FLANDROBELGICA

**L**egitimè, atque gloriōsè emeritis religiosæ vita stipendijs Antuerpiæ duos extinxit charitas, cū acerba vitiorum lue corporum tabēs cām urbē haberet infestām, & suā calamitate hos ad commiserationem animarum potissimum permouisset, ne illæ quoque in eo corporum exitio interirent. Alter 31. Iulij confatali Sanctissimo parenti nostro Ignatio diē diem extremum clausit P. Petrus de la Motte, Bredanus anno 1629. natus, 1647. Societati adscriptus. Is doctis per biennium humanioribus disciplinis, emētis Theologiae curriculo, cū Antuerpiam retro illo luis incendio corripi videtur, vitæ prodigende, & si Deo placeret, etiam relinquende certus, nobile illud capitis periculum impetravit, exercuitque quicquid ad ægrorum subsidium pertinebat, amplissimā exagge-

exaggeratione pulcherrimæ charitatis , quamdiu vires corporis animi constantie respondere usque ad mortem . quam extre mo in morbo ita statuit operiri , ut cum alijs dextrum brachium armillis aculeatis haberet adstrictum ad mortificationem . I s s y in suo corpore semper circumferendam , lumbosque ferreo cinctu accingeret , cingulum ferreum ne moriens quidem dimiserit ; ut pote qui præcinctis lumbis Dominum expeditabat . Tametsi vero inter agros illos , ut fieri amat , plurimum laboris hauriret , in se tamen tanquam in hostem flagris assiduus leuiebat ; conscientie tam circumspecte , tam nitida , ut confessarius nolle absoluere confidentem , nisi materiam Sacramento ex antea vita suggereret .

Hoc auulso vélut ramo aureo non defuit alter qui Petro successit , post labores magnos illos quidem sed non longos , in eunte Septembri pari mortis gloriâ Heroibus nostris victimisque adscriptus P. Vincentius le Boug . Hic ibidem ubi vitam hauserat , pro Patriæ commodo posuit , anno 1594. 14. Aprilatus , ad Societatem anno 1613. & postea in ea ad 4. vota admissus . Docuit humaniora per annos 4. Ministri funèbus est officio annis 7. Concionatoris per annos 16. Praefuit Collegio Belliolano , tum Hollandica Missoni annis nouen : & Sodalibus , ad deinde Patribus Tertianis . & hec omnia hoc mortis corollario complexus nobilitauit . Maturinè de lecto ante alios exurgebat , & suauissimo pietatis otio ipsas quatuor horas dabat . quos ille pietatis igniculos etiam typis anonymis dedit in lucem , & quæ palam quæ priuata in confuetudine illis quicquid diceret adeò condiebat , ut externi iuxta & nostri eximiè alcum quiddam in illo suspicerent . Pro ijs quos ad frugem vel reduxerat , vel reducebat flagro ferreo scepè in se inclemtiū arnatus non prius animaduertere in se desit quām largo sanguine cruentus Deum fletteret , ac inconditè refractarios , durosque quorundam animos tandem efficacitate peruerteret , molliret , componeret . Atque sic vincenti , ex hac sui , ac obstinati non unius victoriâ datum scepè diuinitus est manna quoddani absconditæ volvutatis , quam ille 31. Augusti migranti animæ sua illiquefactam sentiebat , et uero testabatur , suprema ferè hæc locutus : *Liberter pro salute proximi animam pono .*

Posuere pari charitate heroicas animas in simili ministerio etiam alij huius Prouincie Patres. Svolæ apud heterodoxus II. O&gt;. P. Franciscus Beaumes, id quod ille à primis in Societate annis flagranter optarat; Hornæ in Hollandia. P. Ioannes Neefs Antuerpiensis, industria ægris impensâ etiam apud hæreticorum Consules admirandus, qui disertè laudato P. Ioanne, fassi sunt à suis Ministris nihil præstari quod cum his conferri possit, quodue ad horum facinorum gloriam quoquomodo assurgat.

## IN RHENO INFERIORE.

**L** Ves epidemica Monasterij Vvestphaliae exente Augusto eorum plurimos quos corripiebat ferè intrâ biduum extinguebat. Illâ icti operam ut nauaret impetravit

P. Ioannes Fabritius. Decem ferè dies illi suffecere ad exantlandum laborem, & capessendum eius gloriæ decus, quos ille ut factis impleret summâ ope connisus est omnibus quæ accersere poterat delenimentis ad leuamentum animorum, & corporum: vsque dum 26. Sept. religiosæ verè assiduæq; charitatis plenam vitam pari eo qui eam decebat exitu felix absoluit. Fuit P. Ioannes patriâ Fischelensis, anno 1592. 17. Sept. natus; ad Societatem aggregatus anno 1611. 29. Martij. & in ea Coad. Spiritualis nunquam ignauus. Pro concione dixit per annos plures. Fuit Minister, Praefectus scholarum, sanitatis, Sodalitiorum; Confessorius, Superior. Ad animas quæ in igneo illo exilio, ad vindicandam Dei faciem inter tormenta aspirant eruendas studiose pius, quoties licet atro sacrificali apparatu sacrificium pro illis offerebat; alijs idem persuadere conatus. Quo in genere adeò religiosè pronas reperit aut fecit omnium voluntates, ut Superiorum consensu diem vñ quotmensibus Patres delegerint quo mortualem in templo apparatum aris circumdarent, & sacra pro defunctis pinnes offerrent. Auditæ etiam ad eius cubiculi ianuam perstrepare pias illas, & opis indigas animas quidam haud ex vano suspicati rem eò adduxeré; ut fateretur strepitum illum illarum fuisse opem, libertatemque poscentium. Ipse certè omni eo sacrificiorum thesauro quo post mortem suos filios ditat, & ad felicem vsque æternitatem

tem prosequitur Collegium, Prouincia, demum Praepositus Generalis, ac Societas vniuersa, illis animabus illū dono dans, se plānē abdicauit, & quicquid suū esset illis veluti testamento legauit, mirabili, & paucis vītarā liberalitate. Taceo illam erga. viuos beneficentiam quā prouidenter ligna in æstate pretio comparabat, vt ea egentissimus quibusque distribueret hieme sequente. Denique Ioannem totum toto amplexu strinxit vbique charitas, ad subleuandum aliorum ærumnas multifariam instruxit claritas, & morte tam nobili honorauit claritas s. in eternam, vt speramus, vitam immortaliter assertum in patria charitatis.

## NEAPOLITANA PROVINCIA.

**N**eapolis Campanie, ac Neapolitani Regni caput, à Chalcidensibus olim condita, Plinio *Parthenope à tumulo Si-  
renis appellata*, à Cumanis glorie illius inuidis enuersa; sed cūm immanni peste ob id se plecti existimarent, oraculi Apollinis iussu magisfice restituta, Neapolis nomen accepit, & lues, vt illi quidem ferunt, restincta est. Ibi Societatis primæ origines anno 1551. primùm inchoatae, anno 1554. constabilitate latabili accessione increuere plus quam seculi vñitus interuallo. Huic vrbi annus hic 1656. plānē mortualis illuxit, qui certè illam & à *tumulo* appellatam, & sequentis luis occasione seu conditam, seu restitutam, atque ab annis centum ac viginti, vt aiunt, ab eius mali fœticia immunem ita quassauit, vt nobis Romę ea quæ istic siebant legentibus horrem, commiserationem, solicitudinemq; iniicerint, quasi aliud quidam exundans Vesuuius calamitates pristinas, carbones, mortesque circumueheret, corporibus pestifero æstu accensis. Quam dira fuerit rerum facies, quam obvia vbique mors sese etiam in abscondita quæque penetrans, quam miserè abiecta passim & noua rabidis exaggerata cadavera, horrendum fuit in epistolis inde missis, legere, nec attinet particulatum describere Lectori fortè existimaturo Senecę me tragediam potius quam rei gestæ historiam prescripsisse. Fama fuit, nec scio an satis vera, quendam nobilioris claritudinis virum cum fenestrā fortè apertā muscam (quæ ab aliquo fortasse peste contacto aduolabat) eā fenestrā patefactione seu inuirus, seu ignarus.

Lib. 5.  
6. 3.

ignarus admisisset, eaque illi frontem, aut faciem occupasset, cā  
mox tabe correptum. Ferunt alij aurigam qui cadavera vehe-  
bat, contagione afflatum ex equo decidisse; equos territos  
currum cadaveribus aggessis plenum effrenatè raptasse, ca-  
davera hinc atque inde sparsisse. Fabulae hæ fuerint, seu ve-  
ritas, illud certum est, plures acerbè questos fuisse quod mag-  
no quantumvis pretio non potuerint obtinere ut tabelcentia  
præ foribus corpora mortuorum tumulo conderentur, cum  
non esset qui sepeliret; templis ipsis, in quibus initio condé-  
bantur, odore tetro pestem spirantibus; vespillonibus verò  
iam extintis, alijs metu periculi dilapsis, alijs labore defesi-  
sis. Bellum Neapolim nauigare glisebat in vulgus; & pestis  
navigio appulsa est. Alij aliter initia prodidere. At seu pul-  
uere venenato, seu quodemumcunque modo illata sit lues,  
adè certè grassata est, ut mense Iunio, Julioque, ad medium  
serè Augustum sèpè intra dii vnius interuallum octingentos  
fuisse interneatos litteræ nunciariint; imò nonnunquam supra-  
duo, triaue millia capitum cecidisse fama, ut maiora tacean-  
mus, attulerit: non sine quadam veteris cataclysmi, aut de-  
cretoriæ diei imagine, ac ferè citra interspirandi facultatem.  
Adeò lues illa clam primim sub alio nomine se se insinuans,  
& vicatim alias ex alijs plateas profligans, pestis tandem no-  
men sibi fecit, cum in excelsiora quoque capita seuire ausa-  
est, quicquid Prorex, quicquid alij contra torrentem hunc  
niterentur, omnibus cuiusvis industriae meditamentis fuit  
maior, omnes vires ingenij & quæ datæ, quæ promissæ pecu-  
niae supergressa. Instrucci per plateas ignes, conditæ chirurgi,  
medici, pollinctores, aurigæ, & quicquid erat quod ne-  
cessarium videbatur vel sanis seruandis, vel ægris restituendis,  
vel mortuis inseptulis euhendis atque condendis. Hiero-  
nymus Brusonius in Italica Europæ historia in hunc annum,  
ait multos S. Xauerij ope servatos: censerique internecinâ  
illâ clade, ducenta triginta millia capitum interiisse: inter  
expurgandum autem, lectorum plus quam quinquaginta mil-  
lia concremata. Hoc deerat inclytæ illi deliciarum Reginæ  
Vrbi, ut post Vesuvium, post nuperas seditiones & bella opini-  
onesue bellorum istud quoque calamitatis genus experire-  
tur; docet etque, lata mortalium tristibus undeque pro-  
spergi; ac dulciores prosperitatis nostræ torrentes interare-  
scere

scere amaris, atque aduersis, intercalariā vicissitudine volvuntur nostræ illudentibus. 12. Iunij ab ijs, quos Deputatos Sanitatis dixerat, primæ claritudinis viris uno & viginti, votum conceptum est publico vrbis nomine, quod typis Regijs ab Egidio Longo vulgatum est, Immaculatæ Conceptioni Virginis Matri.

A nostris verò prouidenter id actum, vt ipso increscens Maii exordio, dum adhuc aliqua intercapedo molestiæ dabatur morte necedunt tam latè porrectâ, ij qui Neapoli degabant alij aliò distributè destinarentur. Nouitij cum suo Magistro ad Massense Collegium, ij qui literis dabant operam aliòcum suis item magistris: partim vt ne otio hebescerent, bona-que horâs cessatione longâ obtererent; partim vt his velut extra periculum positis essent in promptu, qui suppetias venirent ijs, qui Neapoli rem domi forisque acturi erant è vita cedentibus, ac lampada tradituris. Centum septuaginta & sex fuere quâ Patres, quâ alij, qui Neapoli substiterent. E quo numero, centum & septem lue illâ perempti. Do nunç eos tantum qui fuere, vt è literis à Preposito Prouinciali datis accipio, heroës, & victimæ domi & foris priuatae, ac publicæ charitatis; cùm se ad eandæ charitatis, & mortis primùm gloriam alij quoque socij, id est pars potior, obtulisset. Res hunc in modum acta est ordinatè plane, atque partitè.

P. Bernardinus Mazziotta Domus Professa Praepositus, cùm Prouincialis abesset, conspecto longo eorum, qui sua nomina in exponentorum album referri cupiebant, flagitabantque catalogo, summis eius vrbis autoritatibus Proregi, & possumodum Cardinali suam, & Societatis operam promptè obtulit, cùm vtrumq; adjisset. Atque ne intra verba tantum stetisse pollicitatio videretur, expeditè res acta est; & opera per totam urbem porrecta. Prima domi cura. Secundum hanc, in Nosocomia itum pestilentia contactorum. Tertio denique loco, destinati per urbem concursatores plures Patres, maximè quando tota propè vrbs, instar ingentis Limocomij, seu pestiferè laborantium Nosocomij, fuit. Ad obsequia publici extra urbem Valetudinarij, siue, vt vocant, Lazaretti, destinatus ex Domo Professorum P. Iosephus Gagliapane Domus Professa nuper Praepositus; P. Franciscus Dragus, & Donatus Carpentieri Coadiutor: E Collegio Seminary, seu studiorum;

P. Ioannes Jacobus Sia, & P. Carolus Casaliuccius. Ex his quinque, nonnisi hic ultimus fuit superstes; qui postea etiam assiduâ per urbem concursatione, quā quā vocabat necessitas, omnibus omnia factus est. Præter publicum, & commune illud foris, alia intra urbem fuere valetudinaria pestiferorum, seu limocomia; nempe, S. Iacobi, pro Hispanis; Proregis, pro sua familia; Principis de Cellamare, pro ijs qui tabelliariorum munere fungebantur. Atque his quoque poenitentia, Eucharistia, ac supremæunctionis Sacramenta à nostris ministrata. Vrbs multisfariam distributa; ut cù partitio ne facta, nulli parti sui decessent Patres. E Domo Professorum tres circumière; P. Lelius Anteglietta, P. Franciscus Fulcens, P. Felix Barbaritus. Duos illos hausit contagio: tertium hunc ictum illum quidem malo ylcere sauciauit, & accedit, sed non extinxit. Quare pergebat assiduus concursator, tametsi claudus à vulnere needum persanato, & querrebat quos expiaret. Vnum queimpam sub scamno in via ægrè animam ducentem reperit; seque ad illum, vt potuit penetrans audiuit, absoluit, & animam edentem vidit: deinde ad tremes quoque profectus, vt peste infectos, ac omni sacrâ ope destitutos ad mortem instrueret. Pro eadem urbicâ concursatione missi è Collegio Studiorum P. Ioannes Bapt. de Laurentijs, P. Antonius Valcarcel, P. Io. Baps. de Nicoletti, P. Ioannes Ant. Barbaricus: hic postremus pestifero veneno ictus est quidem, sed consanauit, & Sparte sux diligenter exornandæ porro incubuit; vna cum Nicoletto nullâ peste afflato, cùm primi duo mortem à contagione oppetiissent. Collegium S. P. Ignatij in eo urbis loco est unde pestiferum hoc virus, primum furenter exarsit. Ex hoc ad opitulandum per urbem, afflitis prodiere P. Franciscus Garganus, P. Marinus de Simonibus Rector Collegij, P. Ignatius Armellinus, P. Franciscus Mazzarotta, P. Thomas Auricensma. Primi duo mortem heroicam obièrunt: duo alij contacti, sed non perempti; ultimus ne contactus quidem, tametsi versatus in medio ymbrae mortis.

E Collegio S. Francisci Xauerij se in periculum ad Sacra menta ministranda dedèrunt P. Iosephus la Masta, & P. Carolus Florillus: qui duas, easque conferto populo frequentissimas Parochiæ S. Annæ partes à Parocho ibi assignatas ita admi stra-

nistrauere, ut præter confessionem, & viaticum, extremam quoqueunctione munierint morientes. Nec infrequenter per mortuorum cadavera erat illis penetrandum, ac propè reptandum ad viuos animam iam agentes, & opem ultimam opperientes. Hi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum primùm non sine comitibus, ac lumine, ad argos deportabant: Sed increscente mali rabie, non erat, qui comes ire vellet, aut posset. Quocirca coacti sunt in pectore decenter sacrificalibus integrumentis inuolutas Eucharisticas particulas circumferre. Confessiones verò ab illis non raptim, aut per transennam auditæ, verūm integræ, ac prolixæ: nonnullæ etiam abusque quadraginta annis répetitæ. Nec infrequens fuit intra diem vnicum quinquaginta argos viatico instruere, ac extremamunctione perungere. Vnde uterque hic Pater pestem ab ea cum egris consortione concepit, quæ tamen nonnisi Iosepho lethalis fuit, Carolo superstite ad labores. E S. Iosephi Collegio, duo missi ad idem officium charitatis; P. Marius Fontanarosu, & P. Carolus Figliuola; qui quâ religiosos, quâ seculares immortis apparitione iuere, occasione illâ usi ad multos à vijs perditis ad Dei semitam reuocandos, in sordibus damnosissime alijs auaritiæ potissimum, aut obstinatæ libidinis volutatos.

E Tironum Domo P. Iosephus Rosa extenos adiutum, egredius, vitam peste ab ijs acceptâ terminauit. P. verò Marcellus Bibba è Seminario, nostris ope omni adiuuandis intentus, pestifero estu & ipse, citra mortem tamen, correptus est.

Iam autem ij qui in Domo Professorum erant, in ipso templo aditu, extemporalì arâ erectâ, istic diuina sacrificia celebravere; ut populus citra suum, nostrumue periculum diuinis mysterijs è foro per amplio interesset. Postea tamen ut ad exomologesim quoque, atque ad panem Angelicum, populo datur accessus, nemo non admittebatur; & tuere ad venientium obsequia semper prompti Patres viginti; è quo censu non nisi vnicus P. Iosephus Blanditius mansit illensus; P. Cesare Vino icto illo quidem, sed superstite: cum alij Patres omnes pestiferam mortem obierint. Ij fuere

P. Bernardinus Mazziotta Domus Prepositus;

P. Lucius Pignatellus, P. Vincentius de Colellis,

P. Franciscus Ceuola, P. Fabritius Elephante,  
 P. Franciscus de Maris, P. Petrus Ferracutus  
 P. Franc. Campanile. P. Ioannes Bapi, Ragusa,  
 P. Didacus Laynez, P. Eustachius Paganus,  
 P. Franciscus Corcione, P. Horatius Grossi,  
 P. Ioannes Bapt. de Maris, P. Silvannus Vicus,  
 P. Iosephus Bonanus.

Simili de causâ occubuisse censentur Patres, qui in aperto  
 Collegij majoris, seu Scholarum templo suam operam affluen-  
 tibus præstiterè usque ad mortem. Ij fuere

P. Aemilius de Cardenas Rector Collegij.  
 P. Vincentius Paganus, P. Ioan. Bapt. Moschetti  
 P. Carolus Campora. Patribus Onuphrio Ferigno, & Pe-  
 tre Alois integris, & intactis.

E Collegio S. Francisci Xaueryj similis charitas immor-  
 talitati addixit P. Didacum de Corduba, P. Franc. Ant. Ma-  
 ximum, P. Ioannem Ribadeneira,

E Coll. S. Iosephi se periculo exposuit P. Franciscus Pica  
 Rector,

P. Carolus Figuola, P. Marinus Fontanarosa, & P. Io.  
 Bapt. Coccia: & hic ultimus virus pestiferum contraxit, eoque  
 confectus est, ut dixi.

E Tirocinio partim domi, partim foris laborauit P. Ioseph  
 Rosa & vna cum P. Francisco Salas laboris, & operæ pretium  
 tulit mortem in agone simili preciosam.

Ad hæc in Collegio S. P. Ignatij. Gubernatores Montis  
 Misericordie singulari pietatì industria quotmensibus mille  
 ducentos ducatos depositure; delecto ad id P. Francisco de  
 Terrarijs, qui octo alijs auxiliaribus accitis, distribui per eos  
 curabat vnum, ac dimidium, quem vocant Carolinum, id  
 est, plus quam vnum iulium in singulos. Quam rem ubi au-  
 ditione accepit Prorex, djuine irę facilius placande, ac plebi  
 egestate ferè non minus, quam lue pressę subleuandę ergo, ex  
 accessito P. Francisco didicit quo res ordine, modoque pro-  
 cederet; simulque multum probans quę audiebat, alios  
 ille quoque mille ac ducentos ducatos adiecit in paupe-  
 res erogandos. Quę stipis distributio, & acceptę in-  
 templo exomologeses P. Francisco pestem, & mortem af-  
 flauere.

Neque

Neque per urbem tantum, & in templis nostris operam nauauere nostri omnibus quicunq; aduentabant, aut egebant: verum etiam in templo cathedrali: ad quod, Archiepiscopi Cardinalis rogatu, iuete Patres Eustachius & Vincentius Paganii; P. Joannes Bapt. Cattaneus, P. Cesar Viens: adeò vt quā in templis, quā in vrbicis missionibus, quā in obsequio nostrorum, & extrariorum pestiferè laborantium occiderint nostri Neapoli facile sexaginta. Itum ad religiosos, & religiosas, & quocunque vocaret vrgens vbique necessitas: & Parochorum penuriam suppleuere domicilia Societatis: missis ad id munus nostris quindecim Patribus: è Domo Professorum tribus; quinque è Collegio Studiorum; è Collegio S. Ignatij quatuor; è Collegio S. Francisci Xauerij, duobus; è Domo Probationis uno. Omnia horum ad hęc audenda, & patranda Dei amor, & proximi fuit perpetuus stimulator: qui quā latē stragem edidit in selettissimis quibusque capitibus, tam pretiosè illorum nomina eternitatis albo inscripsit. Dabo nunc particulatim eos, quos accepi, quos in heroum censu viictimas fecit fortis vt mors dilectio.

E Professorum Domo 28. Iunij P. Iosephus Guſtavane. Lupijs natus ante annos duodecim septuaginta, Societati anno 1606. 26. Maij adscriptus: & in ea 4. vota professus. Politioris literaturę disciplinas docuit triennio; conscientię questiones in scholis enodauit per annos octo; profuit nostris quā intirocinio erudiendis, quā in tertia probatione exercendis annis totidem, Rector annis 18. & nuper Domus Professi Neapolitanę Pręp. Singularis de illo iam olim puerō angelicę virtutis fama in Societate postea usque ad sanctimonię opinionem increvit. Oculus illi, mores, & verba suęre perpetuę legum afferendarum vindicię, nullo minime quantuumvis legis ad excusandum obtentu: quę tamen exempli melioris tam retinens cura nihil de serena vultus illius tranquillitate, ac placidā candoris integritate decerpebat. Pręsens inter aduersa sibi animus magnitudine suę se sustentabat, constantia etiam plurium admiratione laudata. Cubiculi, cultusque sancta, citra fordes paupertas: plenum quoddam exaggeratę, atque attentę ad omnia religionis peccus arguebat, & exempla prehebat quibus politiorem elegantiam expugnare, exarnaretque mundicias odioſas, ix. exquisitas. Multa illi de Deo cum alijs

alijs loquenti suauitas & voluptas ; ut cum Deo ipso longè libentius, & quidem flexis perpetuo more ad contestandam animi submissionem genibus, loquebatur. Tanta pauperes, & grosque visendi assiduitas, vt quod ipse potius præ alijs euocaretur, expedite se cum pallio susteret cultu è domo prodeuntis. Iam vero ad postremam infimæ plebis vim ad se pertrahendam eâ quoque industria vtebatur cum alijs, tum vero quando Præpositi munere fungchatur, vt sedem in templo ad excipiendas exomologes vltumam occuparit. Per iter Dcuni precabatur impensius, vt ad se aliquem destinaret, cuius animæ auxilio esse posset. Ita precanti ecce tibi adfuit adolescentis incundæ Societatis percupidus, qui ab eo iuuari enixè petiit, & voto potitus est. Djuinæ Maris festa vt augustius coleret, pridiè seuero iciunio soluendo nonnisi panem & frigidam adhibebat; Sabbathis quoque, ac per sacras Aduentus ferias iciunio perseveranter addicetus. Cilicio porquam rigido se atterebat; flagris autem propè etiam supra modum. unde non sine metu periculi decumbere coactus est, cum dorsum aliquando inklemeuter adeò laniauit, vt illud acerbo vltore rigeret. Nulla in vrbe præfuit vlli Collegio, quæ illum retinere conata non sit abeuntem, & quæ profectum redire non optarit, ac etiam egerit vt rediret; adeòque diuites benevolentia, egenos beneficentia, omnes verhis, ac moribus ad omnem sanctimonix amissim compositis deuinciebat. At circa eos potissimum solers, & sagax fuit illius charitas, atque industria quos domi fame attinebat verecunda egestas. Beneuentanus Archiepiscopus illum in Theologum suum adlegit: quod ibi nomen non vulgari doctrinâ, iudicio, assiduitate implendum est. Impieuit pro dignitate Iosephus, vrbi quoque tam acceptus, vt eius istic alendi gratiâ vrbicus magistratus ducentos quotannis aureos pendere Collegio destinari; eiusdemque consilio Beneuentani SS. Ignatium, & Xauerium sibi in Patronos delegerint, celebritate tantâ, quahtam par ei set luculentæ memoriae commendari, vt eius famam obliuio nulla oblitteret. Aiunt nihil tale ab hominum annaliumue memoriam istic spectatum. Denique reatio eius Collegij tam illi ex omnium sententia cessit feliciter, vt fuerit, rogatu omnium, & iussu Præpositi Generalis, iterum repetenda. Nouitios maternâ teneritatem souebat, & firmabat consentaneis factis,

factis, ac dictis; Patres Tertianos ad excelssiora charisnata-  
educabat; Professos regebat, monebat, hortabatur exem-  
plis; paratus citra formidinem omnes tales experiri qualem-  
illum experiebantur omnes in omni genere discipline, ac re-  
ligiosæ ad leges, legumque apices accurationis. Agros fo-  
uebat latro ac explicato charitatis amplexu; & mediastini,  
Patris, fratrisque implebat officia. Fuit cum cælesti Angelorum  
cibo pastus æger Nouitius, diuinum Sacramentum sto-  
macho indignante, vomitu reddidit: nihil sordes eas detesta-  
tus Iosephus, ore hilari, ac pjsimâ reverentia significatio-  
ne, stomacho etiam heroicæ illius pietati obsecuto, hausit  
cum diuina hostia quicquid æger vomuerat. Coorto malo,  
cum ad oppetendam pestem exiret, ad Nolocomium pestis-  
rōrum frequens illum collachrymantium Patrum corona de-  
duxit, maturam victimam heroum arduæ charitati. Ipse ve-  
ro cum alijs, tum P. Bernardino Mazziotte Proposito, qui  
eam illi potestatem fecerat, ad sesquihoram effusè ploranti,  
serenus; latandum aiebat esse potius, quod eâ potestate fa-  
ctâ clauem sibi ad exulum porrigeret, aditum aperiret. Certè  
tam flagranter id postulanti negari non potuit. In valetudi-  
nario autem illo perugil in pertinaci labore perstabat, pre-  
candi studio omnem laboris intercedinem occupante, nul-  
lā propè somni curâ, cum hortantibus negaret somnum se  
in oculos posse admittere, cum tot istic mortales tantis æru-  
mnis premi videret. Denique iussus quiescere, cessit ille  
quidem in locum imperatum; sed istic acerbè suspitans, & eo-  
rum de Societate qui in eo charitatis munere vitam finiebant,  
memoriam animo repetens, aiebat socio: Heu nos infelices,  
Pater, quibus hoc mortis decus in manib⁹ velut infringitur!  
At ubi Domum quoque Professoram virus illud ab ijs qui istic  
animos expiabant illatum corripuit, peruvicit Iosephus, ut ad  
illos domi iuuandos conuolare posset. Atque in eo labore  
illum occupauit decora mors; quam diuinis mysterijs com-  
munitus, positis humi genibus Crucifixi Domini sui atq; complexus effigiem, incredibili spirantis, viuæ, atque suauissi-  
ma pietatis significatione, oppetiit, ingens herois nomen in  
hoc sole, ac puluere, atque in omni anteacta vita luculentæ  
commeritus.

Sunt & alia ē Domus Professorum catalogo de pestiferis  
bonè

bene merita nomina ; de quibus an huic Heroum albo inferri debarent cùm dubiè cogitarem, eò quod se periculo haud exposuisse viderentur, quemadmodum is , quem narrauit Iosephus ; ubi tamen è missis à Preposito Prouinciae illius elogijs accepi , illos eà occasione de vita migrasse , quod se in templo cvidenti luis ab ijs , quos peccata fatentes audiebant periculo , eius periculi conscijs , voluntariè ac obedienter , atque constanter exposuissent , & inde pestem ac mortem traxissent , non dubitanter hoc eos censui pertinere . Hi sunt

*P. Bernardinus Mazzioria 4. vota Professus , Capuz anno ab hinc septuagesimo natus : ad Societatem anno 1604.*  
*1. Nou. adlectus . in qua à Grammatica omnes disciplinas Neapoli perdocuit ; eoque , ceu maximè ad præfecturam studiorum omnium idoneus , illam cum dignitate per annos plures gessit , tanquam qui per omnes ipse transierit , bene versatus in singulis . Demum Rektor , & Domus Professæ Præpositorus , ac missus Romam anno superiore Prouinciae Procurator , Neapolim redux , cùm glisceret pestis incendium , pro eà quā fungebatur autoritate , absente Præposito Prouinciali , eorum nomina , qui se ad illud mortis genus in charitatis ministerijs obeundæ obtulere (obtulere autem se propè omnes) consignavit : prompta Societatis obsequia Sacro , & Regio magistratu obtulit , ipse quoque illud capitis periculum admanuit , & optavit : sed cùm id non daretur , alios id enixiis flagitantes destinavit ; ipse cum alijs in templo pro sacro tribunali sedet assiduus , & mori certus in opere tam præclaro , si periculum optatis responderet . Hac animi destinatione id agenti (id quod de alijs quoque qui sequuntur accipi velim) pretiosæ mortis occasio non defuit , lue ab illis , quos expiabat acceptâ . Singularem quandam pietatis teneroris , ac modestiæ in caño vultu per pulchræ vim , & ingenium Angelicis S. Thomæ lucubrationibus egregiè tuendis addictum illi ingenuit Deus ; id quod in ijs elucet , quæ doctè in lucem dedit . Mores illi placidi , & citra fel; denique docta pietas , & pia doctrina . Adfuit 2. Iulij anni huius 1656. cùm S. Franc. Xauerius thesauro Patronorum inferretur , & Societatis nomine pro ea erga Sanètum reverètia , erga Societatem propensiōne voluntatum gratias egit , vt refert pag. 17. Catalogi rerum & starum autoritate publicâ typis Italicis in lucem dati .*

P. *Lutins Pignatellus* Neapolitanus, at anno 42. Societatem anno 1631. 3. Iulij adiit: & in illa anno 1647. 11. Dec. 4. vota professus est. Fuit vir sui despicientiâ tanto maior, quanto illustripi apud Neapolitanos stirpe natus magnis consanguinitatibus illigabatur. Instituti multò religiosissimè retinentes illi mores, & perquām gloriosus ac fortis animarum per transmarina etiam pericula in Orientis Indijs querendarum zelus. Ea propter iam in Lusitaniam penetrārat. Sed præclusi aditus, & obedientia illum Neapolim reditionem facere coegerē; ubi Procerum Sodalitati luculentum, & gratum, ac utile studium nauauit in Lusitania pro Angelo celebratus.

P. *Franciscus Cercionius* Neapoli ante annos 79. natus. Societatem iuxit 21. Nou. anni 1594. anno deinde 1616. 31. Iulij Professus adscriptus. In Domo Professa rei domesticæ procurationem administravit scitè, religiosè, utiliter. Amauit huic virum, & eo ad pœnitentiæ Sacramentum usu libenter est per multa nobilitas. Inde illi administratio data est Sodalitij SS. Eucharistiaæ, cuius Sodales zitti, seu silentiarū à tacendo dicuntur, quodd in sacro quodam silentio sua peragant. Hunc cœtum aiunt Sodalitatum in Societate vetustissimum, atque ipso S. P. N. Ignatio superstite institutum, postea à Greg. XIII. approbatum. Hoc velut instrumento usam Societatem ad Neapolitanos diuinis mysterijs frequentandis assuefaciendos. Valuit etiam auctoritate, atque industria per illud Sodalitium ad molitiones etatem laturas, & opera pia, ut vocant, condenda. Eiusmodi sunt duo illa domicilia, quæ Conservatoria nuncupavere: alterum male nuptarum, alterum Virginum, que pietatem ac artes, quibus vitam sustentent edocentur. Prudentem etiam diligentiam nauauit per illum cœtum, ut commoditas non deceleret pro exercitijs exercitia petituris; nostris autem viaticū ad missiones profectis. Denique Sodalitatis illius mollem permagnam, latè porrectam, edque laboris plenam, non solum in flore conseruavit, verum etiam prouexit, auxitque, magnis, etiam purpuratis, proceribus, ac ipso Prorege in il lam adlecto, & Ferdinando Imperatore illi præfecto. Iam, eius virtus plus quam ordinarijs incrementis se se attollens eius in vulgus & utilitates & opinionem augebat. Intra seipsum se se abdens, totus demissio, totus fuit modestia, & quodam imitamentum Angelicæ imaginis: erga alios, totus calor,

Sodales  
Silen-  
tiarij.

totus charitas, totus cor videbatur; cùm obsequio anteucreteret afflitos & inopes, consilio dirigeret, ac promptè opitularetur. Illud yaticinationis illius veritati datum, quod Patrum cuiquam, quem metus pestis propè mortuali quodam mœrore perculerat, Angelico quodam vultu serenus, citra dubitationem assueranter dixerit atque ardenter: Cae timeas, fili, hoc malum te de vita non auferet. Dixit is Pater; se ijs auditis mirum in modum tranquillatum. Et nunç post tot undequaque, tamque crebra pericula eius predicationis veritatem, viuus, ac sanus testis affirmat, superstes tot alijs, vna cum ipso Corcione, eo malo absorptis.

P. Franciscus Cenola Auersanus, anno æt. 75. Societatem Philosophiæ, ac medicinæ Doctor anno 1606. impetravit: in qua conscientiae questionibus biennio studuit, postea, grammaticæ tradendæ, Domus Prof. ministerio, Collegiorum per 6. annos rectioni, ac Procuratoris Prouinciæ officio exercendo admotus, & ubique religiosè versatus, anno 1619. 31. Iulij in Coadiutoris Spiritualis gradu formatus.

P. Vincentius de Colellis Neapolitanus 4. vota prof. annos natus 60. in Soc. 43. Philosophiam, & Theologiam docuit, & cùm alias non semel Rector, tum demum præfuit Neapoli Collegio S. P. Ignatij, moderatione religiosè, & prudentiâ præstans.

P. Didacus Lainez P. Iacobi Lainez secundi Generalis nostri prænepos expectationis eximia. Neapoli ante 36. annos natus, nomen Societati anno 1631. 3. Junij dederat; 22. Decemb. anni 1651. inter Professos centus. Cosentia Philosophiam docuerat, Reginum Collegium egregiâ dotis ad rectionem idoneæ commendatione texerat; & Domus Professæ Ministrium agebat, magnoperè delectans omnes vigili, & modestissimâ charitate, cùm & illum ingens hæc falx pestiferæ luis messuit primo vulnere inficto in templo, dum Sacraenta venientibus ministraret.

P. Silvanus Vicus Beneuentanus. 71. ætatis anno eadem causâ decepsit. In Societate, quam anno 1599. adierat, 4. vota professus est anno 1619. Magno celebritatis nomine ad populum pro concione, dixit; postea per annos 8. Rector, ac demum S. Officii consultor. In quibus munib⁹ emicuit in illo semper potissimum amor animarum Christo lu-

sto lucrifaciendarum , & matura, religiosoque viro digna,  
prudentia .

P. Horatius Grossus Neapoli natus anno ab hinc 79. &  
in Societate anno 1595. adita , 4. vota professus . Huma-  
niora triennio docuit : præfuit alio triennio Rector . Dixit  
præclarè ex pulpito , decennio . Ultima eius occupatio fuit  
Operarij , vt vocant , munus in Domo Prof. , quod ille nobili-  
ter , ac religiosè gessit : foris Nobilitatis consuetudine religio-  
sè felix ac dexter ; domi verò præstans omnino ac sine laxa-  
mento religiosus ad instituti leges totis moribus perattentus .  
adeò vt à nobilium consortione nihil traxerit saporis , aut co-  
loris à religioso sapiente alieni . in quo non paucos æquauit , &  
plures etiam superauit .

P. Franciscus Macedonius Neapoli patritiâ Domo natus  
anno ab hinc 71. postea Societati anno 1602. & in ea 4.  
vota Professis accensus anno 1619. Per 6. annos rexit Colle-  
gia . Fuit & socius Magistri Nouitiorum . Tum Patribus in-  
tertia probatione instruendis præclarum impendit studium  
per annos quinque . Pulcherrimum Seraphini nomen quod illi  
publica pitorum , vox & fama dederat , vita illius cum domi ,  
tum foris compendiarium elogium fuit . Vultus illi ad lætam  
& superfusæ animo lucis , ac suavitatis indicem pietatem dulci  
quodam risu compositus : quam eius harmoniam nihil pertur-  
babat . Quâ certè in re ad illorum Heroum famam peruenit ,  
quorum virtus olympi nouen obtinuit : quia omnes terræ cæ-  
lique iniurias alto apice supergressa ; nec ferè crebrior esse  
solet inter hotheines , quâm sit olympus inter montes . In-  
diuino sacrificio nihil menti illi cælesti affluentia semper ple-  
na , ac liberæ pedicas injiciebat , quin suauiter arderet . Ac præ  
intima experrecti Deo , & ad humana velut sopiti animi . dul-  
cedine vocem quoque ipsam cantu quodam slectebat in ani-  
mi exultantis obsequia , dulce incitamentum audientibus , &  
conscijs unde vox illa veniret . Præpollebat in animo conce-  
ptus ardor , edque ab ore sepiùs erumpēbat in conclavi per-  
breui , crebro , atque flagrantia cælestis pleno suspirio , &  
precibus breui oratione in cælum emissis ; quas taciti arbitri  
obserabant , & exaudiebant . Perspè ab illo auditum illud  
quoque Ignatij acroama : *Ad gloriam Dei!* quo ille crebriùs  
repetito singula ; que p̄ oculis ac manibus versabantur , di-

uinæ gloriæ consecrabat: & àque destinatione, ac ultimo fine, intentiū quæ sito interpolata in singulis omnia, signula pretiosa reddebat in conspectu Dei. Tercij anni Pauperes, utpote maiorum iam capaces, ad Missionem potissimum arte excelsas applicare ingenium, & quantam maximam possent nauares diligentiam volebat. Defidicabat, nihil ab iis accipi, apud quos diuina mysteria dispensamus, ad quos conciones habemus. Sic enim animos quantumuis tractatu alperos, ac duros, cælesti veluti comitu subigendos; & homines, quantumuis oris improbi, animoque inuercundo, nihil habituros quod suâ dicacitate traducant per ora hominum fordes avaritiae obiectantium. Neapolitanæ communionis generalis accuranda studium in illo permagnum, & felix, tum in animis no[n]c mortiferâ inuolutis in lucem optimam eâ occasione erueridis, tum in missionibus per vibem attemperatè distribuendis, tum in numero sacra synaxi, accumbentium augendo; Neapolitanis, & omnibus per omnem latè viciniam in uitatis ad tertiam cuiuslibet mensis Dominicam in templo Domus Professorum communione frequentissimi celebrandam. Compertum aliquando est tria millia schedarum partim ab illo scripta, partim illo admite, curata, & extra urbem missa. Vnde duodecim, aliquando tredecim millia capitum diuinæ mensæ accumbentium censa esse scribuntur. Quam ille populi vim appeditis ad rem presentem aspirationibus, magnâ pietatis, ac vocis contentionе incitabat ad illam immortalitatis alimoniam & apparatè accipendam, & grato animo fouendam. Iam illud triduum effrenata ante verni iciunij cines res libertatis, miro labore, industriâ, & celebratis sex, septemque per varia urbis forta concionibus, ad Deum traducebat. Festis diebus prodibat cum manipulo sociorum è templo nostro: eosque scintillatum instar spargebat. Nec semel pulsis circumforaneis ludioribus, ipse ludij, & ludij loco theatrum occupabat; ac omnem illam populi concionem ad audienda serja conuettebat: ducebatque in templum, ad exomologesim, atque ad poenas à corpore, verberatu spontaneo, exigendas. In cultu corporis, atque cubiculi, fuit viua quedam norma emendatissime paupertatis. Nullus in cubiculo liberum ditor, neque numerus necessitate verâ maior. Pauci omnino libti, quoque officium ipsum prescriberet; alijs non-admis-

admissis. Vester nouæ haudquaquam admissæ. Veteratatem attritas volebat, ut poterit paupertatis, ac humilitatis ingenio accomodatas magis. Quo etiam ex capite singularis amicis pauperum habebatur. Obedientia deum in illo semper prompta securum reddebat Superiorum, ut cum supplemento cui libet destinare auderet, certus fore ut citra villam intercapidem excusationum se se imperatis accingere.

P. Angelus Olivetus aetatis anno 70. Hic Iuris virtusque lante iam ornatus, & annis maturus ad Societatem venit anno 1621. tria in illa vota professus, & procreationi Oeconomie & prefectus. At in animarum scite procurandarum studio, scientia, dexteritate fuit magnopere ut assiduus, ita virilis. Multus pacificatorius Angelus pacis fuit cum in dissidijs, tum vero in conscientia perturbata, cuius tranquillande artes persicte callebat. Videbat foeminas ferè confessarios non deesse: ac non raro illas audire, esse opera longioris, quam virilioris. Quocirca totum se virorum expiationi, ac rectioni dedit: tametsi & foeminas plures, & à vita licentia abduxerit, & in tuto collocarit. Quidam deploratorum, & exulceratorum in scelerum voluntabro hominum erat in tricimibus, carceribus, vel in vine, ad illum affuebat. Sed & adolescenti religiosis disciplinis per illum addictorum numerus imiti vix potest. Somnus illi breuis. Mane vna ante alios horam de lecto proripiebat: & horam orandi expletam diuinoque sacrificio celebrato, reliquum omne matutinum tempus, immo diem omnem, sacro poenitentię tribunaliter dabat fidus, peritus, & amabilis conscientiarum consul, amplissimam etiam ad id Cardinalis Archiepiscopi auctoritate instructus. Cum pestis esset, ipse, licet tunesto vlcere ianu saucius, tamen sarcana illam poenitentię ledeni non deseruit. Diei quā sibi decedendum esset, ac horum verus yates, utramque predixit. Supremā vitę die sacrificio diuino operatus, pro eodem sacro tribunali supremum aliquandiu sedet. Inde conclaue repetit, & istic eā, quā dixerat, horam requieuit in pace.

Eadem contagionis, & mortis causa ab ijs, quos poenitentia expiabant fuit in eadem Domo Professorum.

P. Franciscus de Mari Genuensis Coadjutori Spirituali, aetatis in Societate annis 33. Fuit annis pluribus Provincie Procurator, ac deum Operarius.

P. Iosephus

P. Iosepho Bonanni Aquilæ antè 79. annos nato. Societatem anno 1603. ingresso, & 4. in illa vota professo. Theologiam de officijs conscientiæ docuit: procuratoris, ac demum Rectoris munere functus est: ab assiduitate in confessionibus audiendis, & à lui contemptione maximè commendatus.

P. Francisco Campanili Neapolitano 72. annos nato. Is Theologiâ per biennium auditâ, postea Coadiutor Spiritualis formatus est. Eius in Societate munia fuere scholæ Grammaticæ, Ministri, Procuratoris, operarij munus. Vnde magna illius in Domo Professa merita fuere, ac singularis quedam gratia nobilium in Sacramento pœnitentia tractandorū.

P. Petro Ferracuto Messanensi seni annum septuagesimum supergresso. Is Neapoli anno 1606. in Societatem cooptatus, Theologiæ, quæ ad mores spectat, operam dedit; Coadiutorisq; spiritualis in gradu, carceres per annos 42. assiduitate laudabili procurauit, charitate magno studio ad eos in corpore, animoque iuuandos porrectâ. Lautæ illi eleemosynæ affuebant, quibus illos adiutum ibat: & quotannis sacro S. Leonardi die plures ob æs alienum istic detentos in libertatem asserebat. Coetus istic, seu Sodalitia pietatis tantâ dexteritate, constantiâque condidit, ut Cœnobij quandam imaginem loco illi induceret; multa licet eapropter aduersa perpessus. Ed autem cupidius id agebat, quo magis experimento ipse suo didicerat, quid sit esse captiuum. Etenim ante initam Societatem apud infideles vinculis constrictus, plures ærumnas perpessus est: ad Christum deserendum variè sollicitatus, perslitit fideli constantiâ, quiduis potius præ sacrilego illo à fide ad negandum Christum transfugio electurus. Inde illi receptâ iam libertate satis concio quid istic ærumnarum exantare cogantur mancipia Christiana, inter non ultimas curas fuit pro illis in libertatem vindicandis benevolentiam, diligentiamque nauare. Sed & illius innocentia quantis calumnijs fuerit agitata, quæcumque heroicâ patientiæ laude omnes illas in se tumentes tempestates tulerit Petrus, res est ijs, quæ egit ferè par; nisi maior etiam videatur. Et tamen citra spei metusue impedimenta, perrexit in ijs quæ agebat etiam cùm ea patetur quæ innocens illud peccatum merito illi poterant effodere. At has da monis ea quæ agebat impedire conati

conati substrunctiones nil veritus, contra iuit ardenter inuidio pectoris labore cataphractus. Vnde introspecta eius innocentia tantis patientiae admirabilis laudibus cumulata, sanctimoniaz illi opinionem peperit, & magnam apud summos quoque Regis eo in Regno ministros, ac Proceres existimationem.

Eadem in Domo Professorum nostris Iethali illâ agrimonâ laborantibus ita seruire, ut nihil in eo heroicæ laudis genere omnino reliquerint intentatum usque ad vitæ præclaræ obitæ finem hi heroës, & vietimæ charitatis: P. Ioannes Bapt. Ragusa Consentinus annos natus 76. quos omnes ab anno 1597. huc usque, Societati transcriptis. 4. in ea vota Professus: & post humaniores, Philosophicas, Theologicasque lectiones in scholis traditas, egregius operarius animarum, felici cum in templo nostro, tum ad sanctimoniales dicendi ardore disertus, ac potens, maximè cum dilectus in Cruce Iesus illi esset vel thema totius vel pars aliqua concessionis. In omnes instituti nostri partes multifariam excubabat, ne quid admiteeret, omitteretue quod illius amissis non probaret. Inde mirum est quam incensis industriæ suæ studijs perseveranter intenderit, vt licet foras ad spargendas diuinæ scintillas exiret, domi tamen sese intra se custodite recipere, secum habitaret, sibique ad incitatissimum sanctimoniaz cursum calcaria ipse adderet perpetuo corporis afflstanti vnu, & propè sauitia. Prima tamen mortificationis pars in eo erat, vt de se contemptim sentiret; ac ne quâ parte luxaret pulcherrimas, & sanctissimas disciplinæ domesticæ commisuras, atque iuncturas.

Par mortis, vt causa, ita gloria fuit in P. Fabritio Elephantio Barolitano. ante annos 75. nato: anno 1597. Societati, 1620. 4. vota professis accenso. Is Neapolitano in Collegio per biennium Minister, varia Collegia rexit per annos 21. Magnâ dexteritate pollebat in regenda, & educanda nobili Seminarij iuuentute. Cum nostris vero fuit prudentiâ singulari: cuius neruus, erat insignis, ac solidis, virutibus cumulata religio, & studium animalium.

Eadem, quæ Fabritium vt patria tulit, sic mors abstulit P. Leonardum Galibertum anno ætatis 60. Is in Societatem anno 1613. 24. Maij nomen dederat, inter 4. vota professos anno.

anno 1632. 1. Nou. autoratus. Scholas tractauit Grammaticas : & deinde conscientie officia enodauit : postea per 6. annos Rector, demum Prouincie Procurator per annos plures, insigni peritiæ. Sacra mysteria cum nostris domi, tum Sanctimonialibus in Cœnobio quodam communi lue contagiis administravit : & præclaram mortem in operæ sua premium tulit.

Pater autem Eustachius Paganus anno et. 66. vna cum germano suo P. Vincentio Pagano Iuem creditur traxisse à confessionibus in summo templo auditis, rogatu Archiepiscopi Cardinalis, cui cum illis non postrema sanguinis necessitudo intercedebat. Neapoli anno 1605. in Societatem se dederat, & humaniora, Philosophiam, ac Theologiam docuerat. Ministri munus obierat. Rexerat & Collegium Vienense in Austria eo apud omnes paternę prouidentię, ac amoris sensu, vi amabilem sui menioriam prosperā suę unctionis famā post se reliquerit. Ea quę Oeniponti, atque in Hispania in aulis egit indicant habilitates viri prælaras, & prudentiam non vulgarem.

P. Franciscus Fulens Neapolitanus 4. vota prof. anno et. 45. diem supremum expleuit, cùm per urbem flagrante Sacramento peste afflatis ministraret. Vir fuit ingenio planè idoneo ad omnia perquisitè agenda. P. Lelius Auteglietta Lupiensis anno et. 56. Hic se Societati anno 1614. 5. Aprilis adiunxerat ; & in ea 4. votis fuerat illigatus primis Kalendis anni 1635. Humaniora, Philosophiam, casus conscientię docuerat ; Operari quoque officio benè functus. Inter prime admissionis Heroës fuit, qui nomen, & se in eum album dedit, & admissus est ad nobilem illorum societatem, qui se in periculum proponebant. Qeo in munere quam apte, quam gnauiter se se in omnes partes versauerit cùm urbem iam totam obtinens lues vnum ex ea valetudinarium fecisset ; & laudant, & mirantur qui cum vel videre vel audiēre. Morientis tranquillam patientiam, & suaves delicias satis indicauero, si id quod morti iam proprietor ad Prepositum Domus Prof. scripsit retulero. Significabat ille istic verbis, quę de cordis profundo sinu hausta videbantur, se iucundissimā morte finire vitam inter brachia, & amplexus amantisimi sui Crucifixi, Iam olim à Bernardino Realino vaticinationem se de se accepte

pisse, quā ille dicebat fore, ut in Societate moreretur, adiunctis hisce Latinis verbis: *Propter egregiam facinus in salutem animarum. idque se iam, cum inexplicabili solatio feliciter experiri.*

## IN COLLEGIO NEAPOLITANO:

**E**T hoc Heroum ferax Collegium plures dedit victimas charitati, eoque magis quō se domi ac foris fundebat magis mortbi, dolorumque sauities.

Sic obiit 27. Iunij P. Antonius Valcarcel anno ab hinc. vigesimo Societatem indeptus, Pali in Apulia anno ab hinc. 40. natus. Plures Turcicorum adolescentum ad fidem peccataxerunt, & Sacramento Christano lustrauit. Eapropter etiam Turcico idiomati condiscendo studium pertinax, & molestum, sed utile adhibuit. Coortam pestilentiam adeo horruit, ut horrorem haud dissimulanter prodere cogeretur, adeoque hoc nomine alijs etiam esset haud ignotus. At usque adeo se subegit, atque horrorem illum peruciit, ut inter primos, nec semel, operam peste contactis nauarit. Cumque se à primo illo impetu relanguescere persensisset, palestram iterum repetit: nec prius ex illa quam è vita discessit.

Sic obiit postridie, id est 28. Iunij, P. Ioannes Bapt. de Laurentijs Neapolitanus anno ætatis 35. quam ab anno 1644. inter nos egit magnâ indole magnam de se concitans expectationem. Quartum Theologiae annum erat ingressus, cum urbe afflita illum infirmis hilare seruientem, omnes expiantem, ubique promptè satagentem grauis & pestilens aspiratio interemit. Sepè in extremis animum expiabat exomologesi: & calum indicans confessario: Abeo, inquit, Pater, iam abeo. Et obiit.

Sic obiit eodem mense Iunio, ex eodem Theologiae curriculo propè iam confecto sublatus P. Iacobus Stea Lyciensis, qui mortis hoc genus cupidissime expetebat, ratus id sibi si daretur, fore haud dubia prædestinationis pignus insigne. Quare cum alij alexipharmacis suggererent, aiebat, velle se vitam suam Christo transcribere pro salute periclitantium amitorum. Singula illius temporis momenta pretiosissima æstimabat. Quare statim atque petitam ad pestiferos iuandos

prodeundi potestatem impetravit, gaudio gestientis opperic-  
batur felicem illum temporis articulum, quo se operi accin-  
gere iuberetur, interea varijs se se demittendi, atque affi-  
stanti artibus, & exempli comparans ad rem adeò expeditam,  
Iam è Collegio digressurus ad diuinum Eucharistia Sacra-  
mentum salutandum accessit, illudque tam tenerè salutauit,  
vt quid sentiret in pectore facundæ cordis interpretes ac la-  
chrymæ totis oculis loquerentur. Inde ad valetudinarium pu-  
blicum euolans, tantum præsetulit plenæ officiorum omnium  
charitatis, vt Nosocomij Præfectorum virum Patrium, sibi  
magnoperè obnoxium fecerit, ab illo in animæ arbitrum  
atque consiliorum asylum electus in illa longè difficultissima  
administratione. Sèpè se, ac vitam suam per pulcherrimas  
interspirationes Deo in victimam immolabat; cum lectos vi-  
seret, identidem in hæc verba suspirare auditus: *Tibi omnia,*  
*Deus meus, tibi omnia!* *Tibi libenter consecro vitam meam!*  
Iam præcipitata, cuiusdam valetudo ad extrema vergebat, cùm  
repentinè P. Iacobi opem inclamans æger, aiebat lectum suum  
vndique dæmonum tæterrîorum cateruâ circumdari. Iaco-  
bus animo præsens, & genibus pronis, denissè supplex orans-  
q[ue], illum demum montuit, vt se diuinæ Matri enixiùs com-  
mendaret: & æger mox dixit, infernates genios abstirisse. Fu-  
re in eodem valetudinario alij ex alijs institutis religiosis he-  
roës ad eandem charitatis spartam tuendam, & exhortandam  
vlerò appulsi: quos inter, & P. Iacobum pulcherrima pæctio est  
inita, non priùs miseros illos cum luce pestifera, & morte con-  
fligentes, quam vitam deserendi. Initam passionem confir-  
mauit Iacobus, singulis dato amplexu, & morte duodecimmo  
valetudinarij aditi die obitâ luculentter impleuit, noxis vitz  
totius semel atque iterum expiatis, & Deo se, vitam, ac mor-  
tem suam offerens, dedicansque.

Sic obiit. 30. Aug. P. Iohannes Bap. Cataneus, ante an-  
nos ferè 17. Societatem apud Mediolanenses ingressus: quod  
dum redditionem parat studiorum orbe Neapoli iam experto,  
itinéribus interclusis Neapoli substitit, & haud multò post im-  
prouisa cum pestis incessit, quæ cùm illi ultima minaretur,  
maximoperè indoluit se non illâ heroum, verùm ignauâ hac  
(vt ipse aiebat) morte occumbere. Quare voti Sacramento  
spondit fore, vt si confancesceret, se in publicam omnium  
utilita-

uilitatem daret sacramentis populo ministrandis. Consuuit; & voto respondit. Nam & nostris lue iatis diuinis mysteria ministrauit, & in Cathedrali templo exomologesias potentibus aures prebuit, & veneno ab ijs hausto jam non ignaua morte decessurus, vitam omnem dolenter expians, aiebat sub mortem, plenum se esse dulcis cuiusdam fiduciae, quae speraret plenam noxarum omnium veniam sibi a Deo per S. P. Ignatij merita impetrandam.

Sic obiit P. Vincentius Paganus Neapolitano. ab hinc anno natus, Eustachij germanus, & in templo laboris, haustaque inde contagionis, ac mortis comes. In Societate humiora per annos 4. Philosophiam per tres, moralem Theologiam per 18. docuit. Fuit vir demissionis religiose laude insignis, ac pietate cùm primis tener, maximè cùm de diuinis rebus sermonem haberet ad concionem.

In nostris lue afflatis adiuuandis, operam & vitam posuere hi Coadiutores: Andreas Aquinus Neapolitanus, & Ignatius Carrera; uterque soletis, ac ad scruiendum incitatæ, atque audiæ charitatis. 26. Jun.

Ignatius Elias & domi ad nostris infectis opitulandum gnaeus, & fortis Patrum ad infectos euntium comes. Totus Deipara, totus charitati, & cùm a foedo ylcere cruciatetur totus patientia impensè addictus. 29. Junij. Onuphrius Cormus Neapolitanus pector haud imperitus. Per plures annos minister fuit Magistri Nouitiorum in manuductoris, vt vocant, officio cum religiosi exempli laude gesto. Singulare in illo fuit studium colenda Matris Deiparae. Sed longè maior erga Crucifixum religio, cuius cruciatus ita in horas partite distribuerat, vt si quota esset hora rogaretur, illius quod horæ illi assignarat mysterium promptè pro responsu ediceret: Hac, aiebat, horæ cædebat ad columnam Dominus meus: hac ad crucis mortem trahebatur &c. Quicquid oculis, auribusque obuium acciperet, inueniebat eliciendi amoris diuinæ dulcissimum argumentum. Vnde perbreues illas preces, & interna suspiria, intimique amoris actus quotidie illi fuete centeni atque centeni, aut etiam milieui ac millenni. Ferreis cuspidibus, & horrido quadam cilicio in seipsum acerbus, ac sevus: & nec illo satur, aciculam habebat ferre ad manum, quæ se pungens dolorem suo in Crucifixum.

āmori coniungeret. Humilitate patientiam, & hanc vicissim humilitate cumulauit quando abie& statim pileo clericali cū... illum Societati in laicis capitibus non placere intellexit, haud & quos quorundam Coadiutorum mihi id probantum oculos fortiter, mansuetè, ac præclarā humanorum respectuum non curantiā sustinuit; persistitque in pileo quadrato nunquam amplius admittendo. Indias magno animo peroptabat: easque per P. Marcellum Mastrillum Romam profectum impensè vrgebat; sed non impetratas, verlo studio in eam charitatem commutauit, quā totus exarsit, vt peste laborantibus opitulari posset, vel cum suā vitā dispendio. Eā demum prouinciā hoc anno impetratā, vlnis obuijs agebat apud agros omnia, non secus quām si non peste, verū familiari quapiam febriculā citra petriculum tentarentur: ita lectulos versabat, ita ipsos agros tractabat. Morientis etas fuit 40. annorum, quorum dimidium Deo in Societate dedit, præclarus humanæ auræ contemptor, ac cælesti quoddam idioma ita intelligentiā consecutus, vt linguas hominum nil curaret, prædiuinā illā, quam exaudiebat in corde lingua cæli.

E Collegio S. P. Ignati Neapoli hac etiam in Héroum acie primus vītor cecidit P. Franciscus Garganus Neapoli claro sanguine oriundus. Visit annis 58. in Societate 40. pridem Professis adscriptus. Illius elogia sunt Conciones, & Missiones, & hæc postrema potissimum exercitatio ardue charitatis, vsque ad vitæ iacturam: quam prius, quām exuetet, quandam peccata fatentem, audiuit, ac ritè absoluit: & post quartam ferè horæ partem ad æterna concessit, primus inter eos lectus, qui decessere in obsequio peste carborum.

P. Marinus de Simeone è Massa Lubrensi 4. vota professusdem Collegij Rector, anno æt. 66. Soc. 47. tandem honoratae mortis aleam fortiter subiit labore apud agros insigni. Bis Rector miram vbique animi sui semper compōsiti tranquillitatem retinuit. Moralem Theologiam docuit: & ea in facultate haud mediocriter excelluit.

P. Franciscus de Ferrarys Bariensis annos natus 47. è quibus 26. in Societate impiger collocavit, 4. vota professus. Fuit vir ad missiones, & conciones per quām idoneus. De hoc iam retuli, eum stipi erogandæ prefectum, id fin-

id singulati dexteritate, & charitate præstisset.

E Tyrocinio Neapolitano *P. Iosephus Rosa* Neapoli ante 35. annos natus, & ante 17. Societatem ingressus. In tyronum Domo Ministri munere, aliâs etiam Ecclesiastx, fungebatur, cùm pro Rectore cum Nouitijs ad securiora profecto iussus est curare domestica. Sed peruvicit minorem maiorem necessitas. Etenim ubi pestis circum vicinos grassata increbuit, nil prolatandum ratus, erupit ut opitularetur, ubique strenuè rem agens in plurima, & præsentissima mortis imagine, ut animalium pestem depelleret. Sed & illi ab ijs, quos iuabant nata pestis efficere potuit, ut pedes iam concursare vicina non posset, ut curru id ne faceret, prohibere non potuit. Enim uero quâ quâ vocabat necessitas circumuectus, prostratos penitentiâ mundabat, Eucharistico viatico instruebat, dum vires robore animi longè inferiores omnem illi etiam curru circumueundi facultatem, ac demum vitam charitati pretiosè impensam, ademere.

Eadem gloria secuta est in eodem opere anno xt. 40. morientem *P. Ioannem Antonium Campanilium* Intermontrnum, ante initam sexto ab hinc anno Societatem Iuris utriusque Doctorem, strenuè, ut charitatis, ita mortis exemplar.

E Collegio S. Francisci Xauerij Napoli eiusdem charitatis victimis adiuncti sunt.

*P. Iosephus Lamatta* in Aragonia natus ante annos undevadraginta, Societati anno 1633. 23. Aug. quatuor votorum Patribus vero anno 1653. 8. Sept. accensus. Vix ex Hispania Neapolim appulsum, heroicus ille spiritus perculit ut gliscente luis veneno se in omne discrimen offerret. Incredibili virium impigritate omnibus omnia siebat: priusquam lues caput manifeste extolleret. Ibat per omnem latè agrum expeditionibus fructuosis vndeque circum institutis. At præcipiugi illi quâ studium, quâ felicitas fuit in milite ad pietatis officia, & ad celebranda frequenter Sacramenta in uitamentis efficacitate mirâ pollutibus attrahendo. Iam totus miles alius siebat ex alio; & quotmensibus, post triduum apparationis, nobili supplicatione faces manibus gestans ad nostrum templum se se conferebat, Eucharistico istic Sacramento reficiendus, veluti diuinis ad militiam caelestem suspen- dijs. Atque tunc natum illi magnæ sanctimonix nomen, peste

peste increcente increvit: quo tempore vbi vbi laterent Hispani ab eo perquisiti, & ad mortem felicibus adiumentis atque apparatu instructi sunt, magno labore, sed magnâ luctu, cùm licet multos videret extingui, tamen expiatos esse gauderet. Denique & vixisse aiunt & mortuum instar sancti: & tamen non alienum ab eius in quam connitebatur sanctimonix fastigio esse putabat, in purgatiæ via semitas dolentes oculos referre identidem. Vnde cùm in yaletudinariis à Prorege, ac à Principe Cellamare institutis anhelus nulli labori parceret, perspè dicere est auditus: Quicquid hoc demum laboris est, ac sudoris, aliud à Deo manupretium non peto, non expecto, quām ut Dominus ille meus peccatis meis benignè ignoscat.

P. Ioannes Ribadeneira gente Hispanus, patria Barolitanus ætatis anno 48. Hic Societatem anno 1623. 26. Iunij adierat, anno 1642. 19. Martij 4. vota professus. Magistri, Ministri, Ecclesiastæ, ac per triennium Rectoris officijs benè functus. Dici vix potest quām opportunè, importunè, quām enixè petierit in haec heroicæ charitatis arenam proficisci, ac ad omnium lenamentum in urbem prodire ad peste contactos. At virum ad multa ytilem longâ repulsâ tenebant cunctabundi superiores, donec tandem cedendum fuit tanto instinctu: & Ioannes quò maiorem in impetrando difficultatem superarbat, eò se in eam operam effudit impensis; verumtamen in templo tantum: cùm ad urbem, vt optabat, exire non daretur. Eo in officio brevi lethale illi malum ab ijs, qui aduentabant, & expiabantur afflatum est: quod ille vbi persensit, quasi internecini illius veneni vires iusta intercapidine mensurasset, essetque conscius mortis per illud virus sibi citra longiores moras conciscendæ, in templo ære campano parvulo quod primum manibus occurrebat signum edidit, quo excitus Patrum quispiam adfuit, ac P. Ioanni diuinum viaticum, & extremamunctionem petenti attonitus quidem, sed tamen dedit. Quibus perceptis mysterijs, Ioannes in eodem templo scanno cuidam incubuit, quasi iam in pace dimittendus, & Crucifixum teneriore gestu complexus, brevi agone animam egit: vir verè magnis præstantium supra communia, & obvia ingenij, & virtutis decora exemplorum laudibus haud vulgariter celebratus. Rhetoricam per annos quinque, re, liqua

Liqua humaniora quadriennio docuerat, exquisitè illas disciplinas asscutus, ingenio prompto, idoneoque ad omnia. Sed maiora his voluntatis ornamenta illum amabilem non sine admirationis mixtura reddebat: quippe cui tener animus ad diuina, & perquisita conscientia religio, fortis in missionibus, & in ijs, qui extremo suppicio daminabantur eloquentia, & magnus animus ad ardua petitæ atque imperatae cum ijs qui ad S. Margarite insulam expugnandam ibant expeditionis: ubi minimè dubio capitis periculo fortiter subcundo se animatum causâ obiecit. Sed mors istic non reperta, illum demum in templo adorta, Deo sacrauit, veluti heroicam victimam charitatis.

Eluxit in eodem Collegij S. Xauerij templo usque ad mortem inde accersitam virtutis horum longiore vitâ dignorum: P. Didaci de Corduba gente Hispanâ, Neapoli natiante, annos 56. in Societatem admissi anno 1612: ad 4. vota, anno 1635. viri ad Sodalitatis restionem, & ad insignem circa lucrificiendas Deo animas accusationem perbenè accommodati, & commendati.

Deinde P. Francisci Antonij Maximi Nanellensis anno æt. 52. Hic ad Societatem ahno 1619. ad Professorum numerum anno 1637. accessit. Humaniora docuit per 6. annos. per totidem dixit ad populum, quâ dote haud vulgarter excelluit: maiora facturus si per infirmam valetudinem licuisset. Si quando tamen se in pulpito ostendebat, aiunt explicari non posse, quâm beneuolis auribus audiretur, quantum sui desiderium post se relinqueret, quantis laudibus per celebraretur. Verum ipse viri aspectus, dulci quadam venustæ modestiae, ac morum omnium: accusatione amabiliter Angelicam suavitatem non tam imitatus, quâm velut innatam præseportans, habebat mutam suam in aspicientium oculis efficacitatem, ipsâ velut suauiloquentiâ modesti, disertique silentij.

Huius denique loci heros est Neapolim funesto pestis incendio conflagrantem eo consilio, ut istic ægris opitularetur Capuâ aduolans P. Franciscus Dragus Panormi natus domo illustri, 4. vota professus. In quotquot eius Provinciæ Collegijs fuit, fuit insigne documentum Operarij qualem instituti nostri norma describit: sed Neapolis illi coronamentum adiecit,

adiecit, quando in valetudinario infectorum omnia, quæ suggerebat ingeniosa & laboriosa charitas, impigratite alacri faciente in, virus ab epidemicis, quos iuuabat, haustum, mors non dolorum magis quam gloria plena confecit. Creditur animarum, quæ in purgatorio expiantur, ope à præsentissimo naufragij periculo aliquando creptus, cùm phaselum vectorum seu incuria, seu imperitia evertisset: id quod ab eo habeo, qui eius tunc naufragij, & phaseli octies euersi, ac restituti comes fuit, & nunc testis est luculentus.

### E. COLLEGIO AQUILANO.

**D**edre suum ceu tributum honorare hinc mortalia quæ quoque urbes, atque Collegia, malo latius undequaque porrecta. Aquilæ prima victimæ charitati cecidit P. *Ioannes Augustus Francus Neapolitanus* 38. annos natus, & in Socante annos duodeviginti aditâ 4. vota professus: in qua humaniora per annos 4. perdocuit, missiones exercuit sexennio, Indianum, quas expetebat, loco. Totus aptus natus videbatur ad genim, ad expeditiones, cultumque & Xauerij; quem ille Potamij in Calabria, & Adria apud Samnites egregijs exemplis prouexit. Creberimas intendentibus se tenetbris conciones celebrabat ad coetum virorum, cùm dies totos in templo Sacramentis administrandis daret. Inde illi lues, & uiros. Fuit vir demissionis eximia; atque licet maiora posset, ad rudes instruendos vlerò se se abiiciens. Authoritas illi supra etatem, non supra virtutem. Hinc ille ad expiandas totius vitæ noxas eligebat à plurimis; & magnum Xauerij nomen adeò istic extendit, vt certatim aurum, vestem pretiosam, & monilia, eius ad aram conferrent, cùmque in urbis patrum, vt in loco dicam, eligerent.

Altera victimæ charitatis fuit P. *Iannuarins Pisa Neapolitanus*, annorum undequadraginta, & iam 4. vota professus: Philosophiam triennio, Theologiam biennio, id est altero anno moralem, altero scholasticam docuerat; biennio item rexerat Collegium Aquilanum. Emicuit in hoc viro præcipuum erga paupertatem, ac pauperes propense studium voluntatis. Celebrioribus quibusque seu totius Ecclesiæ, seu Societatis festis, pauperes duodecim accersebat, mensâ

mensā lautiore tractandos. Parcius indulgebat fami suā ipse, quō plus pauperum vībus relinqueret. Seminudum nescio quem vidit; & occasione captatā sua sibi femoralia detracta donauit. Enixē connitebatur, ne quisquam eius opem implorans vacuus abiret, quin illius; vel illo adnitente alterius alicuius auxilio iuuaretur. Precandi ars ac exercitatio illē perpetua: & inde nixa Deo fiducia. Tectum templi totum corruerat: ausus est opus aggredi, vt omnia in integrum restitueret, aureis non plus quam quinquaginta instructus. Impensa increuēre ad aureorum sex millia, & quingentos. Quos ille omnes Dēo prouidenter omnia suggestenti adscripsit: at sexcentos potissimum aureos, quos supra eam, quam adnotārat suministrā reperit cū rationes recenseret, illos nescio vnde occulto quopiam modo sibi à Deo suppeditatos testatus. Nunquam autoritate suā est abusus, vt vllum subarroganter alloqueretur. Luculentissimis testibus, iisque compluribus, exploratum aiunt, eum iner sacrificandum diuinum passum; visumque non semel augusto quodam, & Angelico vultu in sublime elatum. Somnus illi durus, cū culcitram rarò ad quietem admitteret, rariū vestes exueret, nisi quando inclementer planè se vsque ad effusum sanguinem laniabat acerrimo yerberatu: id quod vt sibi licet, importunis precibus extorquebat. India illi erat in primis votis: tum consuetæ missiones: denique luc coortā nihil omisit, vt primus in arenam illam pro diuina gloria & animarum ope descendere. Id ubi licuit, quemadmodum alijs-omnes conciliatrices benevolentie artes adhibuit, vt ad omnium animos penetret, eoque pluribus ferociam animi excussit: sic nunc nullam, omisit industriam quā prodesset, domos vndique subinerans, ac per ipsas fenestrās se se penetrans ad eos quos morbus ille, profigārat. Sed & mortis suę fuisse non inconscium existimauere, cū se breuiabiturum dixerit, duobus potissimum, luculentius id, ac disertè significans. Est qui persancte, assuefranterque affirmet, P. Ianuarium vitā iam functū sibi post mortem adspectabilem adfuisse, vultu radijs glorioſo, & pileo aureo tectū; hortatoremque disertis verbis fuisse, vt ad diuina obsequia enixē prosequenda perseueranter incumberet, eoque se in concepto erga diuina studio confirmatum. Addunt alij, & probatæ fidei, ac oculati testes, anno ab eius

obitu euoluendo corpus eius integrum repertum, & incorrum-  
pum: cum tamen & locus in quo conditus iacebat vliginosus  
fuerit, & arca omnia consumpta. Virginitatis gloriam illi  
integralm constitisse haud ex vano opinio est. Hanc ille tantum  
modestissimi animi demissione ornauit, ut spiritualium rerum  
prefecto, & confessario non infrequenter sit questus quod  
ausus fuisset sinere, ut sacris iniciaretur, quam sancti ordinis  
maiestate te putabat omnino indignum.

Tertius occidit Petrus Lusserus Catacensis Coad. an-  
no et. 40. Soc. 13. qui Patribus Pise, ac Franco ad obitum,  
vsque assidus adfuit, atque utriusque cadaver composuit, &  
sepulture mandauit. Inde illum acrior ardor incessit, ut ex-  
tratis quoque quam posset charitatem pauaret, mortentibus  
ministraret, mortalia plausta duceres, mortuos sepeliret.  
Hac a Rectore flagitiantem coorta, quam ab agris illis Patri-  
bus hauserat, & necedum illa se proddiderat, contagio reper-  
tum prostrauit; nec plus illi spaci concessit, quam quaneum  
sufficeret anima ad itinera aeternitatis adornandæ. Cum ve-  
rò subuereretur, ne, vi morbi alienatus à mente, se in lecio  
nudaret, prouidenter anteuerit, seque vestibus induit, ante-  
quam expiraret.

### E COLLEGIO BARIENSI.

**P**rimus ut patriæ, ciuibusque labantibus, vel cum capi-  
tis periculo, subueniret se obtulit P. Joannes Thomas  
Fasqualinus ibidem anno ab hinc 68. natus, & illustri Equi-  
tum Melitenium Cruce cum Societate commutata, ad eam  
anno ab hinc 46. & in hac ad 4. vota admissus. Do-  
cuit institutiones Grammaticas per 6. annos. Ut ad gratiam  
diuinam receptum quererent assisti ciues, magnâ & dicendi  
vi egit, & exemplo, quando nudipes clauso ferè die quotidie  
ad concionem dixit, & diuinæ iræ auertendæ modos ostendit.  
Nudipes item per urbem concursans omni oves suble-  
uare contendit nullius metu periculi, charitatis instinctu ho-  
minem urgente, & nisi à maioribus prohiberetur plura factu-  
ro. Per ipsos quindecim annos, quibus iste versatus est ea-  
gesse, quæ operario inconfusibili pro amissu esse possint, ac norma-  
lē missiones, & institutionem rudium species, sive discipli-  
nam

nam, ardoremque domesticum. Totis illis annis quotiescumque nocte intempestâ xre campano auditu aliquem ad regni cœlusplam subsidium evocari audiret, primus ipse surgebat, ac Ianitore excitato, atque ad superiorē missio ad solum ac cersendum, ille interea se ad excendum componebat. Cibus illi parcus, & fere de analectis. Neapoli in Domos Professorum per ipsos annos 12. Christianæ Doctrinæ rudimenta parvulis tradidit. Sæpè sui demittendi studio hortum fodiebat, glebam versabat, & ad matronarum confessiones audiendas inde prodibat; illis quid egisset facile intelligentibus, & virtutem admiratis, cum eius manus terra tractare indicia præferentes conspicerent, quæ ille iebat se faceretur quam dij partem in se admittetet. Illud obliuione minimè obterendum, quod à Matio Vitellescho Neapolitanæ Pronincie olim Präposito in Societatem cooptatus, postea constantie partim retinens ab ea discessionem impetrari. Sed octavo post anno facti magnopere pœnitens, Romam ad eundem iam Präpositum Generalem, instar filij prodigi, supplex venerit, tandemque ut reciperetur, superatis non paucis quæ obstabaut, peruicerit, pedes Neapolim Româ redux ut se ad tolerantiam exercearet. Superbo quodam obrentu illum, ut pote domi nobilem, & locupletem, incessebat dæmon, ac pulchris maioris boni coloribus, & obiectamentis domesticis illi varia obiectabat, ut illum retro sublapsum referret: sed ille generoso pectoris candore Patri spirituali quicquid intra se ageretur, ut apernit, vicit. Vnde die B. Aloysij, voti sacramento constabiliuit, quod in perpetua & mentis & corporis puritate velit in Societate vitam degere; ac mortem obire: id quod fecit pulcherrimâ exundantis letitiae significazione, oculis quoque perpetuâ lachrymatum vi affluentissime diutissimè manantibus.

## E COLLEGIO BAROLITANO.

**O** Pima omnino victimâ heroicæ charitatis anno æt. 34. Soc. 18. fuit P. Franciscus Zuccaronius Aquilanus. Humanioribus per annos quatuor traditis reliqua illi vita in sacris tertiaz Probationis ad Benenentum expeditionibus fuit, quas obiit eâ fructus planè singularis vertute, quam ab

illo tot naturæ, gratiæque dotibus insignitè ornato, & meritò expectauit, & lata vidit Provincia vniuersa. E tertio anno Neapolim ne redire posset, intercessit malum pestilens itineribus interseptis. Huc ergò concessit: & voto concepto, si Barolitanos pestis incesseret, caput periculose apud ægros, at heroicæ, charitati juratus deuouit; idque cùm apud Rectorem obtinere non posset, plena nobilis flagrantia, ac voti sui iurati testes literas dedit ad eum, qui pro Præposito Provinciam tunc regebat in illa tristi tempestate Nauarchus. Vnde triginta dies illi obsequio impenderat, & 30. die, iam tè ad secessum pro inchôanda 40. dierum expiatione consueta recipere debebat, Superiorum iussu: cùm eo ipso die peste illigatus, intra biduum, festo S. Michaelis die consumptus est. SS. viaticum percepit genibus humi nixus ad portam cubiculi; ubi etiam à P. Rectore, & per hunc ab alijs, veniam supplex petiit, quicquid haec tenus deliquisset. Apulia, tota illum tanti fecit, ut certatim ad illum audiendum afflueret populus, vel eo nomine se felicem existimans, quod illum audisset. Ea de illo istic opinio percrebuerat, illum de illorum esse numero, quos priuæ planè note viros haberet Societas. Traenensis Magistratus Barolitanum Rectorem impensè precatus est, ut sibi hunc tantum virum vel semel videndi faceret potestatem: Barolitani quoque tam nobiles, quam ciuium primores frequentes aderant ad portam cubiculi, in quo decumbebat, deliberatione institutâ, ecquis esset modus illum in vita retinendi, quodcumque impendio. Vbi vitam functum intellectæ, par erat amori dolor, & lachrymæ, quæ tempore potius arescere sinendæ erant, quam importunis leuamentis abstergendæ. Quocirca illud quoque illis permisum, ut eâ formâ quâ pestiferis optulabatur eius effigiem, pictor perpetuæ gratorum ciuium memoriz commendaret. Magnam etiam de illo existimationem concepit Neapolis, & plura loca, in quibus non nisi semel forte fuerat diuersatus. Capax illi, & auditus Indianum non semel pertarum zelus: perspicax, facundum, sed sui despicientiæ mirificè addictum, ac velut iuratum illi virtuti ingenium, quod linguam nunquam in ullius mores licenter laxaret, omnelque amabilis comitatis leges religiosè, cumulatèque impleret.

## E COLLEGIO BENEVENTANO.

**A**Cerbum sui desiderium Beneuenti reliquit eiusdem ibi Collegij Rector *P. Ignatius Palma Nolanus* 4. vota professus: natus annos 35. in Soc. 20. ad quam aiunt cum sub inviti Patris in portæ aditu positi, & in sella tunc fortè quiescentis pedibus, Matre fauente & consciâ, erupisse. Quanto ingenio Philosophiam ibidem docuerat, tantâ prudentiâ, & charitate Collegium gubernabat, benignâ suauitate acceptus, nullâ vitâ, ac legum discrepantiâ, seuerusque inse sine villa comitatis in alios consuetæ disturbance. Illud sibi tamen potestatis usurpauit, ut primus epidemicis opitulaturus prodiret. Quo in munere ita rem gessit, ut vox publica diceret illum persanctè vixisse, ac persanctè etiam obiisse. Certè suavissima vel in paruulo innocentia, & maius atate ingenium, ac in scipsum per flagella asperitas elucebat, Philosophiâ ante Societatem initam ante xv. expletum ætatis annum laudatè defensâ. Pari apud eosdem exitu, ac laude occupuit ætatis anno 36. *P. Iosephus Lentulus Rheginus* 4-vota professus, & ibi tunc Philosophiæ Magister. Prouenctior atate, charitate, ac mortis felici exitu illi haud impat ibidem decepit *P. Franciscus Marenza Melphitenis Coad-Spiritualis*, annos natus 53. in Soc. 26. in qua insigni planè studio teneriorum animarum, & virtutis, ac literarum profectu Grammaticas disciplinas tradidit iuuentuti per annos facile 20. Accedit his *Christophorus Averianus Neapolit. Coad.* annos natus 52. in Soc. 30. vir laborum quorumuis exantlandorum cupidus inter paucos, & Rectoribus omnibus vnicè charus, Beneuentanis. verò ciuibus etiam sanctorum existimatione permagnus. Ut hospites fortè aduentantes commodius haberent, suum ille omnem lectuli apparatus illis dabat, assere nudo contentus. Cumminicebatur industrias charitatis; quas inter illa censeri potest, quâ, cùm id opportunum duceret, aquam herbis odoriferis percitate permixtam ad Patrum cubicula deportabat sub noctem, illos enixè precatus, ut pedes sibi lauari aquâ illâ paterentur, seque illo officij admissi obsequio dignarentur. Quartâ festâ consueto modo, sextâ verò pane tantum, & aquâ ieiunium tolerabat. Matri Deiparæ persanè quam: impensè colendie addictus,

addictus, quiequid per officij laboreis liceret illi dedicabat, visus à precibus vultu torus accendi. Multa in illo & nullius dolii suspicioi obnoxia simplicitas hæc omnia condiebat. Certe illi aliquando coram adfuisse spectabilem augustissimam Dei Matrem fama est constans. quâ de re rogatus ipse equa- litis fuisset ea quam vidisset Virgo Deipara, candore simplicissimo cum tilangustius quod diceret inueniret, Dea similem, apparuisse respondebat. Eadem simplicitate supreme horæ iam proximus, mori se virginem dixit.

### E COLLEGIO STABIENSI.

**P** Bartholomeus Rogatus 4. vota prof. in urbe, vbi antea annos amplius sexaginta natus fuerat, Rector Collegij post nauatam ægri pestifero, à quo accessebatur, operam̄ porrecto suo ad ægri oculum Crucifixo virulentum malum persensit, & dixit: si ob Crucifixum ægro porrectum est moriendum; nunc, age, moriamur. Nec irritâ id expectatione optauit. Desiderabat ille, sed non impetrabat, ut urbi seruire passim apud infectos posset; donec hac tandem occasione desiderij compos effectus est, anno Societatis initæ 43. in qua humaniores, Philosophicas, Theologicasque disciplinas docuerat, & Ecclesiastæ munus cuin laude obierat, typis quoque vario ingenio in lucem datis illustris.

### E COLLEGIO TEATINO.

**P** Franciscus de Nicolao Bitextinus anno æt. 33. Soc. 16 primus fuit, qui urbem lue mortuali contactam, ut adiuaret, gloriosam illam provinciam impertravit; & primus ac aliquamdiu solus, pro dignitate gessit; alijs postea quâ religiosis, quâ è clero Sacerdotibus eius exemplo permotis, & se illis in periculi, ac labiorum partem, ut venirent, offerentibus. Memorabilis potissimum fuit quinque iuuenium illius disciplinae educatorum virtus magnanimitatis planè masculæ dotes insigni. Quippe qui spontaneo, seu potius Dei stimulatoris impulsu, permoti, ad funebria illa difficultiore charitatis officia se se demiseré, magistro ut suo adhærescerent, eius uti documentis instructi sic in eiusdem exempla virtutem suam exaggeraturi. Et sunt adhuc duo suæ illi virtuti, socijs, magistro-

gistrōquē superstites: nam tres reliquos magna illa virtus  
āeterno, ut spes est, heroum loco immortaliter dedicavit.  
Sed Franciscus cū & pauperum egestati corrogatis luculentis auxilijs, & sanorum vtilitatibus, valido crebroque ad ferriam penitentiam hortamento; & morientium immortalitati, administratis accuratè omnibus Sacramentis, provideret, seque quām longissimè, ac latissimè posset, porrigeret; anticipacione, solertia, solicita concursatione, impigritate infatibili, nihil à se alienum esse putabat quicquid ad animorum, vel etiam corporum, commoda pertinere. Hinc aliquando per vrbicas plateas, instar mediaстini, vel baiuli conspectus est cubiculares ægrorum culcitrae humeris portare, sequens focum alijs ægros in sella gestantibus adiungere. nec unus æger illius manibus ad Nosocomium deportatus est sellæ gestatoria insidens, Francisco hinc, inde verò baiulo gestator, quopiam, manus gestationi adhibente. Tuit cū codem die bis ad duo millia passuum extra urbem, eqno obstinate non admisso, pedes profectus est, ut pugilantes Sacramentis instrueret. V. Rectori vero ne se usque adeò perditum, iret suggesteri; respondit: Non videri magnum quidpiam fieri, si passus aliquot fiant earum causā animarum, pro quibus Dei Filius totum sanguinem suum prodegerit. Et tamen nec domi sibi parēbat, corpus non modò cira blandicias habens, verum etiam hostiliter persecutus. Vnde illi tenues, atque attrita vites: at in illis animus exspectatus vim illis robustam, & viuidam suggerebat. Ab ijs quæ lenocinium quodpiam gñl faciunt, leuè abstinēbat: parabili verò cibo ita modice relæebatur, ut Superiorum authoritate debuerit admoneri, iuberiq; absistere, ne se penitus frangeret, inconsultā in se duritiā. Taceo voluntaria, & alia ex alijs illius palati supplicia. illud compertum est, paruula & acerba, quia immatura, poma aurea non semel ab illo comesta: que certè nemini edulia sunt, nisi qui sit exasperantis potius acerbitas quām humanæ esse cupidus esuritor. Sed longè magis exagerata illi contentio fuit in sui despicientia perpetnis artibus accessenda; quodque mirere magis ac laudes, hęc illi citram intermissionem se se afflictandi, & abiiciendi ratio fuit perpetua iam inde à primo in Societatem ingressu usque ad vitę finem: cū semper sui similis, nulli vel flagrantissimo tironi

tironi cederet in summa disciplinę obseruantia, orandi cupiditate, modestię castigatione , summo studio se se intra se scitē abdendi : qui excelsę de illo existimationis rumor non heri natus fuit ; verūm perpetuus . Vnde cùm Theologicis tunc disciplinis intentus Neapoli morti proximus crederetur , fuēre permulti, qui apud Collegij Rectorē, enīxē conteadent, vt eius effigiem perito penicillo depingi curaret ad memoriam tam rarę, ac h̄c faciliū in imitationem transiturę virtutis : id enim certē mores tam perseveranter accuratos lūculenter commeruisse . Ingenij habilitates parciūs, cùm tam men ijs egregiē p̄staret, explicuit . Ea, quam narramus, heroicę charitatis occasio illum Teatino in Collegio Philosophicas disciplinas cum laude ingenij explicantem inuenit, arripuit, & intra duodeuigesimum diem p̄cipiti certē , acerbā , & haud leuiter deploratā morte confecit : cùm quinque pestiferis v̄lceribus dīcē cruciatus , illud identidem repeteret se exercefaciens ad ferendum : Age, age laboremus, & patiamur aliquid p̄o paradiſo . Exequiē illi ab vrbe tantę virtutis admiratricē biduo post in templo principe, sonantibus omnium templorum campanis, magno & impendio, & affuentiā populi celebratæ .

Teatinò etiam Collegio debebatur, & è Barolitano illuc proficiseebatur destinatus istuc Rector' P. Iosephus Tipoldus Vallisnouensis 4. in Soc. vota professus, cùm itinera intercep̄ta illum in patriam vt prosicisceretur coēgēre . Iam in vita 45. in Soc. 29. annos egerat Philosophiam, & conscientię casus docuerat, Rectorē triennio egerat; Baroli p̄æclaros ex animarum quæstu fructus retulerat; idemque in patria meditabatur: sed id illi diu non licuit . Nam coortum & iſtic funestum luis incendium stragem ingentem edidit, & Iosephum pro patria totius viribus , magnā insignis apud omnes exempli gloriā laborantem, & amatum velut à Deo tunc datum Apostolum, honoratā morte ad immortales transiñit . Illud de illo memorandum, & plurium admiratione laudatum est, quod memoria illi tam capax fuerit, ac retinens acceptorum, vt instar dīfibitorij vel thesauri, quamdemum cinq; in rem incideret, aut rogaretur, confertim eruditā quęq; atq; recondita, felici extemporalitate afferret; appositè, ac eruditè suppeditatis ea de re quā philologicis delicijs, quā Scripturæ, ac Patrum dictis .

Postremò, eorum, quorum album hic edo, Coadiutorum una fuit laudatio, quod essent magnam laudem à charitate commeriti: quippe qui voluntariâ vitæ quoque impensæ liberalitate nostris funestâ illâ tabe afflatis, promptis obsequijs, officia sua nauauerint, exemplo magno, & animas pro fratribus posuerint; germanè testati, quam multa possit charitas cum valde vult. Hi fuere

*Augustinus Viens* anno æt. 33. Soc. 10.

*Carolus Ant. Valens* anno æt. 66. Soc. 40.

*Didacus Burazzanus* æt. 42. Soc. 25.

*Dominicus Coppola* æt. 39. Soc. 20.

*Donatus Carpinterius* æt. 46. Soc. 24.

*Franciscus Sanignonis* æt. 39. Soc. 16.

*Ludovicus Mazziotta* æt. 35. Soc. 20.

*Nicolaus Ligorius* æt. 30. Soc. 11.

*Petrus Comardella* æt. 33. Soc. 6.

*Sebastianus Melonus* æt. 43. Soc. 22.

*Thomas Solazzius* æt. 39. Soc. 19.

*Vincentius Aversanus* æt. 64. Soc. 43.

*Jacobus* verò *Cadi Gallus* nobili natu, qui post nauara

Ludouico XIII. Regi Christianissimo in aula obsequia, diuinæ se aulæ addixit in Societate Iesu, eiusdem Societatis moribus, & exemplis in Prouincia Neapolitana vixit spectabili commendatae probitatis, & ad exemplum omnium idoneæ virtutis documento: ratus ita decere, ut quemadmodum in aula aulicis moribus viuitur: ita in religione, religiosa, ac cœlestis aulæ moribus consentanea viuendi ratio teneatur. Eam ille vitam morte Herorum nobili honoratè conclusit.

Hæc sunt Herorum Neapolitanorum, & victimarum, charitatis nomina, digna per mortem sic obitam memoriam posteriorum; quæ viuent, ut spes est, in æternum in libro vita. Horum certè in aceruo tam nobili, tam luculentio Herorum trophyæ si videas, corumque quæ attatem annis grauem, quæ gesta in Societate munia, quæ præclaras à virtute, ab ingenio, ab authoritate habilitates expendas; illud facile, ac verè vniuersæ Neapolitanæ Societatis Prouinciae dixeris quod Abbas Silvester Maurolicus (in Oceano Religionum) refert à Ioanne de Vega Prorege Siciliæ dictum ad Hieronymum Domeneccum de primis è Societate Patribus istic

visis, ac è pulpito cathédràque auditis: *Deus bone!* (aiebat  
 Prorex) ecquod hoc Herorum sublimum, & admirabilium genus  
 est, quod nobis adduxisti? Certè mense Augusto huius anni  
 illustrissimum Deputatorum salutis publice Neapoli Collegium  
 ad Gosyvlinum Nickel Societatis vniuersæ Präpositum am-  
 plissimas gratiæ animi testes literas dedit, quibus ipsi Deputati  
 subscrysere, verbis perquam appositis contestati, se obliga-  
 tione teneri ad gratias referendas pro ijs adiumentis, quæ in  
 publica illa yrbis calamitate à Societatis Patribus, illius filijs,  
 acceperint. Promptissimam Patrum nauitatem in occasione  
 qualibet se luculenter expertos tam in limodochio, quam in  
 diligentia per vrbum, ac infestas domos circuitione ad opitul-  
 landum ijs, qui pestifero illo malo languebant. Ac eorum  
 Patrum multos ad remunerationem in Paradíum à Deo eu-  
 catos esse in sancto illo exercitio charitatis: id quod tametsi  
 & Societati, & vrbi damno fuerit, spe tamen optimâ se duci  
 aiebant, fore, vt Deus illis idoneos etiam deinceps suggesterat  
 qui ardentibus eorum vestigijs flagranter insistant. In vrbe  
 certè Neapolitanâ vniuersa viuam eius rei memoriam proui-  
 cituram, & perstituram, cum obligationis perpetuæ authora-  
 mento, quam hisce ipsis literis faterentur, &c. Demus nunc eam  
 epistolam quam Julius Spinola Sedis Apostolicæ Neapoli  
 Nuncius 4. Sept. huius anni 1656. Italicè dedit ad eundem Prä-  
 positum Generalem: *Quemadmodum, inquit ille, animo concepi  
 semper, quod unum è maioribus magisque conspicuis, qua habet  
 Dei Ecclesia, ornamenstis sit Societas I B S V; ita infinitè sumi gau-  
 sus, cùm undique personare audirem aplausus, quibus est celebra-  
 ta, quod in hisce, quas hac urbs perpessa est, calamitatibus operam  
 suam planè singularem, ac præcellentem exhibuerit in exercitatio-  
 ne facinorum vere, ac flagrantissime charitatis. Superstedeo  
 alijs adscribendis, quæ istic laude alios supergressâ testatur sin-  
 gularis magni illius Præsulis erga Societatem propensio, &  
 elegans calamus egregiæ erga nos voluntatis interpres. Nam  
 ea tametsi autoritatem habeant à manu illâ, calamoque pro-  
 fecta; cùm tamen tanta sint, vt ea per modestiam referre no-  
 bis nō liceat, malim nos eam eius laudem potius mereri quâd  
 scribere: cùm probè meminerim Sancti Proautoris nostri Ignatii  
 calamo, in ipso Examinis ingressu, & demum in Constitutio-  
 num procœdia Societatem dici minimam congregacionem, mini-.*

maris Societatem Iesu. Ibidem Sancti Xauerij cum Immaculata Deiparæ Conceptione, ac SS. Ianuario atque Rosalia super vrbis portas depicti celebris est, & quod magis publica, eò gloriosior Deo, Virginai, Sanctis testificatio publicæ voluntatis.

Lubet his adiungere impressum hinc Romæ typis Apostolicæ Cameræ decretum anno 1657. 15. Sept. in hac verba: *Sacerorum Rituum Congregatio p̄ijs Neapolitana Civitatis precibus benignè inclinata, electionem S. Francisci Xauery Confessoris in Patronum Civitatis habitam approbavit, de eodemque Sancto, tanquam de Patrono minus principali officiam, & missam celebrari posse ad prescriptum Rubricarum facultatem attribuit. Idem Civitati Aquilane concessum. Hæc Neapoli, & in Collegijs eius Provinciæ, de quibus annuè loquuntur uberiori. Ego pauca hæc dedi, tanquam ei de quo agimus argumento, ac heroibus tot, & charitatis victimis illigata. Nunc Neapoli Romam uti pestis appulsa est, ita nostra etiam proficisciunt narratio.*

### IN ROMANA PROVINCIA.

**E** Collegio Tiburtino 2. Octobris lñ pagó la Scarpa fidelis, & experrectæ plenus industria apud ægros peste iictos ministrator vitam cum immortalitate commutauit

P. Iosephus Tomeus Tiburtinus, natus anno 1617. 11. Aug. Societatem anno 1634. 2. Iulij; & 8. Sept. anni 1652. Coadiutoris Spiritualis in illa gradum indepetus. Super hunc ceciderat felix illa sors, quam istic Patres duxere, certi singuli tanto discrimini se offerre; successoresque futuri, si mors primum eriperet, ac necessitas porrò vrgeret. Primum Cardinali Sanctacrucio Episcopo Tiburtino oblatum P. Iosephi nomen, quod ipse Pater iam alias Mutio Vitellescho Präposito Generali ad Indicas missiones promptus obtulerat. Abiit ergò alacritate generosâ, obedientiæ, & charitatis ductu, ad locum victimæ Iosephus; & in ea in qua diuerdit domo incommoda non pauca modestissimè tolerauit. Tres ferè hebdomadas tenuit labor multifariam utilis in plurimos: cùm præter illum nemo istic esset Sacerdos aliis, qui Sacra menta incolis ministaret. Ille sacrificio diuino operabatur, ille popu-

lum ad pœnitentiam excitabat: id quod abundè faciebat ipse etiam pestis, luculenta, & facunda hortatrix. Ille ostiati pagum, concursans, necessaria egentibus vitæ subsidia ministrabat; sed Sacramentis ante omnia ministrandis intentus: ita ut omnium in se oculos, amorem, admirationemque raperet exempli tam nobilis pulchritudo. Quo maius etiam sui desiderium, laudemque post se reliquit, quando accuratiùs cuipiam exomologesi accipiende intentus, peste, ac breui post morte, sed Sacramentis à vicino Sacerdote accessito expiatus, correptus, non in consuetam pestiferorum fossam, verùm ad templum, per honorifico ritu, & omnium dolore clatus est, populo eum lachrymis prosecuto. Iussit Præpositus Generalis nostram operam eo in discrimine haudquam deesse; ac si primum eo in opere vitâ defungi contingere, alium è Patribus in eam charitatis extrema arenam descendere. Quocirca mox alius ad Cardinalem adjit, operam illi suam, & vitam in præclarum periculum vtrq; ac spora obijciens: quæ res & Cardinalis, & Marchionis eius Patris, & aliorum linguis ad S. P. Ignatij, ac Societatis laudes tenerè incitauit. Neque citra suæs lachrymas res acta er.

## ROMANA VICTIMÆ CHARITATIS

**D**enique nec almæ Vrbi pepercit lues. Non defuere, qui dicerent; primam eius mali sementem, ac rudimentum, fuisse ex annulo sericeis filis illigato: quem Neapoli sibi missum, & ynâ cum illo pestem, accepit Transiberinus miles quispiam, primus istic peste interiectus; alijs è domo illâ, rûm passim atijs, virus, necemque à mutua consortione, seu supellecillis contactu, sensim trahentibus; & per occutas primum, ac raras scintillas clam gliscente, demum in stragem, publicam erumpente, ac denique in citeriore quoque vrbis partem transcunite incendio; quicquid eminentissima quæque nomina, impigitate omnium admiratione laudata, nec impensis parcerent, nec industria, nec labori: de quo annus proximus dabit plura. Collegium Romanum 23. Iunij auctoritate publicâ silentium scholis imposuit: & cum in tanta inuentute lues, num domi nata, num ab incautis illata incertum, satis prohibeti non posset quin latius se se porrigeret, duos

duos è Coadiutorum albo extinxit, fecitque dohnesticas victimas charitati domestico peste tactorum Nosocomio ab alijs abiuncto impensæ. Hi fuere *Matthæus le Front Gallobelga*, anno 1628. 30. Martij natus; & 1. Febr. 1649. adscriptus in numerum Sociorum. Sed breui delendus, cùm iuuenili quadam animi inconstantia id ipse optaret: nisi melioribus consilijs obsecutus, infractam mentem egregiâ religiosi animi destinatione huic operæ addixisset; sèpè pro eorum, qui lues contacti laborant salute se, suumque caput Deo offerre auditus; idque 7. Nouembbris præclarè adeptus. Cecidit etiam die post hunc proximo insigne perquisitæ, ac firme luculentæ que pietatis exemplum *Benedictus Bernardini Coadiutor* ad. 8. Nov. omnes instituti nostri, ac particulatim ad eius conditionis leges à virtute factus. Natus erat apud Amaticenses anno 1605. 21. Martij: & cùm venalibus lactucis per Utbem circumferendis vitam vtcunque sustentaret, anno 1628. 17. Ian. Societatem imperauit, nunquam vnde, & quò, vel ad quid venisset oblitus; horumque sc probè meminisse, insigni demissione, ac erga omnes reverentiâ, laboris appetentiâ, promptis & expeditis ad imperata manibus abunde testatus. Integra illi semper, vt ipse suæ conscientiæ arbitrio citra ullam fuci suspicionem testatus est, fuit virginitatis integritas, & in Societate conscientia ab omni (qua quidem sponte ac plenâ voluntatis culpam aduertentis destinatione committitur) etiam venialis culpæ nemo immunis: adeò vt è vitæ anteactæ peccatis repetendum illi fuerit quidpiam, quò aliquid ad exomologesim afferret quod expiationi sufficeret. Voluntaria, qua corpori suum in modum irrogabat, supplicia vires illi exhausterant, colorem ademerant, valetudinem propè perfundederant; ducto inde, vt aiunt, initio, quòd cùm se tentari aliquando persensisset, adeò acriter in se intoleranterque sauerit, vt incerta illi deinceps, & caduca valetudo vix par esse potuerit ijs cruciatibus quibus se inclementer infestabatur, flagellis se se prolixè verberans, cilicijs, ferreisque catenis onerans, fesso corpusculo somni vix aliquid, cibi perparum, indulgens; & non raro hyeme aspera per noctem tempestam se frigidæ aquæ immergens. Illud fortasse admirabilitate non vacat, quòd Mutius Vitelleschus Præp. Generalis, yit aliâs minimè seueri ingenij, ac longâ supremæ regionis

ctionis arte insignis, Præposito Provinciali petenti, ut Benedictum, Præpositi Generalis permisso se vti affirmantem, ed-  
 que se atrocitate miserabili conficiencem, iuberet absistere,  
 aut certè modum illi iuberet imponi; responderit: Suo illum  
 ardori permittendū esse; ac instinctui quo ageretur obsequen-  
 dum. Nulla illi amica laborum remissio: nec alia ad vineam,  
 vt vocant, seu hortum illum pelliciendi ratio facilior, quām  
 dicere; futurum, vt alijs animum relaxantibus maiores ipse  
 foris, quām domi labores excipere cogeretur. Nec videba-  
 tur exhausiendilaboris aliam nosse mensuram, quām non prius  
 labore, quām vitâ perfungi. Si quando prodeambulandum  
 esset, socrusque annueret, ad ægrotorum Nosocomium concede-  
 bat, manu promptus, & verbis ad leuamentum ægrorum;  
 eam sibi quietem esse ratus longè dulcissimam: eius nempe  
 causas mutuatus à rationibus æternis; & suo velificatus genio,  
 æternaque fortuna, atque prensandis laboris, & charitatis oc-  
 casionibus sine cessatione imminens, nunquam in his obni-  
 tente ad quamcunq[ue] Superioris vocem ingenio, quod ne  
 paululum quidem requietis, nisi maiorum iussu, admitteret.  
 Orabat apparatusissimo animi cultu, corporisque modestiâ, per-  
 petuo quodam tenore diuinis meditandis toto animo adhæ-  
 rescens: &, quod forte in homine tali mirere, ab illis etiam  
 orandi delicijs obsequentissimo animo se auelli passus, cùm  
 voce obedientiæ aliò destinaretur. In studio parendi, nun-  
 quam dulcius totas ad obsequendum habendas laxabat animo,  
 quām cùm difficultia forte imperata occurserent. Toti dies  
 festi yna illi erant oratio; & nascentis Christi tota nox perui-  
 gil perpetuis madens delicijs in animo puro, & mente sim-  
 pli, cōque aptâ alenda illius noctis luci, atque scintillis.  
 Loquentis verba, vbi eius habitaret animus indicabant. Sed  
 & orantis, ac diuino sacrificio, Christoque istic præsenti se-  
 sistentis crebrè, at peccata in exomologesi fatentis ferè con-  
 tinuè, suè lachrymæ fluentes ab vertute domus Dei: vt è  
 fronde colligere, atque argumentari prouum fuerit, quid &  
 quantum in recessu latuerit. Asseneranter mihi de illo affir-  
 mavit is, qui in Collegio Romano illi præfuit Rector triennio;  
 Benedictum nihil aliud formidasse, nisi viuere; nil optasse  
 impensiūs, quām mori. Erga diuinam Matrem erat religione  
 fiduciâque insigni. Scholarum impluvium, & peristylium,  
 adeoque

ad eoque gymnasij totius imus ordo in valerudinariū datus erat peste contactis nostris. Ibidem superiore parte locus datus illis egris, quorum morbo suberat aliqua pestis contracte suspicio. Ibi P. Lidanus Colonellus Collegij Pater Spirituālis ad sacra mysteria dispensanda versabatur, mox & ipse febrium ardentium vi lecto affixus. Huic, vti alijs (etiam ijs quos pestis affixarat,) omnem in obsequijs nauabat diligentiam Benedictus: eidem perspècte dictitans fore, vt ea illum, egrimonia minimè de viuis auferret. Aiebatque id adeò asseueranter, & eo tempore, quo id affirmare parùm securum videbatur; vt id eum animo præcepisse sit visum, cùm diceret: sperare se suas pro illius incoluntate fusas ad Virginem Matrem preces hand irritas cecidisse. Impetrasse ostendit euentus, Lidano etiamnum superstite, atque incoluni. Diuini Sacramenti multò religiosissimè studiosus, cùm illud viseret flagrabat animo. Et cùm lues iam suborta Romę increaseret, vesperi ad salutandum diuinum illud mysterium se in templo attente composuit, & plus quam vnius horę spatio persistit, sui vix compos. Affirmatè dixit postea confessario suo, videri sibi se tunc extra se positum fuisse, singulari quodam, & lumine, & desiderio inflammatum ad sui contemplationem, & ad vitam ponendam in obsequio charitatis apud eos, quos pestilens egritudo corriperet. Impetravit id ille postea; & persanctè omnes eius muneris partes ad amissim expleuit, optatò eā, & charitate, & morte perfunctus 8. Nouembris: vir cuius diuitię, arcta paupertas; delicię, perpetua afflictatio; vita omnis fuit oratio, labor, ac profunda seque semper infra omnes ad omne onus obedienter, audièque abiiciens demissio. Nunc prēmium, vt optimè speramus, illius, & horum omnium, est mortis heroicæ fructus, id est, ea ad quā nos hi Herqes expectant caelestium regnum voluptas, vt loquitur S. Cyprianus de mortalitate, sine timore moriendi, & cum asernitate vivendi.

## LITHVANIA. POLONIA.

**T**res Patres, adiutorem vnum in Lithuania nobili lucro amissimus. Varlauię Andream Krzyzcevuski 3. Sept. & 4. Octobris P. Thomam Steinberger, patientiè intel egritudinis.

dinis incommoda inuictę laude præstantem ; exemplo item , ac fructu permagno cùm aliās , tum in castris versatum .

Plocię 15. Oct. P. Albertum Kaczinski in Masouia natum ante annos 40. & aliquot : & anno 1652. 4. vota professum ; ad conciones , ad sacras operas , & ad Oeconomiam quoque idoneum . Tum 14. Nou. P. Albertum Peplonski altero çitate paulò maiorem , anno 1651. 4. vota professis adiunctum , ac per annos plures concessionatorem : virum tam domesticâ simplicitate amatum , quām quēstuoſo animarum studio peruali- dum . In Polonia verò . P. Gregorium Dylewicz Roxolanum , Nieszczuię 15. Dec. extinctum ; Coadiutorem formatum , nauum Operarium , & concessionatorem . Hi omnes quām maximā poterant charitate animam ipsam dedere dilectioni , ac thesauris eternitatis : Nam , Tertulliano id perhènē affirmante , *dilectio summum fidei Sacramentum , Christiani nominis thesaurus est.* Hęc hoc anno à S. P. Ignatij. morte centesimo .

*Libro de  
pacientia  
c. 10 pag.  
dij.*

### ANNVS MDCLVII. SOCIETATIS CXVII.

#### ROMANA PESTIS.

Ferd. III<sup>is</sup>  
Imp.  
Vicenza  
obiit 20  
Aprilis  
De ani-  
ma c. 57.

**H**abebit funestam in fastis Europę memoriam etiam hic annus 1657. cùm à Cęsarī morte , tum à tristi mortalium aliorum strage Romę , Genuę , in Lithuania , atque Antuerpię . *Celtas apud virorum fortium busta abnoctare dixit Tertullianus: nos perluctuosa, sed heroicę Herōum charitatis funera vigiles contemplerūtur, librumque claudamus .*

Trahebatur adhuc Romę funesta illa continuatio , serie que funerum anno superiore cœpta ; licet illi lui arcendę nec preces , ac sacrificia omittentur , nec decesset Alexandri VII. optimi , maximique Pontificis follicita , & immortaliter benefica in omnes liberalitas , nec alię à Mario , Flauioque Chisijs , altero Pontificis summi germano , altero germani filio & S. R. Ecclesię Card. alijsque ad id destinatis Eminentissimi Collegij Patribus , ac Pręlatis vrbicę sanitati Pręfectis industrie , atque consilia quotidiano in senaculo sapienter inuenta , typisque vulgata : digna certè quę per omnem latę orbem porrecta vrbes alias , ac populos doceant quid in calamitate publica seu possit , seu debeat præsente sibi semper animo pius ,

pius, & publicis rationibus prospiciens Princeps. Sunt qui duodecim capitum millia, sunt qui plura censeant cecidisse. qui numerus cū Neapolitana clade collatus haud magnus est; at magnus certè, si tam exaggerata, quæ contra contagionem ynde-  
quaque Romæ adhibebatur accuratio, & sumptuosa, particula-  
timque attenta in singulas vrbis partes ybiue industria ex-  
pendatur. Vncialibus literis chartæ impressa, portisque  
affixa SANITAS domos illas lue vel contactas esse, vel  
suspectas nunciabat, ijs qui clausi ab aliorum consortione  
arcebantur, & subsidio indigebant, ære publico subleuatis:  
vti & ijs, quos infectorum, vel quos suspectorum, aut conua-  
lescentium, aut denique iam sanorum, sed ad 40. dierum in-  
tercapedinem publico adhuc carentium, valetudinaria susten-  
tabant. Domus Professæ Romæ Patres vnâ omnes in do-  
mestico Deiparæ Virginis sacello, velut in destinato ad id  
senaculo, deliberationem inlere: ecquid in præfenti rerum  
periculo esset consilij capendum; vt nec animarum auxilio  
deessemus, nec tamen contagione foris fortè haustâ eandem  
alius ab alio traheremus. At præter secretum ab extrarijs  
Sacerdotibus sacrificalem apparatum, & membranam in sacrâ  
poenitentia sed affixam, ad prohibendum halitum confie-  
tum ne ad audientem transiret, paucaque alia, vix aliquid  
factum, quod magnoperè debeat memorari. Vnâ omnium  
consensione in eam itum sententiam est, vt in S. P. Nostrâ  
Ignati honorem certa destinarentur officia pietatis voti Sa-  
cramento firmata. Conceptum ergo, & publico Præpositi  
Generalis, ac Domus Professorum nomine ad S. P. Ignati  
sepulcrum, clausis templi portis, nobis circa Sancti aram  
fusis, lectum est votum 30. Iunij anni 1656. Et cum pericu-  
lum iterum recrudescere videretur, hoc anno 1657. 15. Iunij  
rito codem, ac ferè verbis instauratum est. Voto promisso-  
rum summa, in oratione & quotidianâ, ac variâ corporis af-  
flictatione vertebatur. Nam singula particulatin execui su-  
peruacaneum censeo. In gratiarum verò redditionem mille  
sacra promissa pro purgatorijs animabus quorum quingenta  
de SSS. Trinitate, reliqua 500. de S. P. Ignatio, partite  
in Patres distributa; coronis totidem, atque synaxi millies  
adeundâ Coadiutoribus assignata. Voto nos potitos, nemini-  
ne de ijs qui domi nostræ habitabant peste isto, ea quæ voti,

ac beneficij tessera ad Sancti aram pendet insignis tabula, luculenta est testis: & publica omnium ordinum admiratio Ignatij miraculo deberi affirmat seruata omniꝝ incolumitatem; cùm templum semper, auresque nostræ cuius patet ad poenitentia Sacramentum, & S. Synaxis omnibus potrigeretur qui certè frequentes accedebant, templis plerisque ferè clausis haud semel autoritate publicâ, ob malum istuc se exerens; & Sacerdotes extratij vnde vnde ab urbe aduentantes nostro sacrificali apparatu, & ijsdem nobiscum aris vterentur; & cùm nostri aliquot ad ægros prodierint nil periculi suspiciati, eosque confitentes audierint, iterumque inuiserint, quos tamen ferò tandem quid morbi habuerint ostendit mors breui consecuta, malum in alios ab ijs propagatum, & SANITAS portis affixa, quæ fuit tessera domus eo malo, vel eius mali suspicione, laborantis. Fuerit illa siue prudens quorundam charitas, siue minus; nos certè præsentissimam in Ignatio verè Patre nostro sensimus diuinæ prouidentiæ, ac beneficentiæ granditatem. Dedit verò Societas in eorum qui pestiferâ illâ & grotatione languebant adiumentum, quatuor Patres, Coadiutores duos; oblatis à Præposito Generali Summo Pontifici tot alijs, quot vellet è nostris domicilijs in publicum illud subsidium animorum nostra accersere, quam enixè flagitantes admittere. Primi è nostris tres prodiere: duo è Domo Professorum, P. Camillus Anticius è Rômana Provincia cum Coadiutore uno; è Collegio autem Romano P. Thomas Buscemius è Sicilia. His duobus Patribus præ itinerum per urbem, ac laborum exantlatorum magnitudine pestifero alcere contactis, & longâ hebdomadarum plurium patientiâ lesto affixis, nec semel ad extrema deductis, Coadiutor fideli accurennione seruauit: & in corudem, ac urbicorum ægrorum subsidium tertius è Professorum Domo promptus euolauit P. Alphonsus Petra è Veneta Provincia; tum quartus cum alio Coadiutorie de eadem Domo accessit P. Andreas Bilotta è Provincia Neapolitana. Horum deinde humeris labor incubuit: sed priore mitior, pluribus aliarum quoque religiosarum familiarum Patribus eadem in laboris, & gloriæ parte, strenuâ planè assiduitate, versatis. Nostri quinque, qui eam in aciem charitatis exierant, postremu sunt reuersi. Utique Coadiutori pepercit moibus.

morbus. Patrum postremus hic nullo malo tentatus Domum reuersus est; euentu illi omni feliciter respondente quod aliqui duxerant è verbis Præpositi Generalis illi potestatem, (quam se in periculum publicum coniisciendi percebat) dantis, atque addentis; Iturum, & incolumem redditum. Vnus ergò Patrum incolumis persistit, duo pessimerā lue prostrati, sed post longos cruciatus ita restituti, ut Camillus etiam redierit ad obsequia infirmorum; altero sub longis morbi reliquijs defecas vires à debilitatione tam magna recipere, haud valente, eoque à labore quem porto, quā licet, prosequebatur, quieti restituto. Vnicus ex hisce quinqueuiris desideratus est.

P. Alphonsus Petra Ex illustri Papiensium Comitum Petrarum Domo, anno 1618. 20. Octobris natus, & primogenitus. Adolescentiam inter studia literarum non unā de leipo, eaque insigni, relatā victoriā laudat̄ agebat, cūm altiore insinatu, supra spes humanas elatus, animum ad Societatem incedam adiecit, eamque anniversario suo natali die, anno 1635. ingressus, in ea totum Philosophiæ Theologique curriculū confecit. Grammatica quoque tradenda quinque annos impendit: in sacris missionum crebatum expeditionibus magnā fructuosorum laborum, & patientiā laude versatus, semperque desiderio tōto ad Indos portatus; quo etiam nomine, Romæ Præposito Generali opportūne importunus esse nondesist. Anno 1652. 8. Sept. in formatorum Spiritualium Coadjutorum numerum relatus, id verò semper sibi fuisse in votis disertè affirmauit. Proculis in Indiam sibi aditus vbi aduerit, consentaneam heroico suo desiderio materiam reperit; & se ad domestica decora pari virtute accinxit, cūm suo illo calore prouelius, exaggeratis predibus & Præposito Generali tandem in Romana peste obtinuit. 29. Octobris anno 1656. vt socijs, ac alijs laborantibus suspectias ire posset. Duos ferè menses ea in exercitatione posuit, à nostris ditibus Patribus, quibus Sacramenta in peste ministravit, & ab extrarijs insigniē celebratus; perpetuo alios iunandi, & in opere tam nobili mortem obeundi desiderio flagrans. Cū domi alias, tum verò in ea domo vbi nostri ad sancta agrotantia obsequia destinati diuersabantur, aiunt illum in se flagris quotidie vesperi actiter, ac pœdia, scuujisse; & incredibile ad

S. Pauli, ut aiebat (quod efferebantur cadavera peste cadentium) eundi desiderium se plus verbis flagrantioribus cōmonstrasse: quod vel maximè fecit quando 30. Decembris anni 1656. malo afflatus, mortis notas ostendit; cum & anthrax geminus, & bubo, febrisque ardenter mortem proximam nunciarent. Nouaculae vulnera, ignem non vni corporis parti inclementer admotum fronte tulit adeò religiosè composita & exporrecta, ut curarit ne indicium quidem doloris ullum edere; iaculatorijs quas vocamus precibus breuiter flagranteque vibrantis assidue intentus, & gratias agens Deo pro ea sibi patienti occasione concessa. Tertiā Ianuarij anni 1657. Sacramentis iam undeaque munitus, vestibus suis ipse se induit, suauissimis tenerrimisque verbis letitiam suam, & mortis desiderium contestatus, ac S. P. Ignatium in ea qua coram illo pendebat imagine (in qua & S. Xauerius, alijque de Societate cælitæ expressi sunt) sepius allocutus. Quartā Ianuarij nocte, absente interea socio, se se è lecto collegit; & coram S. P. Ignatij, ac sociorum imagine venerabundus, & supplex, manibus lecto nixus, ac velut in genua se demittens repertus est felici iam & sèpè ardenterque optata morte. immortalati (vt spes est) transcriptus. Eodem die funesto curru ad S. Pauli campum, quem adeò desiderarat, euenitus est, & humatus. Adfuere cùm à P. Camillo Sacramentis instrueretur etiam alij religiosi duo, qui se infectorum obsequijs promptâ voluntate addixerant. Et quidem R.P.D.Benedictus ex Ord. Cælestinorum spectatæ virtutis vir, & in eadem periculi gloriæque palestra socius, egregiam de P. Alphonsi virtute opinionem verbis quoque testatus est, ac in illo Patrum secessu, facelloque domestico pro eiusdem anima sacrificio mortaliter operatus. Denique P. Alphonso Petra optato planè venit præclara illamors; & ijs qui ergo adfuere locis nobilia in illo solidæ virtutis exempla ostendit: fasso etiam eo, à quo ei mysteria sunt ministrata, se, cùm hæc de illo ad nos perscriberet arcana quædam, & magnâ voluptate perfusum. Imagini Beatissimæ Virginis votum inscripsit, è quo hæc decerpo ad verbum: *Tibi IESU Deo meo, sibi Mariæ semper Virginis MARIÆ offero hanc animam, hanc vitam, hoc fætidum, resumque corpus meum, ob amorem amoris tui, IESU, quo pro memori amansisti; in unione meritorum IESU, S. MARIAE, S. P. Ignatij, Xauerij,*

*Iudephon-*

**I**ldephonſi, & omnini Sanctorum, & in obsequium peſte infectorum, & ad animarum ſalutem aeternam &c. Moriā mihi, & mundo, ut tibi ſolum in aeternū viuam, cui creatus sum. Amen. Ita ſcripſit, ita vixit P. Alphonsus; de quo ex vero dixerim; quodq; qnemadmodum ipſe de nullo male, ita nullus de illo non bene vnquam loqui auditus eſt. Is qui eius in Philosophia & Theologia Magiſter fuit, affirmat, ſe in illo, quantumuiſ accurate ad id aduerterit, nihil vnquam deprehendifſe legibus noſtris aduersum: diuini amoris ſtudio excelluiſſe; denique excelſo ani- mo reſpectu humanos omnes, eorumque turbamenta omnia contemplatione illorum pulcherrimā ſupgressum.

### PESTIS GENVENSIS.

**G**enua, (quam Statiā alij, alij Ianuam dixerē) ſinus Ligurī ſtici emporium, Liguriaeque Metropolis, Republicā, & pluribus victorijs, opibus, viris, ac Laterna turri, ceter Pharo Agyptus, ad eos qui in tenebris nauigant dirigendos, inclyta, Societatem anno 1553. accitam liberaliter fouit, fouetque. Hanc urbem hoc anno 1657. atrox plane, ac maximo plurium millium capitum occaſu luctuosa lues propè ſepeliffet, niſi diuina bonitas intercessiſſet. Noſtri omaino triginta extinti; quo ē numero tres in obsequio charitatis heroēs ac viſtimæ: nam quartuſ eadem in arena praeclarē ſatagentem, iamq; pefiſerā xgritudine ſauciū Deus S.P.Ignatij patrocinio exoratus, ope- rato ſuperſtitē reliquit adminiculo aliorum. Die 17. Iunij altum & primum vulnus ſocijs in P.Hieronymo Reuerta Mediolani na- to domo patritiā, ægris pefiſeris aſſiduitate insigni Sacra- men- ta omnia præbente, ac erepto infictum. Is cùm eam prouinciam vehementer expeteret; Nosocomio, ſeu ædibus ampliſſi- mis datus eſt, vt eorum, qui à lue ſuſpecti eò conſluebant ani- mas procuraret. Increuuit mali atrocitas, & capaces illæ zedes non iam ſuſpectis, verū certā lue laborantibus redundant. Ibi Patri Hieronymo conquisitè in omnes intento, hauiſti ex af- ſatu mali diritas tanta incubuit, vt cuius ope hactenus iſtis ut- cunque ſuſtentatum eſt, ipſe demum occiderit; cùm initio mor- bi, ſocio diceret: Habere ſe quod unice optaffet: nec medico eſſe ſpūs; id enim ſuperuaneum fore in morbo ſibi ultimō, atque in ſu- halī. S.P.Ignatij opem voto implorandam ſuggerenti, negauit ſibi.

sibi esse in votis vitam Deo semel deuotam ab eodem repetere. Vixit P. Hieronymus Reuerta in Soc. ab anno ætatis suæ xvi. in eam anno 1627. 17. Octobris, & in ordinem 4. vota professorum 1646. 22. Maij admissus. Singula, quæ in Societate gessit officia, singulis, ijsque eximijs, virtutibus cumulauit, exemplum factus illæ gesturis. Animarum tamen Deo vendicandarum præcipuum studium potiorem eius virtutem obtinuit. Hæc res illum iam professis adscriptum in Occidentales Indias ad salutem Paraquariae destinavit; & Hispali apud Professos singulari demissionis exercitratione in triclinio anagnosten, ac plura dum navigationem operitur solidæ virtutis exempla edentem, & iam anchoras molientem latâ spe sustentauit, quam tamen, velut in manibus palmam, decretum illud infregit, quo Gadibus redditionem adornare est iussus; cù in Indiam profectio non nisi Hispanis, ob ea quæ intercedeant, iustis de causis, concessâ. Inde, Paraquaria loco, illi Corsica Insula obtigit haud inuitato. Ibi Proregi, atque Episcopo à sacris poenitentiaz arcans fuit haud otiosus auditor. Etenim cùm ab Episcopo ad invi- fendos populos circumduc eretur, eam circuitionem fecit pluri- bus salutarem; pacificatoriam velut oliuam circumferens, & placans animos furenter in odio mutua exulceratos; non omisâ etiam rudium quâ expiando, quâ catechesin enucleatè inculcando per omnem industriam cultione. Ibidem Rector triennio præfuit Collegio Bastiensi, magnoperè probatâ no- stis, extrarijsque prudentis, incitati, constantis, & sè omnibus religiosè accomodantis venâ ingenij. Vnde suum uomen haud medioeti apud eam insulam existimationi vendicauit, cùm diceretur omnes Apostolici nominis partes abundè im- plere. Genuam euocatus, ad sanctiora domesticæ iuuentutis magisteria præparabatur, Magistro tironum adiutor adiun- ctus, cùm illum sauciens in urbe ruina contagione inuoluit, & diuinæ gloriæ, atque saluti publicæ plam victimam de- dicauit.

27. Iunij dies P. Ioannem Antonium Sertolum doloribus per septem dies magno animi in Deum æstu exardescens emulatum, in eiusdem gloriæ partem vocauit; post multum- laborem peste saucijs officiosâ diligentia sedulò datum, suc- cursu opportuno, in regione Collegio nostro finitima quæ il- lius cultioni, & cura fuerat destinata. Nonnunquam unius horæ,

hora, aut alterius intercedente infirmos facile sexaginta viatico Eucharistico muniuit adeundæ feliciter immortalitati. Præsens illi, & magnus ubique animus, atque huic pat opera certatim hac atque illac se in ædes penetrantis, plurimos mysterijs in agone iuvantibus; nullo teterius pestis metu: facie tamen pice illitæ quæ aërem purgaret, ac exhilararet instrutus. E qua in dextram illius pupillam ignea gutta exiliens propè fecisset, vt post acerrimos quibus excruciatbatur dolores oculo illi nox cæca incumberet, cum iam in eius oculi tunica pustula etiam vitium indicaret, ac tenebras minaretur. Sed Beato suo (cuius totus erat) Aloysio id se acceptum referre aiebat, vt medici suo munere feliciter functi, oculum brevi pristinæ integritati reddiderint. At intermissos labores eò acris, quod ab intermissione audiūs, reperentem arcana primum auræ, vis & virus corripuit: mox ipso B. Aloysij die se se excruevit, quanto maiore vite iam ad extrema vergentis periculo, tanto maiore infirmi latitiâ, & animi voluptate, quâ in gloriam tot extinxitorum per Societatem Procerum charitatis cumulatior succrescebat. Itum carbunculo se vbi citra dubitationem aduertit in genu, ad tyronum Redorem epistolam exarauit; in qua, post alia: Deum meum laudo, ait, quod per me B. Aloysij merita in eiusdem die festo adscriptum me veluit ordinibus illorum, quos ad immortalem vitam elegit. Ut verum fatear, nullum adhuc timoris sensum experior. cum enim me ab omni contagionis iniuria intalatum, si è maiore Dei gloria futurum esset, per B. Aloysium preservatum iri certissime crederem; id cum secus acciderit, nullus mihi iam dubitandi locus relinquitur, quin hoc ad maiorem Dei sit gloriam. Cur ergo sim anxius, atque sollicitus? Cur non exultem potius, & anticipata latit. à precipiam gaudia Beatorum? &c. Interea R.V. cum suis Neouitijs. Deo me, Sanctissima Virginis, ac B. Aloysio commenderi, ut per hos duos efficacissimos aducatos id impetrem, consequarque quod in his supra momentis mihi maximè necessarium nouit. &c. Vallis Tellina in Sondrij oppido illi patria fuit: Societatem vicennis anno 1643. 21. Sept. amplexus est. A primis inde factæ militiae rudimentis arcanum in corde concitatore Deum sensit, vt auderet aliquid dignum Deo, & stimulatrice ad ardua cogitationes concipetet, id quod Deo quam maximè placere, longèque gratissimum esse intelligeret temper incitatius. quæ siturus.

situs. Idecire apud tres Præpositos Generales vrsit ut Indorum saluti pro sublido mitteretur: sed obstitit imbecillæ valetudinis, ob cruenta nescio quæ sputa, opinio. Ergo Corsicâ insula impetratâ, ibi iuuentutem post exppletum studiorum cursum, Grammaticis disciplinis erudiuit, de more Prouincia. Triennio istic (aliâ quoque triennio id fecerat) eam Spartam vbi religiosè exornauit; coorientem Genuæ pestem, ceu sux illius in arduo expeditâ virtutis materiam indoli suæ parem naestus, eam prouinciam permagnâ literatum ad Præpositum Prouincia perscriptarum contentione deposcere aggressus est, & iussus Genuæ tertij anni probationem obire apud tirones anno 1656. excuntem. Illo in secessu abdicationi potissimum sui, & gloriæ intendit operam; vt humi semper, ceu homo nihili, relinquatur occultus, ac retrusus. At verò id ipsum tam abditè latere voluit; vt ne hoc ipsum quidem ylli constaret. Et particulatim, de Professorum gradu ita ei, qui tertianos Patres instruebat locutus est, ita sui animi arcana literis ad Præpositum Prouinciam exaratis aperuit, vt mallet id quod Deo gratissimum fore consideret, siue Spiritualis, siue etiam temporalis Coadiutoris gradu insigniretur: & si à se esset suffragatio ritè lata quâ Professis accensendus iudicaretur, clam id haberi volueret; ne id virtuti suæ daret quodd minora vltro ipse quæsisset. In missione naturali per quinque ferè menses, præclaro Apostolicè planè operè pretio, versatus est, cum Genuensi classe Vlyssiponem profectus. Ibi suam sibi valetudinem integrum constitisse, ideoque Indicis laboribus parem fore, datis Eboram ad eius Prouincia Præpositum literis testatus, infimis precibus enixè flagitauit, negatam. Ibi à Præposito Generali eam prouinciam concedi: cùm experimentum valetudinis tam feliciter specimen sui dederit in cauigatione. At discordiæ plurium sententiæ obstatere, ac abiutum sepièr. Verum enim verò Indias Genuam redux reperit, cùm ibi calamitosè pestilens luis vulgatæ incendium dominari videret, & nullâ periculi declinatione quæstâ, in illud se periculum obedienter, & voluntariè dedit athleta egregius; concratione charitatis cum ijs grumnis tanto nobiliore, quanto maiore calore omnem istic rem gessit, & operis peracti clausam, quæ Heroëm decet, adiecit.

Ante hos in aciem eandem exierat, & quadrimestri labore perfunctus, mitigatâ primâ, at mox recrudescenç, luis pernicie,

nicie abiecat cunctatione se ab integro pristinę in gummilosos  
charitati reddiderat.

P. Carolus Ansaldus: quodque maioribus pestis eō etiam  
ille actioribus incitabatur ardoribus inter coaceruata strucm  
cadaverum morbo demum perculsus, & addieus immortalium  
choro 4. Italij, ut speramus. Genua illi Mater. Societatem iniit  
anno 1629. anno ætatis quintodecimo, anni demum 1648. die  
primo inter 4. vota professos cooptatus. Amena in illo dos fuit  
religiosi, & floride, ac innocenter arguti, elegantisque ingenij;  
quod ad flexiones bonas facilitate summa se promptum daret,  
circa exlegem tamē illam licentiam. Ad populum dixit, mis-  
siones obiuit; in Corsicam insulam nauigauit eo lucro, vt &  
insignem probat̄ virtutis famam, & egrēgium animarum que-  
stum referret. Genuæ triennio alumnos rexit; deinde sodalita-  
tes in Professorum Domo; vbi etiam reliqua Professis familia-  
ria ad populum, ergos, carceres, rudes, aliosque officia preclaro  
exemplō gessit. Morbo per prima tentauienta urbem suggres-  
so, vt adamantinā quadam heroici facinoris necessitate sibi ul-  
tro impositā, voluntario se heroum sacrificio immolare, illius,  
quæ apud lue contactos; vt atdua, ita glotiosa est charitatis  
exercitationis; adhibito iurisurandi Sacramento, obstrinxit; &  
felicem illam prouinciam imperauit, vt quam illi Spartam or-  
nandam charitas destinaret, cui religio illum iurauento illigā-  
rat, obedientiæ quoque suffragatione obtinebat. Ad mortualem  
illam domum, seu ad heroum potius domicilium, euntem, amici  
quæ plausu, quæ lachrymis comitati, non sine mortui inuidi, sed  
alacrem, reliquere. Quadripartitam urbem ita distribuēre Opti-  
mates, vt prima illa quadrifariam facta distributio partes sin-  
gulas haberet quinquepartitò digestas, ac diuisas; vt partitè in  
singulis ordo facilior, & ad omnes cura certior perueniret: par-  
tibus singulis Cœlitum cuiquam, & destinatorum ad id officij  
Procerum solerti assignatis. P. Carolo ea urbis portio obtigit  
quæ S. Bernardum è celo Præsidem habebat, & primores viros  
quorū sapientiā omnia gererentur planè insignitè ad officium  
omne attentos; cum ea urbis pars inferiore ferè plebe constet,  
sitque multis permista quisquilijs, atque agitijs inuercundæ  
infamie muliercularum: eoque illam in partem ineptius mali  
funesta vis, & clades incubuit. Ibi ille præstrenue in medio esse  
omnibus, nec illiusmodi ærumnis quales videbat, exterreri; ve-

rium acui,& accendi& sic animarum satagere, ut omnia sibi pre  
 illarum commodo postputari. Discruciatum animi, quod non  
 aequè posset ac vellet hac atque illac se ad plures quod ne-  
 cessitas urgebat porrigitur. Omnes videbat cupientes sui, ipse  
 cupiens omnium enixius iuuandorum: de socio plurimū, de se  
 nihil sollicitus; & ultra quam vel ipsi Proceres probarent ardo-  
 re prouectus: eoque, ut ne se in apertam perniciem traduceret, il-  
 lorum admonitu, moderandus. Si quid salubre corporibus pro-  
 uidebat, probabat; & ut id attemperat faceret, quaqua uersum  
 concursabat. Et verò hospitalis fuit illius procursatio plurium  
 animabus; nec paucorum corporibus: quo è numero fuit foemi-  
 na cuius salus, obnunciantem medico, iam pro deposita habeban-  
 tur; & præstabilius esse aiebant neglegēto corpore animam inde  
 migratram ad eterna firmare. Fecit id luculenter Carolus, ac  
 spē quadā surrexus, sc̄eminæ autor fuit ut diuinā opem per bo-  
 men S.P. Ignati imploraret. Ipse interea Ignati reliquias aquę  
 immersit, eamque ritè expiatam sc̄eminæ, familiæque uniuersitatem  
 porrexit. Mirum id omnibus visum. Cessit percontumax ille  
 morbus: & sc̄emina morti iam quam vitę longiori vicinior con-  
 sanuit, nec parvulo quem lactabat, nec ullo è domesticis tabe  
 mali grallantis contacto. Medicos rem naturę yires supergredui,  
 nec abesse miraculum afficiabat: eam dato, iurejurando fidem  
 publicā firmaturus: & fecisset, nisi lues illum quoque interea de  
 mortalium medio rapuisset. At illud palmarum est, ac planè de  
 pio Caroli profectum iugenum. Ita morientibus seruiebat, ut in-  
 columes minimè omitteret. Hinc illæ in templo ad concionem  
 allocutiones, & opportunæ manus, iniectæ ziranijs exellebant.  
 Hinc voces illæ tantum contentionē dicitæ, tanto sensu auditæ,  
 quas ad capita platearum vibrabat in aures & animes, cum di-  
 unum viaticum ad morientium præsidium portaretur. Privatis  
 verò in ædibus, occasione rei benè gerendæ ubique scitè immi-  
 nens, ita dixit appositè, ut sapè non sinè lacrymis, nunquam  
 sinè insigni animorum commodo andiretur; cùm ea dictio præ-  
 sentibus malis velut amento quopiam, aptè amentata: eo fortius  
 altiusque iustum imprimetur. Magno id emolumento, magno  
 planè leuamento erat ad ferendam calamitatis tanta cladem,  
 ijs, quos domi attinebat morbus, vel morbi mctus. Eadem de  
 caula, concessu, & voluntate Archiepiscopi, diuino sacrificio sub-  
 dio est saepius operatus, eo loco, in quem ynde quaque plurimis.  
 patet.

patet aspectus ad diuinam hostiam religiosè adorandam, incredibili desiderio, fructuque spectantium. Tum eò vertit industria, ut quamplurimis persuaderet quotidianum B.V. rosarium cancu cum alijs precibus enixiūs repetendum; quæ res multo maximum afflictæ Vrbi bonum peperit, cum omnia funditus miscerentur. Fuit cum pro pacificatoria eloquentia valuit sola P. Caroli præsentia, ut dissidentium voluntates vltro positis odiis coalescerent amicitia non fucatæ: quamuis perniciaces iras ipsa potius rerum imago tam atrox vltro frangebat, voce Caroli argumentum, seu consilium in arena capiente ad omnem etiam vagè libidinis effrænationem adstringendam, ne dissolutæ quidpiam ageretur sub acie gladij, quem Deus distringebat. Qua in re haud vacat ire per singula sordium illarum vocabula, vel in medio vmbra mortis, imo in morte ipsa, inquinatæ putentium; cum dispersæ, liceanterque iterum etiam tunc in ea quæ audet importunissima profectò impietas. Ceterum ad eorum quæ agebat confectionem usus potissimum est eorum prouidentia, dexteritate, gratia qui rebus istic præerant, multâ erga Carolum voluntatis propensione faciles ad omnia quæ ille corporum animorumque salutem opportuna suggerebat; ipso quoque Archiepiscopo, patritijs, & alijs lautoris fortunæ viris, aurum, annonam, vestes, omnia prouidenter Patri ministrantibus, quod ille afflictis opitulari posset subsidiari sacri, profanique magistratus liberalitatæ, quæ certè res in tam arcto rerum articulo momenti habuit quamplurimum, ut animas per hæc subsidia corporum, tantæ quæ publicâ, quæ priuatâ omnium benignitate, perfectaret ad Deum. Hunc ille vnicè quererebat in singulis horas accuratione intentus, ubi canonici penitentiæ perloluendi tempus aderat, si eo tempore quereretur, solitarius positis humi genibus, aperto capite inueniebatur supplex canonicas preces perfoluere; præter coronam, è qua verbis Angelicis Deiparâ quotidie salutabat: vtq; in celum robustior penetraret oratio, somno corpus novissimi perbreui recreabat; prolata verò laborum contentione, ferre cingulo lumbis adstricto, ieiunijs, & attentâ resu æternarum meditatione æterna sapere condocefaciebat; crebro illo suspirio identidem animum in sublimè attollens: *Cogitans dies*

dies antiquos, & annos eternos in mente habui. Quibus ille diebus annisque, germande prorsus ex Ignatij mente, ac disciplina profecto consilio ita se præparabat, ut frequenti sui disquisitione arcana conscientie sua attenus introspicret; ac si quid istuc labeculae comperisset, id egregio heroicæ alicuius virtutis facinore edito luculentè pensaret. Semel cum existimaret se ex inconsiderantia quapiam socij sui aures verbo quopiam offendisse, incredibili pudore, doloreque accensus, ad eius genua se abiecit, leuemque offensiunculam tam graui verborum ponderre accusauit veniam petens, ut non minore illum, à quo veniam postulabat, pudore, quam ipse ardebat, perfuderit. At nos hoc adhuc anno alij heroës manent è Lithuania, Polonia, & Belgio accersendi.

## IN LITHVANIA.

**P**roximo ante P. Carolum die, qui fuit 2. Iulij diuinæ Matri in montana concedenti sacer, Vilnâ cädem. Heroum viâ ad immortalitatem concessit

P. Petrus Korzeniewski In Livonia natus ante annos undequinquaginta; in Societatem cooptatus 18. Augusti anno 1625. & in illa Spiritualis adiutoris gradum obtinuit 2. Februario, die item Deiparæ, anno 1649. Philosophia, ac Theologia spatijs in Societate emensis, & humanitate, Rheticâque tradendâ primùm, deinde in operarij munere, ac demum in sacris missionum expeditionibus præclarâ per annos plures, eosque fertiles, prædâ onustus, rebus benè decorè que gerendis, soleritissimâ impigritate plerumque vitæ transfigit. Experiensissimus, ac diligentissimus id genus exercitationis, pretium sui laboris non in locis, officijsque fulgore quodam oculos abriuentibus, verum in questuosa, fructuosaque rudiuni cultione collocabat. Ex his grege facto ducebat simplex agmen ad celum; ijs quorum opes in excelsè sunt neglectis, certè nullâ molitione quesitis: eò quod se vltro illi offerrent qui suum victimum excent opere rusticò faciendo; & quod hæ animæ non minus sint immortaliter nobilitandæ in gloria, si benè excolantur, quam illæ quæ latius habitant in corporibus in fortunæ velut sinu sedentibus. Hæc illi itineris properandi causa, vbi spes esset infinito Christi Sanguinis pretio apud pauperes quam optimè collocando. Hos ille

ille accuratè habere; ac non minimam se apud Christum libe-  
ratorem, & Episcopum omnium animarum gratiam inicurum  
sperare si summos viros tantum non aspernaretur, hos autem  
in a sortis mortales etiam inuestigaret. Illud quoque in illo  
inter laudes ponendum, quod Lithuaniae lingue usum, quia ru-  
ti ad animarum existentiam longè utiliore, & remunerit, exer-  
cueritque cupidius, quo illam magis neglectui esse videt apud  
eos qui eleganter volunt dicere, ac disserere ad aures teretes at-  
que à vulgato apud plebem eius lingua & usum abhorrentes. De-  
nique P. Petro Korzenewski vita in laboribus gloria in hun-  
ilitate, commoditas in paupertate ac obedienti studio, mors de-  
nique in charitate fuit; que illi anima in soneti dedit à cor-  
pore, ut hic sèpè fesso, feliciter in animis suis etiabè cum tam  
certo capitis periculo perquendis, ita quietem illam capturo,  
quæ omni apud nos otio, somno, & quietibus cæteris immorta-  
liter antecellit. Nec è hæc dixi, vt eius virtutem in maius ve-  
ro celebrarem, verum vt id referrem quod ab aliis: quondam  
Præposito Prouinciali de illo accepi: cui ego fidem idenogare  
haud possum. Ab hoc proximum Lomza ab eodem heroum lan-  
bore quies, vt sperare par est, æterna suscepit. + t. Augusti.

P. An-  
drea  
Klinger.

P. Alexandrum Grabowskij In Masouia ante 35. tenet annos  
natum: qui socium se nobis addidit anno 1640. t. Augusti,  
additus immortalibus hoc anno 11. die Augusti. Philosophie,  
Theologieque studium emensus, ita domi cum socijs, ita in  
gymnasio cum discipulis, ita foris cum extratis egit, vt semper  
primæ illius quam in tirocinio altè sibi impresserat virtutis ty-  
pum præstulerit; luctuoso ciuis testimonio, qui illi tunc Ma-  
gister, postea vero Præpositus Prouincialis præfuit, Nonitio,  
Magistro, Scholastico, Sacerdoti: quæ ille qualior nominis sine  
gula consentaneis, & ex Ignatij Patris nostri spiritu ductis vir-  
tutibus exornauit; religiosa vbiique germanè ad ea quæ haufe-  
rat, quam speciosa lectatus. Multum ille suos in literis crudien-  
di, plurimum exemplo ad virtutem ducendi artè pollebat. Spe-  
ciaculo erat ipse suis, & sui alijs: cum velut characteristica quan-  
dam modestiæ, diligentiaeque tesserat illi qui ex eius disciplina  
prodibant ab alijs dignoscerentur; Magistro in discipulis elo-  
cente. Appositè vias inibat, quibus illos ad studiorum ardorem  
excitaret, religiosus attentusque stimulator. Iam domi quicquid  
agret, religiosa morum decora pietatis vbiique specimen da-  
bant.

bant. Summam in eo vñ ponebat, vt attente diuina, & ex amusi-  
si domesticorum obedientie signum perageret: & si quid ære  
campano imperaretur, quæquid difficultatis offerebat se se, id  
ille dimicacione secum inita pertuincebat: Nec falsa illum vir-  
tutis opinio retebat superficie summam contentum. Ad retinen-  
dum enim primorem illum calorem, solidis quæ legebat, quæ  
audiebat præstigijs prouidenter muniebat peccus, ne qua illud  
forte torpedo degrauaret, vel plane opprimeret: quam maturis-  
simè in ea intentus quæ nascenti virtuti, & adolescenti pro ali-  
nento essent, ac firmarentur. Hinc illa in eo gula, ne qua se la-  
xaret, lingue, omnisque libertatis ne quid effrenare auderet,  
custodirebatur. Libenter solus esse, silentio teneram virtutem velut  
intunabulis inuoluere, pauca & emendate loqui, obedienter, ad  
demissè vocem, actionesque modetari, attemporare omnia pau-  
peratis non commoditatis mensurâ trahiri, ardore desiderio  
mortem arduam obheundi; quæquid ad corporis relaxationem  
à studiorum contentione faciendam offerebarur aspernatus;  
animò potius, quam corpori delectando imminens, seque ad  
mortem contemptione sus maxilla infliguntur componens. Cum  
ergo vitæ rationes omnes eò destinasset, ut non tantum nihil ex  
eo quod Nouitius eumularat virtutum velut pecilio immuni-  
tatione vñlā deperderet, verum etiam nouis accessionibus anti-  
qua exaggravaret, dignum tali vita exitum in obedientia, & chari-  
tate inuenit; quarum duolu, acerrima contentione se cibre-  
scentium Lomæ mortuum contagionibus obiecit, vt cadenti-  
bus, ad mortem fortunatè oppetendam opitularetur, postea il-  
la in exercitatione ipse quoque à corporis societate, atques  
contagione solitus: *Ioanne Karoni* Coad. sexagenario senior, alter, *P. Joachimus*  
*Tideman* Prutenus, in etatis flore ac fructus expectatione decer-  
ptus, letabili huius mortis compendio: Nunc intendamus iter  
in Belgium, ubi Antwerpia heroicis Patrum labores in pesti-  
ra ciuium egrotatione spectauit. Eos inter exemptus est è me-  
dio, paucos intra dies felici apud ergros illos labore absumptus  
29. Augusti

*P. Ioannes Diensarr* Ipris ante 36. annos natus; religiosè  
nobiscum vitæ socius ab annis 17. Nihil eius iridole placidius,

aut

aut quiescens, sed que nihil amabilius, et si sex annis humanioribus disciplinis iuventutem erudierat. & Theologicis quatuor impenderat, iamque ad finem vergebat anni tertii, quo Patrem studijs probantur, & excoluduntur ad aliquid, i maturoq[ue]mque virtutem iuxta proprietas innotescit, & institutis cum propagata lues. Anuropis ille ergo velut ex erubore esse videtur in execrationem exhibende illis, qui posse afflictari ut est de charitatis operam suam superioribus perstudiosi deferret, utique miticeretur incitans, ut ergo et illud speciatum ad impenetrandi argumentum adiuungens, tam acriter interno divinitatis instinctu ad id se percelli, ut non dubitarent affirmare se possa assueraret, a Deo ad id munere speciali quodam distinctione decessari, ac velut arcanam manu duci. Non minor fuit letitia sancte gestientis, vbiq[ue] obtinuit, quam fuerit flagrantia flagitantis dum petere: eaque psque adeo illi ex ipsa vultu illata sua uissimā emicabat, ut quemadmodum loquuntur literæ Antuerpiæ exaratæ qui illum intuerentur, cum coeū agerent, inflammarunt pio quodam ardore sentirent. Par huic letitiæ fuit assiduitas foris in medio discrimine illo versantis, & se curationi atque administrationi rerum ita impensè transribentis, ut consummatus in breui eius administrationis tempora multa explērit, pestifero vlcere illi morti admotus, ad quam voluntariè se se obtulit; vt, quemadmodum olim dicebatur, fieret *lustramentum ciuitatis, & pro amicis animam poneres*, mortemque alijs necessariam, pretiosam faceret fortis anticipatione maxime charitatis.

16. 11.

Horum ferè in album venerat ibidem P. Guilielmus Stanhurstus post operam per dies quindecim apud pestiferos collocatam in officijs charitatis. Iam se malum ab ijs in Guilielnum transfuderat; idque tam dirum, & efficacitate tantâ, ut medicus, id genus morbi gnaritate prestans, obnunciarit, disertè assuerans, nonnisi quatuor, ac viginti horas illi reliquias esse inter mortales, nec longiore illius vitam terminatione concludi. Augusto ineunte hęc gesta sunt, id est, necdum euoluta octaua à S.P. Ignatij festo die. Eapropter Guilielmus interno quodam inuitatu, seu recenti celebritatis in S.P. Ignatij memoriam celebratæ recordatione stimulatus, voti obligatione se in S. Patris honorem obstrinxit, diuinâ per Ignatium beneficentiâ votu tam feliciter obsecundante, ut consanuerit; id quod ipse An-

mer-

**tueriā 2.** Nouembis Romanū in hęc verba perscripsit: Postera  
die reuorsus medicā, radiū se īnundaturū mē mortuum, reperit re-  
tē valentem carbonem decessum; quēm mōx extraxit, exclamans;  
manifestum sd osse miraculum. Sic ille

**Ad Mai. Dei, Deiparae Virginis, S. P. Ignatij,  
& omnium Sanctorum gloriam.**

*et omnium Sanctorum gloriam.*

and the original author of the book, John G. Nichols, was a member of the Society.

*Integrum illo et multorum libellorum sub libro eius et in libro eius secundum libellum eius.*

לעומת הכתובים, מילויו של המונח במשמעותו הגדולה מילויו של המונח במשמעותו הגדולה

333-114860 462023-9 6123 3 20 30 4713 120 13

وَهُوَ الْمُنْذِرُ الْمُعَذِّلُ لِلْكُفَّارِ

ՀԱՅՈՒԹՅԱՆ ՊԵՏԱԿԱՆ ԽՈՐՎԻ ՊԱՐԱԳԱԳԱԿԱՆ ՀԱՅՈՒԹՅԱՆ ՊԵՏԱԿԱՆ ԽՈՐՎԻ ՊԱՐԱԳԱԳԱԿԱՆ

...to earn 10% in 10 years accc to picture P. Calculate P.

the *republican* party; and, if you do not like the *republican* party, you can *repudiate* it.

*... et quod est in aliis colligimus eis.*

introduction of the new technique has also been made possible.

For more information about the *Epibiosis* Conference, visit [www.epibiosis.org](http://www.epibiosis.org).

כִּי-בְּנֵי-עֲמָקָם-בְּנֵי-עֲמָקָם-בְּנֵי-עֲמָקָם-בְּנֵי-עֲמָקָם-בְּנֵי-עֲמָקָם

תְּמִימָנָה וְעַמְּדָה בְּבֵית יְהוָה כִּי־בְּבֵית יְהוָה תְּמִימָנָה וְעַמְּדָה

For more information about the program, contact the Office of the Vice Provost for Research at 216-368-1380 or email [research@case.edu](mailto:research@case.edu).

# INDEX

Numerus paginæ indicat: punctum unum, supériorem; bina-  
verò puncta, inferiorem paginæ partem notant.

P. Adamus Słonczyński 5. Augu-

sti. 488:

Aegri vultus in Christi vultum mu-  
tatur 330.

P. Alexander Vallaregius 11. Ian. 65.

B. Aloysius Gonzaga 348: 359

P. Alph. Aegidius. 22. July 43:

P. Alphonfus Petba. 555.

Alphonfus Rodriguez 439:

Amor Det. 52:488: &c. 555

P. Andreas de Cacorla 2. Iun. 435.

Angelus Castro 1325 (436c) 503:

508. 2. viii. 508. 2. viii. 508. 2. viii.

Angeli animam interrogant quid

egerit in terris. 568: 44. viii. 508

P. Angelus Olinarini 529: 508

P. Angelus Orimbellus. 71. Oct. 309:

Anima Purgatorij 323: 510: 536.

Annum Viliuū 1656. & pestis. 507.

P. Antonius Carcenac. 28. Oct. 482:

P. Antonius Cordes 16. Martyr 144.

P. Antonius de Greef. 1. Maij 389.

P. Antonius Malapertini 434.

P. Ant. Sanchez 18. April. 1. 508

Apparitiones 29. 54. 94: 231: 389.

408: 436: 448 450: 537: 542. 1. 4

Aqua Iustralis 69: 89: 200: 201. 1.

Aspirationes infirmi. 437: 482: 201:

772: 812: 52: 7: 7: 2. 1. 4

Idem 14. 1. 4. 31. 1.

P. Bartho Bessarierius 6. Aug.

461: 462: 463: 464: 465: 466:

Benedictus Bernardini 7. Non. 549.

Bernardus Oliverius 23. Sept. 549.

Bethunia Sodales S. Eligij a peste im-  
munes 435:

P. Blasius Sanchez 17. July. 60.

200: 201: 202: 203: 204: 205: 206:

C. 2. viii. 2. viii. 2. viii. 2. viii.

Adaner incorruptum 51. 538.

C. suauiter odoriferum 72: 313:

Carolus Anglia Rex capite tranca-  
sus. 451.

P. Carolus Ansaldus 561.

Carthagini benefactores Soc. 18:

Castitas 147: 488: ab. 489: 490:

Charitas 18: 19: 20: 30: 43: 50: 58: 63:

64: 67: 68: 75: 76: 10: 116: 153: 177:

374: 407: 420: 486: 510: 537: 543:

555: 572: 588: 591: 592: 593: 594:

Christi passus culpis 40: 207: 408:

Christi vultus in agro 330:

Christophorus Auerjanni 541:

Christophori Coadiutoris regule quas

sibi præfixis 489: 490: 491: 492:

Coadiutorum exemplar. 437: 489:

Collegia capta 13. 27: 28: 29: 30:

Concionator 27: 28: 29: 30: 31: 32:

Concionator eternitatis 481:

Cofessionis generalis industria 502:

CCCC. Con-

## INDEX.

*Conscientia ratio quomodo reddita.* 434.

*Conscientia ratio quomodo reddita.* 434.

*D* *Aemones* 530: *Defunctorum preces* 147.

*Desiderium crucis* 220:

*Divina pietatis affectus* 537: *Documenta spiritualia* 192: 198-199:

*P. Dominicus Valesius* 9. *Iunij* 186.

*E* *Exempla maiorum* 506: *Exempla*

*S* *Eligi Sodales à peste immunes* 435:

*Elogium Broeti à S. Ignatio* 8.

*Eucaristia* 36: *Exempla*

*Exempla maiorum* 506: *Exempla*

*F* *Exempla*

*P* *Ferdinandus de la Algaba* 1. *Febr.* 451: *Nov.* 16: *Dec.* 10:

*P. Ferdinandus Capiccius* 31. *Iunij* 81: 82: *Sept.* 10: *Oct.* 10:

*Festorum sancte calendorum indu-*  
*stria* 502: 503: *Dec.* 10: *Dec.* 11:

*Fiducia in Deum* 337: *Dec.* 10:

*P. Franciscus Coroninus* 521: *Dec.* 10:

*P. Franciscus Fulcus* 528: *Dec.* 10:

*P. Franc. Macedonius* 523: *Dec.* 10:

*P. Franc. de Nicolao* 542: *Dec.* 10:

*P. Franciscus Zuccaronius* 539: *Dec.* 10:

*Furta pana, pestis* 435: *Dec.* 10:

*G* *Ades* 448: *G* *Gaspar Azeguedius* 29:

*Gemmerius pestis* 537:

*P. Georgius Dillonus* 4. *Ang.* 473: *P. Georgius Giedroyc* 12. *July* 485:

*P. Georgius Tauora* 5. *April.* 310:

III. 112: *H* *Gerunda Girona* 475:

*P. Gregorius Dendalus* 9. *Ang.* 473: *P. Guillelmus Bariser apparet* 498:

*H* *Eroës Pythagora* 444: *H* *Hibernia mira* 470:

*P. Hieronymus Marenz* 366: *P. Hieronymus Reuera* 557:

*P. Hieronymus van Seurck* 505: *H* *Hispalis* 446: *H* *Ab Hoste securitas in B.V.* 31:

*Humilitas* 15: 52: 116. 132. 154: 155:

192. 217. 374: 434: 472: *H* *Hyacinthus Grillus* 27. *May.* 296:

*P. Iacobus de la Valliere* 29: *P. Iacobus Valeſius* 4. *Ang.* 473: *P. Iacobus Pisa* 536: *P. Iac.*

*Ieiunium hebdomadagrum* 541: *S.P. Ignatius* 477: 562. 518: 567: *P. Ignatius Locificus* 496:

*Indu-*

I N D E X.

- Industria 509:  
Infans sünd crani superioris parte. 499:  
Innocentia baptismalis 146:295:  
P. Ioannes Aut. Serotinus 558:  
P. Ioannes Auellaneda 9. Febr. 448.  
P. Ioannes Bapt. Bisphone 7. Aug. 501.  
F. Io. Bapt. Cataneus 30. Aug. 530:  
Ioannes Bapt. Lechner 494:  
P. Io. Bapt. Rufus Firmanus. 184.  
Ioannes Berchmans 390:  
P. Ioannes Fabritius 26. Sept. 510.  
Ioannes Nauens 27. Aug. 476:  
P. Ioannes Ribadeneyra 534:  
P. Ioannes Zehenderus 25. Sept. 173:  
P. Joseph Gustapane 28. Juny 517:  
Ira perusa: 489.  
P. Isidorus Vila 6. July 475:  
Iter Apostolicum. 16.

L

- Achrimarum donum 472:  
Laterna surris. Pharus Genua 557.  
Liberalitas Divina 537.  
Lingua franca 549:  
P. Ludovicus Murer. 9. Aug. 462:  
Ludovicus Ruiz 15. July. 128:  
Lugdunum Batavorum 500:  
Luminaria 39.315:

M

- Ansuetudo 15:30:111:  
Manus agris imposita 89:  
P. Marcellinus Albergatus. 10. Nov.

334. eius exercititia 349:  
P. Marcus Guzzonius 1. Aug. 346:  
P. Marc. Ant. Soldanus 23. Non. 180:  
Maria Mater Dei 31. 53:54:330:  
386:387.389:436:490:492:493:  
495:542:504:  
P. Martinus Benedictus 463:  
P. Matthias Sobyskius 8. Non.  
491.  
Martyrū desiderium inter dolores  
437.  
Memoria felicitas in P. Tisoldo 544:  
Miranda. 69:470:  
Missiones maria à pag.  
Monachium 434:  
Monita 22:  
Morientes à Celsibus visitare 54:  
80.87.88:182.  
Mors bona 54: 157:436:386:  
passim.  
Mors, & misericordia synonyma.  
439:  
Mortificatio corporis 19:20:33:46:  
150:218:323:336:503:509:537:  
543:549:518:  
Mercia 440:  
82:26:28:31:32:33:34:35:  
83:26:27:28:4:84:85:40:42:  
86:4:56:8:57:58:59:  
Napolitane urbis origines, &  
pestis. 511.  
P. Nicolaus Burri 26. May. 101:57:  
Nomina nostris data: Angelus 8:  
293.295:521. Ratek panperum  
43:182. 235.497: 279: 428:427:  
444:Sætus 46. Communis omniū  
parentis 61:63: Apololus 77:483:  
149.225. 231:234:327:497:533:  
Cccc 2 Mel-

Mellea lingua 87. Ignatius. 113.  
 Cardenius 152. Ecclesiastes Enan-  
 gelicus Apostolicusque 185; Aloy-  
 fias Austria 199. Verus Jesuita  
 225. Pater bonus 235. Pater &  
 Mater 236. Pater patria 252:  
 284; Conciliator aeternitatis 481.  
 Seraphinus 523. 22. Inval. 9

Ordo abbatum

**O**bedientia 252. 12. 327. 1000.  
 Odium damanis in Soc. 684.  
 Oratio iaculatoria 444. 464. 6. 9. 16.  
 Orantis fitus 152. 205. mandatorum

**P**astorbasij Brodii vita. 1: 100.  
 Parentum in filios. amori. 26.  
 Parentia 153. 148. 150. 151.  
 P. Patritius Lea. 24. Martij. 471.  
 Patroni Bononiae S. Igo. 8. Xaa. 307:  
 Beneventi 5182. 526. 612. 72.  
 P. Paulus Cyrian 15. Oct. 430.  
 Paupertas 214: 106. 111. 115.  
 Peste infectis fermentium lans. 438:  
 469. 479. 480. 485. 506. 568.  
 Pestis discreta 86. 497. 435:  
 P. Petrus Ferracutus. 526.  
 P. Petrus Iustinellus 31. Iul. 315.  
 P. Petrus Marinins 17. July. 37. 38.  
 P. Petrus de la Morte 31. Iul. 50. 8:  
 Petrus Perez 9. Oct. 437.  
 P. Philibertus de Laches. 29. Sept.  
 468. 1. 10. 11. 12. 13.  
 P. Philippus Maier. 434.  
 Pillores vita nostra sumus. 438.  
 Peccata peccati 475. 1. 2. 3. 4. 5.

Pradictiones 28: 37: 51. 76. 133. 136:  
 145. 149. 290. 295. 332. 408. 453:  
 522. 525. 528. 537. 551. 561.  
 Providentia Divina 297. 300.  
 Provincia Germanie Inferioris. 28:  
 In Purgatory animas liberalitas.  
 845. 11. I.e. liberales. 1590. 1.  
 286. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
 101.

**P** Quintinus Ciarlarens 18. 1. 1.  
 1. 2. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.  
 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.  
 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.  
 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40.  
 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50.  
 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60.  
**R**egularum obseruantia 212. 1.  
 Religiose in aula versatus.  
 435. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.  
 Reuelationes 51. 91. 101. 111.  
 P. Rodolphus Haufin 36. Aug. 436:  
 Roma Hispania 436. 1. 4. 101. 111.  
 Romana pestis 547. 552. 1.  
 Rosarium 31. 53. 490. 1.

**S**acerdotiorum effectus extraor-  
 dinarius 65.  
 Salus reuelata 52. 101. 111. 121.  
 P. Samuel Richter 22. Oct. 443. 1.  
 P. Sancius de Mendoza 31. Jan.  
 446. 1. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.  
 Sanitatis adminicula 199: opinio  
 146: 149. 497. 472. 507. 527. 541:  
 Sanitas portis inscripta signum pe-  
 stis. 553. 11.  
 Sanitatis recuperanda medicina  
 B.V. 537.  
 Sardinia pestis 481. 507:  
 Sententia 191. 212. 220. 408:  
 Silen-

I N D E X.

138: lentium 211:  
 433: lentiarij sodales. 521.  
Iua Ducas 505.  
Simon Manca 27. May 507:  
 28: mplicitas prudens. 16:  
 33: cietatis Iesu estimatio, Iaus. 38. 72:  
 545: 546:  
cietatis aduersa. 10: prospera 23.  
 24. 29. 68: 84: 537:  
Stanislans Kofka 499.  
Stanislans Vuarfannicius. 3. Oct.  
 91.  
Stanislans Vwojsza 490:  
 uperior exemplo insignis. 336.

T

Tentatio est occasio martyrij  
 507.  
Tranquillitas animi 147: 207:

Ad Mai. Dei, Deiparae, S. P. Ign. Xau. & omnium  
 Sanctorum gloriam.

V

Valentia Roma Hispanie 436:  
 Valetudo prodigiosa 316. 477:  
 P. Vincentius de Bouq. 31. Aug. 509:  
 Virginitas 275. 366. 538. 542. 549:  
 &c.  
 Virtutis pictores. 438.  
 Virtutum altus rariores, difficiliores  
 15: 20: 22: 25: 30: 38. 45: 47: 106:  
 111: 147. 519:  
 Visiones 188: 189: 276: &c.  
 Vlyssiponensis pestis magna dicta. 41.  
 Vocatio singularis 52: &c.  
 Voluntatis cum diuina consensio.

444.

X

SXanerius 512: 518: 547. &c.  
Xerez 446.

the water was  
so shallow and  
the current so  
strong that I  
had to stop  
and wait for  
the current  
to bring me  
down. I  
then continued  
on my way  
down the river  
and finally  
reached the  
ocean. I  
was very  
tired and  
exhausted  
but I had  
achieved  
my goal.

## PROTESTATIO.

**L**Ector, aduerte in Elogijs Virorum Illustrium quos hoc libro complexus sum nonnulla me obitè attingere, quæ sanctitatem ipsis videantur adscribere: perstringo nonnunquam aliqua ab ijs gesta, quæ cùm vires humanas superent, miracula videri possunt: præstigia futurorum, Arcanorum manifestationes, reuelationes, illustrations, & si quæ sunt alia huiusmodi: beneficia item in miseros mortales eorum intercessione collata diuinitùs; demum nonnullis sanctimonij, vel Martyrij videor appellationem tribuere. Verum hæc omnia ita meis lectoribus propono, ut nolim ab illis accipi tanquam ab Apostolica Sede examinata, atque approbata, sed tanquam, quæ à sola suorum Auctorum fide pondus obtineant, atquè adeo non aliter, quam humanam historiam. Proinde Apostolicum S. Congregationis S. R. & Vniuersalis Inquisitionis Decretum Anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum integrè, atque inuiolatè, iuxta declarationem eiusdem Decreti à Sanctiss. D. N. D. VRBANO Papa VIII. anno 1631. factam scruari à me omnes intelligent: nec velle me, vel cultum, aut venerationem aliquam per has meas narrationes ulli arrogare; vel famam, & opinionem sanctitatis, aut martyrij inducere, seu augere; nec quicquam eius existimationi adiungere, nullumquè gradum facere ad futuram aliquando ullius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem; sed omnia in eo statu à me relinquiri, quem seclusâ hac mē lucubratione obtinerent, non obstante quocunque longissimū temporis cursu. Hoc tām sanctè profiteor, quam decet eum, qui Sanctæ Sedis Apostolicæ obedientissimus haberi filius cupit, & ab ea in omni sua inscriptione, & actione dirigi


Ego

IOANNES NADASI SOC. IESV.

A. M. D. G.

卷之三

1011620223



bant. Summam in eo tamen ponebat, ut attende divina, & ex amissi  
si domesticorum obedientie signorum perageret: & si quid a re  
campano imperaretur, quicquid difficultatis offerebat se se, id  
ille dimicacione secum inita per ruinebat. Nec falsa illum vir-  
tutis opinio resebat superficie summum contentum. Ad retinen-  
dum enim priorem illum calorem, solidis quæ legebat, quæ  
audiebat præsidij prouidenter muniebat pectus, ne qua illud  
forte torpido degrauaret, vel plane opprimeret: quam maturis-  
simè in ea intentus quæ nascenti virtuti, & adolescenti pro ali-  
mento essent, ac firmatè o. Hinc illa in eo gula, ne quæ le la-  
zaret, lingue, obnisque libertatis ne quid effrenatè auderet,  
custodia. Libenter solus esse, silentio teneram virtutem velut  
incunabulis inuoluere, pauca & emendata loqui, obedienter, ac  
demissè vocem, actionesque moderari, attemperate omnia pau-  
petatis non commoditatis mensura ineriri, ardore desiderio  
mortem arduam obheundi; quicquid ad corporis relaxationem  
a studiorum contentione faciendam offerebatur aspernatus;  
animo potius, quam corpori delectando immensus, seque ad  
mortem contemptione sibi maximi negoti componens. Cum  
ergo vita rationes omnes eò destinasset, ut non tantum nihil ex  
eo quod Nouitius cumularat virtutum velut pecilio immuni-  
tatione villa desperderet, verum etiam nouis accessionibus anti-  
qua exaggravaret, dignum tali vita exitum in obedientia, & chari-  
tate inuenit; quarum duatu, acerrimā contentione se cibre-  
scentium Lomę mortis contagionibus obiecit, ut cadenti-  
bus, ad mortem fortunatè appetendam opularetur, postea il-  
la in exercitatione ipse quoque a corporis societate, atque  
contagione solitus: *Ioanne Katski Coadjutorē post secuto.*  
*ibid. 15. Augusti, felici, & à Virginis Matis gloria triumphaliter*  
*die. Quibus Gedani duo accesserunt 3. & 20. die Septembri. alter*  
*Albertus Plouinii Coadjutorē sexagenario senior; alter, P. Joachimus*  
*Tideman Prutenus, in etatis flore ac fructu expectatione decer-  
pus, letabili huius mortis compendio. Nunc intendamus iter*  
*in Belgium; ubi Antwerpia heroicis Patrum labores in pesti-  
fa ciuium egrotatione spectauit. Eos inter exemptus est è me-  
dio, paucos intra dies felici apud egros illos labore absimptus*  
*29. Augusti.*

*P. Ioannes Diensari Ipris ante 36. annos natus; religiosus*  
*nobilium vitæ socius ab annis 17. Nihil eius in sole placidius,*

aut

aut quietius edque nihil amabilius etiam sex annis humioribus disciplinis iuventutem erudierat. & Theologicis quatuor impenderat; iamque ad finem vergebatur anni tertij quo Patres et studijs probantur, & excolluntur ad electionem in matuorēque iuventutē iuxta proprietates in operum & institutis cū propaga-  
TOM. T  
ab. 20.  
ob. 10.  
ob. 10.  
ob. 10.  
ob. 10.  
 gata Iyes Agnusgris illi egr velut exerberans efficit ut in execu-  
 citationem exhibende illis qui pelle afflantur et scilicet char-  
 itatis operam suam Superiorib[us] p[ro]curat d[omi]n[u]s offert et utique  
 mitteretur incitatus virginem illud speciem id impetravit et ar-  
 gumentum adiungens, tam exter interno diuinatris instinctu  
 ad id se perpelli, ut non debitanter affirmare. Et posse assuever-  
 at, à Deo ad id muneric speciali quodam directione se defini-  
 nari, ac velut arcana manu duci. Non minor fuit letitia sancte  
 gestientis, vbi id obtinuit, quam fuerit flagrantia flagitantis  
 dum petere: eaque usque ad eum illi ex ipsa vultu illatae sua-  
 wissimā emicabat, ut quemadmodum loquuntur literæ Antuer-  
 piā exaratae qui illum intuerentur, cum eoue agerent, inflam-  
 mari se pio quodam ardore sentirent. Par huic letitię fuit assi-  
 duitas foris in medio discrimine illo versantis, & se curationi  
 atque administrationi rerum ita impensè transribentis, ut con-  
 summatus in breui eius administrationis tempora multa explē-  
 rit, pestifero vlcere illi morti admotus, ad quam voluntarie se  
 se obtulit; ut quemadmodum olim dicebatur, fieret *lustramen-  
 tum cinistatis, & pro amicis animam ponere*, mortemque aliás ne-  
 cessariam, pretiosam faceret torti anticipatione maxima cha-  
 ritatis.

Horum ferè in album venerat ibidem P. Guilielmus Sta-  
 nihurstus post operam per dies quindecim apud pestiferos col-  
 locatam in officijs charitatis. Iam se malum ab ijs in Guiliel-  
 mum transfuderat; idque tam dirum, & efficacitate tantâ, ut  
 medicus, id genus morbi gnatitate prestans, obnunciārit, diserte  
 assuerans, nonnisi quatuor, ac viginti horas illi reliquias esse  
 inter mortales, nec longiore illius vitam terminatione conclu-  
 di. Augusto ineunte h[oc] gesta sunt, id est, necdum euoluta octaua  
 à S.P. Ignatij festo die. Eapropter Guilielmus interno quo-  
 dam inuitatus, eu recenti celebratatis in S.P. Ignatij memoriam  
 celebrat recordatione stimulatus, voti obligatione se in S.Pa-  
 tris honorem obstrinxit, diuinā per Ignatium beneficentiā vo-  
 to tam feliciter obsecundante, ut consanuerit; id quod ipse An-

tuor-

tueriā 2. Nouembris Romanā in hēc verba perscripsit: Postera  
die reuorsus medicis, ratus se in uochitūrum nō mortuum, repērit re-  
lē valentem carbonem detectum, quēm mōx extraxit, exclamans:  
manifestum sā esse miraculum. Sie ille.

**Tomo 5.  
eon, de  
obit  
Theodo-  
sius Imp-  
reg. 95.**  
—**H**uius Mihi vero manum iam de tabula Heroum tollenti occurrit, ut illud Ambrosij de Theodosij Imperatoris anima e terris abeunte loquens dicat singulatum de singulis eatis, quae hic percepit in capitibus, preiosisque nominibus, quorum & vitas & mors clamat: **Dilexi**: Ergo, inquit laudatus Ambrosius recessus e terris placuisse anima; quasi interrogantibus ipsis qui sibi occurrerent, dicebat: **Dilexi**. Interrogabant Angelis, vel Archangelis: **Quid egisti in serru?** Dicebat: **Dilexi**. Morti me obvium: obdulsi igitur huius tonitru nostru, iusto tempore a silentio taliter exstremisque vicissimque spiritu in pannus induendo, ut et in illis

**Ad Mai. Dei, Deiparae Virginis, S. P. Ignatij,  
& omnium Sanctorum gloriam.**

1. *Constitutive* or *integrating* factor. The primary function of the P. *Constitutive* factor is to stimulate the synthesis of proteins in the cell. It is also involved in the regulation of gene expression.

2. *Regulatory* factor. The regulatory factor is involved in the control of gene expression. It can act as a transcription factor, a translational factor, or a post-translational factor.

3. *Structural* factor. The structural factor is involved in the structure and function of the cell. It can act as a structural protein, a structural RNA, or a structural DNA.

4. *Signaling* factor. The signaling factor is involved in the transmission of signals between cells. It can act as a hormone, a neurotransmitter, or a growth factor.

5. *Metabolic* factor. The metabolic factor is involved in the metabolism of the cell. It can act as a metabolic enzyme, a metabolic regulator, or a metabolic product.

# INDEX.

Numerus paginae indicat: punctum unum, superiorem; bina-  
verò puncta, inferiorem paginæ partem notant.

A 189

P. Adamus Słonczeński 5. Augu-  
sti 488:

Aegri vultus in Christi vultum mu-  
tatur 330.

P. Alexander Vallaregins 11. Ianuarii 65.

B. Aloysius Gonzaga 346: 339.

P. Alph. Aegidius. 22. Iulij 43:

P. Alphonsus Petta. 555.

Alphonsus Rodriguez 439:

Amor Dei 52:488: & 1. 339 H

P. Andreas de Cacorla 2. Iunii 455.

Angelus Caput 152: 436: 503:  
508. 27. 1508. 1509.

Angelus animam interrogans quid  
egerit in terris. 568. 44. 1509.

P. Angelus Olinensis 52: 401: 309.

P. Angelus Orimbellus 710: 47: 309.

Anima Purgatorij 323: 510: 526.

Annus diluvii 1636. & postea 507.

P. Antonius Carcenae. 28. Octo- 482:

P. Antonius Cordelessi 16. Martij 144.

P. Antonius de Greci. 1. Maij 389.

P. Antonius Malaperius 434.

P. Ant Sanchez 18. April. 1502.

Apparitiones 29. 54. 94: 232: 389.  
408. 436. 448. 450: 537. 542. 1. 9.

Aqua lustralis 691: 891.

Aspirationes infirmi. 437: 482: 201:

781. 82: 7: 74. 201. 1. 9.

Aspirationes infirmi. 1. 1.

B 189

P. Barthol. Beffavueris 16. Aug.

461: 482: 501: 526.

Benedictus Bernardini 7. Non. 549.

Bernardus Oliverius 23. 1. 1.

Bethunia Sodales S. Eligij à peste im-

munes 435:

P. Blasius Sanchez 17. Iulij 60.

C 189

Adauer incorruptum 51. 538.

Suauster odoriferum 72: 313.

Carolus Anglia Rex capite 1508:  
tus. 451.

P. Carolus Ansaldo 561.

Carthianiani benefactores Soc. 18:

Castitas 147: 488:

Charitas 18: 19: 20: 30: 43: 50: 53: 63:

67: 68: 75: 76: 116: 153: 177:

374: 407: 420: 486: 510: 537: 543:

552: 568: 591: 601: 611: 621: 631:

Christi passus calvus 40: 1. 9.

Christi vultus in agro 330.

Christophorus Averfanus 541:

Christophori Coadjutoris regule quas

sibi prefixis 489: 501: 526: 541: 549:

Coadjutorum exemplar 437: 489: 501:

Collegia cepta 13. 27: 30: 33: 34: 35:

Concionator 27: 28: 30: 33: 34: 35:

Concionator aeternitatis 481.

Cofessionis generalis industria 502:

Cccc Con-

## INDEX.

*Conscientia ratio, quomodo* *eddi-*  
*ta. 434.*

**D** *Demones* 530: *Defunctorum preces* 147.  
*Desiderium crucis* 220:

*Divina patiens dilectionis* 537: *Documenta spiritualia* 192: 198: 199:  
*P. Dominicus Valesius* 9. *July* 186.

**S** *Eligi Sedales à peste* *IMMUNES*  
*435:* *Elogium Braeti à S. Ignatio* 8.  
*Evergumenus primus* 188: *Eucharistia* 36: *Exempla maiorum* 506: *Exem-*

**P** *Ferdinandus de la Algabe* 1.  
*Febr. 45*: *Ferdinandus Capicini* 31. *Lu-*  
*July. 81. 82.* *Festorum sancte colendarum indu-*  
*stria* 502: *Fiducia in Deum* 337: *P. Franciscus Coreionus* 521: *P. Franciscus Fulcus* 528: *P. Franc. Macedonius* 529: *P. Franc. de Nicolao* 542: *P. Franciscus Zuccaronius* 539: *Furti pana, pestis* 435:

**I N D E X** **G** *Ades* 448.

**G** *P. Gaspar Accedius* 395: *Genesise pestis* 537: *P. Georgius Dillonus* 4. *Aug.* 473: *P. Georgius Gigdroyc* *July* 485: *P. Georgius Tanora* 5. *April.* 110. III. 112. *Gerunda* *Girona* 475: *P. Gregorius Dondallus* 9. *Aug.* 475: *P. Guilielmus Bariser apparet* 498:

**H** *Eroë Pythagore* 444: *Hibernia mira* 470: *P. Hieronymus Marenz* 366: *P. Hieronymus Reuerta* 557: *P. Hieronymus van Seurck* 505: *Hispalis* 446: *Ab Hoste securitas in B.* *V.* 31: *Humilitas* 15: 52: 116: 132: 151: 152: 192: 217: 374: 434: 472: *P. Hyacinthus Grillus* 27. *May* 296: *P. Iacobus de la Valliere* 29. *Dec.* 478: *P. Iacobus Valeſius* 4. *July* 472: *P. Ianuarinus Pisa* 536: *Leiuniū hebdomadarium* 541: *S.P. Ignatius* 477: 562: 518: 567: *P. Ignatius Iocifus* 496: *Indu-*

I N D E X.

- I**ndustria 509: 18. Januarii 509  
**I**nfans sive craniū superioris pars  
 et. 499: 18. Sept. 26: 252: 522  
**I**nnocentia baptismalis 146: 295:  
 18: 466: 473: 491: 499: 437: 18. Novem.  
**P.** Ioannes Auct. Sersolus. 558:  
**P.** Ioannes Auellaneda 9. Febr. 448.  
**P.** Ioannes Bapt. Bisphone 7. Aug.  
 501.  
**P.** Io. Bapt. Cataneus 30. Aug. 530:  
**I**oannes Bapt. Lechner. 494  
**P.** Io. Bapt. Rufus Firmannus. 184:  
**I**oannes Berchmans 390:  
**P.** Ioannes Fabritius 26. Sept. 510.  
**I**oannes Naues 27. Aug. 476:  
**P.** Ioannes Ribadeneyra 539:  
**P.** Ioannes Zehenderus 25. Sept. 173:  
**P.** Joseph Gustapane 28. Iunij 527:  
**I**ra peruviana 489: 11. Octobr. 18  
**P.** Isidorus Vila 26. July 475:  
**I**ter Apostolicum 16. Aug. 201: 18  
 : 206: 218: 226: 234: 242: 250:  
**L**  
 2  
**L**achrimarum denum 472:  
**L**aterna currus. Pharus Ge-  
 nne 557.  
**L**iberalitas Divina 537: 18. Iunij 516  
**L**ingua francesa 540: 18. Iunij 517  
**P.** Ludonicus Murer. 9. Aug. 462:  
**L**udonicus Ruiz 15. July. 128:  
**L**ugdunum Batavorum 500: 18  
**L**uminamira. 19. 313:  
 18. Iunij 518: 18. Iunij 519  
**M**  
 2  
**M**ansuetudo 15: 30: 111: 18  
**M**anus agris imposita 89:  
**P.** Marcellinus. Alteriusq. 10. Nov.  
 334: eius exercititia. 340:  
**P.** Marcus Guzzonius 1. Aug. 346:  
**P.** Marc. Ans. Soldanus 23. Nov. 180:  
**M**aria Mater Dei 31: 53: 54: 330:  
 386: 387: 389: 436: 499: 492: 493:  
 495: 542: 504: 1. Dec. 516:  
**P.** Martinus Benedictus 463: 26:  
**P.** Matthias Sobocienius 8. Non.  
 491.  
**M**artyrū desiderium inter dolores  
 437:  
**M**emoria felicitas in P. Tipaldo 544:  
**M**iranda 69: 470: 1. Octobr. 18  
**M**issiones varijs à pag. 520: 18. Iunij 510  
**M**onachium 434: 21. Iunij 511: 18  
**M**onita 22:  
**M**orientes à Calabris visitati 54:  
 80: 87: 88: 182.  
**M**ors bona 54: 157: 436: 386: &  
 . passim.  
**M**ors, & misericordia synonyma.  
 439: 447: 458: 46: 47: 48: 49: 1  
**M**ortificatio corporis 19: 20: 331: 46:  
 150: 218: 323: 336: 503: 509: 537:  
 543: 549: 518: 1. Octobr. 18. Iunij 519  
**M**ercia 440: 18. Iunij 518: 18. Iunij 519  
 18. Iunij 520: 18. Iunij 519  
 18. Iunij 520: 18. Iunij 519  
**N**eapolitana urbis origines, &  
 peſtis. 511.  
**P.** Nicolaus Burri 26. May. 101.  
**N**omina nostris data: Angelus 8:  
 293: 295: 521: Rater pamporum  
 43: 182: 235: 497: 279: 423: 427:  
 444: Sæcusi 46. Communis omniū  
 parens 61: 63: Apostolus 77: 483:  
 149: 225: 231: 234: 327: 497: 533:  
 Cccc 2 Mel-

- Melilla lingua 87. Ignatius 113.  
 Caridemius 192. Ecclesiastes Enan-  
 gelius Apostolicusque 185. Aloy-  
 sis Austria 199. Verni Lesita  
 257. Pater bonus 235. Pater &  
 Mater 236. Pater patrie 252:  
 284: Conciator ascenitatis 481.  
 Seraphinus 503. 2 virtutis. 9

Oratio regalis 100. 100. 100.

- O**bedientia 25:2 12. 337. 100.  
 Odium demantis in Soc. 68.  
 Oratio iaculatoris 444. 464. 10. 118.  
 Orantis fatus 152. 205. 100. 100.

Oratio 100. 100. 100. 100. 100.

- P**asibasi Brodi vita. 1.  
 Parentum in filios amori 26.  
 Parentia 153. 148.  
 P. Patritius Lea. 24. Martij. 471.  
 Parvoni Bononiae S. Igo. S. Xan. 307:

Benevolentis 518. 100. 100. 100.

P. Paulus Cyrian 15. Oct. 430.

Paupertas 214.

Peste infectis seruentium lans. 438:  
 469: 479. 480: 485. 506: 568.

Pestis discreta 86. 497: 435:

P. Petrus Ferracutus. 526.

P. Petrus Iustinellus 31. Jul. 315.

P. Petrus Martinius 17. July. 37. 38.

P. Petrus de la Motte 31. Jul. 50. 8:

Petrus Perez 9. Oct. 437. 100. 100.

P. Philibergius de Loches 29. Sept.  
 468.

P. Philippus Maier 434.

Pilatores vita nostra sumus. 438.

Pax peccati 475:

- Prædictiones 28:37:51. 76. 135. 136:  
 145: 149. 29. 329. 333. 408. 453.  
 522. 525: 528: 537: 551. 104. 21.  
 Prudentia Divina 19. 20. 21.  
 Provincia Germanie Inferioris. 28:  
 In Purgatoriū animast liberalitas.  
 Ep. 5. 11. 1. q. ubiunibz. 20000. 1.  
 200. 1. p. 20000. 1. q. 20000. 1.

Q. 100. 2. 100. 100. 100. 100. 100.

- P** Quintinus Clavarius 18.

P. 1. 100. 100. 100. 100. 100.

100. 100. 100. 100. 100. 100.

- R**egularum obseruantia 212. 1.

Religiose in aula versatus.

435. 1. 100. 100. 100. 100. 100.

Reuelationes 51. 91. 100. 100. 1. 1.

P. Rodolphus Houslin 36. Aug. 436.

Roma Hispania 436.

Romana pestis 547: 552: 100. 100.

Rosarium 31. 53: 490:

## S

- S**acramentorum effectus extraor-  
 dinarius 65.

Salus reuelata 3.

P. Samuel Richter 22. Oct. 443.

P. Sancius de Mendoza 31. Ian.  
 446.

Sanctitatis adminicula 199: opinio  
 146: 149. 497: 472. 507: 527. 541:

Sanitas portis inscripta signum pe-  
 stis. 553.

Sanitatis recuperanda medicina

B.V. 53:

Sardiniae pestis 481. 507:

Scutentia 191. 212. 220. 2408:

Silens

Silentiu  
 silentiu  
 Silua L  
 Si Simo  
 Simpli  
 Societa  
 545  
 societa  
 24.2  
 S. Stan  
 P. Stan  
 91.  
 S. Stan  
 super  
 T  
 Tra

I N D E X.

Silentium 211:  
 silentiarū fādales. 521.  
 Silua Dūcis 505.  
 Simon Manca 27. Maij 507:  
 Simplicitas prudens. 16:  
 Societatis Iesu aſtimatio, laus. 38.72:  
 545:546:  
 Societatis aduersa. 10: proſpera 23.  
 24.29:68:84:537:  
 B. Stanislaus Kofka 499.  
 P. Stanislaus Vvarſauſius. 3. Oct.  
 91.  
 P. Stanislaus Vuoyſza 490:  
 Superior exemplo inſignis. 336.

T

Tentatio eſt occaſio martyriū  
 507.  
 Tranquillitas animi 147:207:

Ad Mai. Dei Deiparæ, S. P. Ign. Xau. & omnium  
 Sanctorum gloriā.

V

V Alentia Roma Hispania 436:  
 Valetudo prodigiosa 316-477:  
 P. Vincentius de Bouq. 31. Aug. 509:  
 Virginitas 275. 366. 538. 542. 549:  
 &c.  
 Virtutis pīctores. 438.  
 Virtutum actus rariōres, difficiliores  
 15:20:22:25:30: 38. 45. 47: 106:  
 111:147. 519.  
 Visiones 188:189:276:&c.  
 Vlyſſiponensis pestis magna diſta. 41.  
 Vocatio singularis 52: &c.  
 Voluntatis cum diuina conſenſio.  
 444.

X

S Xanerius 512:518:547. &c.  
 Xerez 446.



## PROTESTATIO.

**L**ector, aduerte in Elogijs Virorum Illustrium quos hoc libro complexus sum nonnulla me obiter attingere, quæ sanctitatem ipsis videantur adscribere: perstringo nonnunquam aliqua ab ijs gesta, quæ cum vires humanas superent, miracula videri possunt: presagia futurorum, Arcanorum manifestationes, reuelationes, illustrations, & si quæ sunt alia huiusmodi: beneficia item in miseros mortales eorum intercessione collata diuinitus; demum nonnullis sanctimonix, vel Martyrij videor appellationem tribuere. Verum hec omnia ita meis lectoribus propono, ut nolim ab illis accipi tanquam ab Apostolica Sede examinata, atque approbata, sed tanquam, quæ à sola suorum Auctorum fide pondus obtineant, atque adeo non aliter, quam humanam historiam. Proinde Apostolicum S. Congregationis S. R. & Vniuersalis Inquisitionis Decretum Anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum integrè, atque inuiolatè, iuxta declaracionem eiusdem Decreti à Sanctiss. D. N. D. VRBANO Papa VIII. anno 1631. factam seruari à me omnes intelligent: nec yelle me, vel cultum, aut venerationem aliquam per has meas narrationes ulli arrogare; vel famam, & opinionem sanctitatis, aut martyrij inducere, seu augere; nec quicquam eius existimationi adiungere, nullumquè gradum facere ad futuram aliquando ullius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi c o m p r o b a t i o n e m ; sed omnia in eo statu à me relinquiri, quem seclusa hac mē lucubratione obtinerent, non obstante quoconquè longissimi temporis cursu. Hoc tam sancè profiteor, quam decet eum, qui Sanctæ Sedis Apostolicæ obedientissimus haberi filius cupit, & ab ea in omni sua inscriptioне, & aetione dirigi

Ego

IOANNES NADASI SOC. IESV.

A. M. D. G.

• 611 •

AO1420223



